Rura phalanto.

Ille terrarum mihi præter omneis
Angulus ridet/ubi non hymeto
Mella decedunt/uiridiq̨ certet
Bacca uenafro.

Ver ubi longum/tepidasq̨ præbet
Iuppiter brumas/& amicus aulon:
Fertilis Baccho minimum falernis
Inuidet uuis.

Ille te mecum locus/& beatæ
Postulant arces/ibi tu calentem
Debita sparges lachryma fauillam
Vatis amici.

ut Vir. Mixtaq; ridenti colocasia fundet acātho & oia nūc rident. Vbi nō hymeto. hymet⁹ mons est atticæ
regionis melle abūdans. laudat autem apuliam & calabriā prouinciasin qua & tarentum situm est. Cuius se
amœnitate & delitiis delectari dicit. Nam & melle & oliuetis ꝓcellunt. hyemes quoq; ap::iciores habēt. Ve Vena
naphro. uenaphrum ciuitas samnii oleis abūdans. Et amicus aulon. f. b. m. f. a. u. hoc ē non est impar uuis fa phrum
lernis. Inuidere. n. sibimet solēt pares in uirtute. hic aulon mōs est calabriæ & quia impar non est; ideo dixit
nō inuidere. Ille te mecum: elegāter secum septimio in laudatis locis optat uiuere: & eum habere supstitem:
defunctoq; sibi iusta psoluere. Arces. Vir. Aulonisq; arces & naufragum silaceum. Ibi tu. c. Ordo est ibi spar
ges tu calētem fauillam uatis amici debita lachryma. i. naturali: aut debita propter amicitiam. Antiquorū. n.
mos erat mortuorum cadauera concremare. ideo defuncti fauillam dixit ut est bibulam lauere fauillam.

¶POR. Septimi gades aditure mecū. Hac ode septimiū equitē romanū cōmilitonē suum alloquit: q̄ testa
tur gratissima sibi loca esse tyburi & tarenti. Cantabrū indoctū iuga ferre nostra. Apparet cātabros quæ est
gens Galatiæ illo adhuc tpe indomitos fuisse. Cum dicit cantabrum indoctum iuga ferre nostra. Septimi ga
des aditure mecū. gades oppidū a pœnis conditū ut supra ostēdimus. Vbi maura semp æstuat unda. mau
ra hic ꝓ africa ἀπὸ λιβύης dicitur. s. q tam africa q̄ mauritania generaliter libya dicitur. Tybur argeo positum
colono: supra ostēdimus Tybur oppidum a tribus fratribus conditum eē Tyburto: catillo: cora. quos genere
argiuos esse ēt Vir. testis ēqui ait. Catillusq; acerq; coras argiua iuuētus: ergo argeo pro argiuo antiq; dicitur.
Sit modus lasso maris & uiarum militiæq;. modum nunc pro fine dixit. Optat ergo sibi post laborē maris
& uiarum militiæ in reliqua ætate tyburis secessum. Dulce pellitis ouibus galesi flumen. Galesus fluuius est ta
rentinorum. pellitas aūt oues dixit: q tarentine oues pellibus tegūtur. De fertilitate aūt & amœnitate tarentini
agri & Vir. i georgi quarto significat: & sic titurius ait. Tarētinorum hortorum qui geris odores. Cū uellet itelligi
florum. Et regnata petā laconi rura phalāto: phalātus lacedæmonius fuit: quo auctore & pricipe partheniæ
spartani tarētū condiderūt. Vbi nō hymeto mella decedūt. Hymetos mōs ē atticæ ubi optimū mel nascit
Decedūt ergo ecōtrario cedūt. cōpositū pro simplici. i. cedunt. Sensus aūt est ubi mel nascit quod ab attico n
uincat. Viridiq; certet baccha uenaphro. Græca figura dictū est illi certat. Baccha aūt pro oliua dixit uige
tur ergo significare tarentino agro tale oleum nasci quale sit uenaphrum. Et amicus aulon fertilis baccho
Aulon locus est contra tarentinam regionem ferax boni uini. Minimum falernis inuidet uuis. pro non in
uidet: quia scilicet non fit ibi deterius uinum q̄ in salerno egro. inuidet enim tantum qui inferior ē. Ibi tu ca
lentem debita sparges lachryma fauillam uatis amici. legitur etiam horat. uatis.

¶CHRI. Septimi gades. ad amicū scribin& agrū suum laudatur illi applaudat. Gratissimū enim homini
est ut id laudēus quo ipse maxie delectetur. Septimi gades aditure mecum. ondit quantum a septimo amet.
Et occulte demonstrat qui uerus amicus sineū nullum laborē nullūq; periculū amici cā recusaturū. Sed illū
& in longinquissima loca ut gades sunt: & in periculosissima ut syrtes prædicat pp naufragia: & in cātabros
propter illius gentis crudelitatem iturum. De gadibus autē in ultima hispaniæ insula & de syrtibus dictū est
Cantabri uero populi sunt hispaniæ in mediterraneis: Per quos fluit hiberus: ferocissimi: qui nunq̄ ante au
gustū populo romano pacati seruierunt. ipse tandē subiugauit. unde in sequētibus. Seruit hispane uetus ho
stis oræ. Cātaber sera domitus cathena. Indoctū: quoniā nōdum sint assueti impio romano. Maura undat
quia sunt in mari mauritano. Aestuatq; assidua reuolutione harenarum semp ueluti feruēs exundat. Tybur
argeo. quod condidit Tyburtus argiuus de quo iam dictum est. Colono: nam argiuorum colonia fuit. Sed de
iure romano differūt coloni & municipes. Municipes enim erant dicti amuneribus capiendis. Munera autē
honoraria intelligamus. capiebāt enim munera populi romani nō damnosa: ut est collatio tributorum & simi Munici
lia: sed quæ ad honorē pertinerent. Erant ergo donati ciuitate municipes. sed alii erant cū suffragiis. idest ut pium
cum romæ essent una cum ciuibus romanis irent in comitia: & suffragia redderent. Aliis aūt nō licebat red colonia
dere suffragia: erant præterea imunes ab omni tributo: unūquēq; eorum fund⁹ populi romani factus est: & nul
lis erant populi romani legibus astricti: sed suis municipalibus legibus uiuebant. Primi autem oium ciuitate
romana donati sunt Cerites pro sacris bello gallico ceptis custoditisque: sed sine suffragii iure. Hinc cerites
tabulæ in quibus censores ascribebāt: quos notæ cā suffragiis priuassent. Coloniarum aūt alia ratio erat. Nā co
loni ciues erāt romani ad aliquā urbē habitandam missi. Hi nō propriis istitutis: sed populi romani legibus
uiuebant. Erant ergo magis obnoxii: q̄ municipes: sed tamen quoniam simulachrum quoddam apparebat
romanæ reipublicæ præstantiores habebantur coloni q̄ municipes. Dicuntur præterea coloni agrorū cul
tores. Vir. Vt quāuis auido parerent arua colono. Columella in libris de agricultura ꝓ eo ponere uidet: q nō
suum: sed alienum agrum colat: partem tamē fructuū domino daturus. Sedes: ꝓprie uidentur esse domici
lia & loca in quibus habitare decernimus. Iuue Qui sedem figere cumis destinet: atq; unum ciuem donare si
byllæ. Vir. Tendimus in latium sedes ubi fata quietas Ostendunt. Nam ubi sedemus sæpius sellas & sedilia
q̄ sedes appellamus. Sit modus: sit finis. Iuuena. Imponitq; modum sapiēs & rebus honestis Lasso: ad cor
pus refertur: fessum autem potius de animo intelligimus. Vir. Quo rapitis fessum fabii. Maris: nauigatiōis.
Viarum. terrestris itineris. Et militiæ: nam militiam quoq; exercuit: ut uiam demonstratum est. Vnde
a quo. Si parcæ iniquæ ꝓhibent. i. parcæ quæ essent iniquæ si ꝓhiberent. Ouibus: a græco nomen est in
terposita u. consonante. Laconi phalanto. Vir. Hinc sinus herculei si uera est fama tarenti. De hoc & de par
theniatis in supioribus abūde dictū est. Ridendat quod est hominis ꝓprium inanimatæ rei. sed ē quedam
similitudo: nam cū se offert læta agrorum amœnitas ridere dicimus. Vir. Omnia nunc ridentat si formosus
alexis Montibus his abeat uideas & flumina sicca. Hymeto: in quo monte propter copiam thymi multum
ideoq; optimū mel nascit. Est aūt mons iste in attica regione. unde etiā marmor quod in ꝓcio esset excidebat.
Primus autem crassus orator. lx. columnis hymetiis atrium exornauit: neq; ante illū quisq̄ externa marmo

ra romæ habuit:Ob id.M.Brutus illum uenerem palatinam appellauit.Ferunt & in hoc monte nasci herbã quam mulieres ut ardentius appetantur brachiis alligatam gestant. Baccha:in fructibus arborũ:est in olι uis:cerasis:cornis:lauris:myrtis:lentisco:aquifolio & similibus.Præterea uniones bacchas appellãt.Vir.Col/ loq; monile bacchatũ.Baccha ãt cũ aspiratiõe sacerdotem bacchi nominãt.Acini uero sunt in uuis: hæderas sambuco:ebulo:malo punico & similibus.Baccha ergo in hoc loco oliua est. Certat uenaphro.elegantiꝰ q̃ si dicatur certat cum uenaphro . Sententia est ꝙ oliuæ huius agri æquiparari possunt iis quæ oriuntur in ue/ naphro. Est aũt uenaphrum oppidũ post miturnas:unde ẽ optimũ oleũ. Ver ubi lõgum.uer nõ excedit spa ciũ triũ mensium.sed dicit longũ:qa & in hyeme tale temperamentũ aeris est quale solet esse in uere.unde ad dit tepidas hyemes.Sic & Vir.At alienis mensibus æstas. Brumas:idest hyemes. nam bruma dicit̃ q̃si bra chi mera.i.breuis dies.Est aũt breuissimus cũ sol attingit primam partẽ capricorni. i qua est initium hyemis quæ perdurat usq; ad ingressum solis in arietẽ:in quo incipit Ver. Aulon . mons calabriæ uitibus refertus.

Ille locus ubi hæc oia sunt. Arces.mõtes dicit. Beatæ:fertiles illæ igit̃ arces beatæ postulãt te mecũ . Nã cũ amicus sis & amicoꝝ officiũ postulet:ut ad loca & lõginqua & piculosa amicũ ꝓsequant̃.tãto magis ad ꝓpin qua & fœlicia & tua mecum uenies. Arces de q̃bus iam diximus. Fauillam.i.cinerẽ extinctũ dicimus:scinti lam accẽsam. Calentẽ.nuper exustã. Debita lachryma.nã tenet̃ amicus amici funus lachrymis ꝓsequi.

Ode.vii.tricolos tetrastrophos ad Pompili/ um sodalem & cõmilitonem.



O Sæpe mecum tempus in ultimum
Deducte bruto militiæ duce:
Quis te redonauit quiritem
Diis patriis/italoq; cœlo.
Pompei meorum prime sodalium:
Cum quo morantem sæpe diem mero
Fregi/coronatus nitentes
Malobathro syrio capillos.
Te cum philippos/& celerem fugam
Sensi/relicta non bene parmula:
Cum fracta uirtus/& minaces
Turpe solum tetigere mento.
Sed me per hostes/mercurius celer

¶Argumentum. ODES. VII.

¶ANT. Põpeius seu põpilius familiaris & cõmilito Bruti & Cassi ptes cum ipso poeta cõtra augu.secutus fuerat.habita clade uictore Augusto apd philippos eua sit poeta Mercurio duce:ut scribit. Pompeius uero ite/ rum bella subiit: tandem redditus patriæ hinc ipsum hortatur ad debita uota ioui soluenda.hortat̃ itẽ ut se/ cũ liberius cõuiuiũ ineat: Nam recepto amico bacchari & furere sibi dulce erat. O sæpe mecũ tps i ultimum: Ode est similis nonæ lib.i.Est aũt ordo:O põpei prime meoꝝ sodaliũ sæpe mecũ in ultimũ tps deducte Bruto militiæ duce: qs diis patriis & italo cœlo redonauit te q̃ritẽ:Cũ quo sæpe mero frigidẽ morantẽ coronatus capillos nitentes syrio Malobathro. In ultimã tps. In ultimam uitæ metã: q̃ bello terminari solet q̃plurimis.

Bruto militiæ duce.de hoc late li.i.in ode. xiiii.legi/ to. Quiritem. de quiritibus uide in ode prima. Põpi li meũ prĩe sodalium.Vel põpei meoꝝ prĩe sodaliũ.qd magis placet:põpei.n.hic spõdeus ẽ: Inde sequitur iam bus & cæsura. Si aũt põpili meũ leges erit trocheus se/ cũdo loco extra carminis usum. Diẽ moratẽ.i. æstiuũ lõgũ & tarde euntẽ. Mero fregi.idest cõuiuiis.non. n.mane & uesperi tñ sed meridie quoq; conuiuabantur.

Malobathro syrio.malobathrũ ungẽti speciẽ ẽẽ Porphyrio scri.Pli.uero li.xiii.ca.i. de generibus ungento rũ sic ait.Singuli quoq; succi nobilia ungẽta faciũt:primis malobathrũ:poste a iris illyrica & cyzicena ama/ racus.Et li.xii.ita inquit.At & malobathron syria arborẽ folio conuoluto arido colore ex quo exprimit̃ oleũ ad ungenta:fertiliore eiusdem ægypto.laudatius ex india uenit. Philippos.philippi ciuitas est in Macedo/ nia:quæ datos olim dicebat̃: crenida ante dati nomen appellata.fontes quippe plurimi circa collẽ huberius scaturiũt aquis.Eum locũ philippus uallo sepsit & a se philippos nuncupauit.Cõdita est enim ciuitas in præ rupto quodã colle.Apud philippos demũ & cassius & Brutus pugnãtes contra Augustũ & Antoniũ uicti sibi ipsis mortẽ cõsciuere.de quibus oĩbus uideto apianũ li.iiii.Et nos latius diximus ĩ ode.xiiii.li.i. Relicta non bene.fugiẽtes.n.ꝑiecerãt arma. Parmula.i.scuto. Virtus.Bruti & cassii & ceterorum. Mento.barba & fa cie quũ strati sunt. Turpe.idest cruẽtũ. Mercurius celer.hoc ait quoniam poetæ mercurio quoq; subesse di

malobathrum cunt̃.Vel ꝙ quoq; celeri fuga inde euasit:mercurius enim occulte peculandi modũ inuenisse dicitur

¶ACR. O sæpe mecũ tẽpus i ultimũ.Ad põpiliũ uatꝫ scribit gaudẽs eius in patriã reditũ:quẽ cõmilitonẽ si bi in castris bruti & cassii fuisse cõmemorat & belli ciuilis euasisse pericula augusto uictore:qua gratia liberiꝰ se cõuiuiũ exhibere ꝓmittit.Ordo est.o pompili prime meoꝝ sodaliũ sæpe deducte mecũ in ultimũ tẽpꝰ bru to duce militiæ.Quis redonauit quiritẽ te diis patriis:& italo cœlo. Redonauit reddidit:redire fecit i patriã.

Quiritem romanũ.notandũ tamẽ quia singularẽ numerũ posuit:cum plurali numero dicat̃. Italoq; cœ

philippi Ciuitas lo cœlũ pro itala regione posuit:ut idẽ alibi:Cœlũ nõ aĩum mutãt qui trãs mare currũt. Moratẽ.ꝓ longo di xit hoc est æstiuo.qui quasi cũ mora spatiũ suũ decurrat. Mero.datiuus uel abltũs accipit̃. Fregi.aut ꝯsum psi.aut diuisi:ut a sexta hora significet sæpe epulatos. Malobathro sy. malobathrũ genus unguẽti ẽ. Phi/ lippos.macedoniæ campos:aut ciuitas ubi ab augusto brutus uictus occubuit: unde & lucanus : Video iam phœbe philippos. Parmula.scuto.Nõ bene aũt:quia arma.in fugã uersi ꝓiecerant. Et minaces.Cassium & Brutũ significat qui se de uirture iactare cõsueuerãt:aut certe milites eoꝝ. Turpe solũ:aut cruentũ : aut quo ꝓstrati turpiter precarent̃. Sed me per hostes.m.c.iucunde se dixit a mercurio liberatũ uel ꝙ furtim fugis/ set & celerẽ ostẽderet fugam:uel ꝙ poetæ ad mercuriũ pertinere dicuntur.

¶POR. O sæpe mecũ tẽpus i ultimũ deducte bruto militiæ duce.Hãc odã ad põpiliũ sodalẽ scribit.q̃ grata lat̃ ei ꝙ restitutus sit in patriã:& testat̃ cõmilitonẽ sibi fuisse in castris.M.Bruti. Quis te redonauit quiritem.

Quiritem ciuem ro. significat. Attende singulari numero dictũ quod nõ facile apud ueteres inuenies. Cum quo morantẽ sæpe mero fregi morantẽ pro longo posuit ut quasi cũ mora spatium suũ decurrat. Fregi autem diẽ uidetur pro eo quod est diuisi dixisse: ut a sexta hora significet se sæpe epulatos: mero aũt siue datiuo casu siue ablatiuo accipias: habebit suã rationem. Sensus aũt est: illa re fregi diẽ aut illi rei fregi. Malobathro: Malobathrũ unguenti speciem esse scimus. Tecũ philippos: philippi est oppidũ in macedonia: ubi Brutus periit. Cum fracta uirtus: qua uirtute se cassius & brutus pcipue iactabant. Et minaces turpe solum tetigere mento. Turpe solũ aut cruore fœdatum: ut Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes. Aut nomen est loco aduerbii positum. Turpe solũ tetigere: pro turpiter tetigere. Sed me per hostes mercurius celer. denso pauentẽ sustulit aere. Sæpe ostendit Hora. se in Bruti partibus militasse. Iucũde aũt a mercurio se sublatum de illa cæde dicit: signans clam: & quasi furto quodam se inde fugisse: per celerem ergo mercuriũ celeritatem fugæ p id quod ait denso aere. latebras ipsius fugæ intelligi uult.

¶CHRI. O sæpe mecum tps. Congratulatur pompilio: qui cõmilito sibi in castris brutianis fuerat: tandem pericula euaserit: & ab augusto ueniam sit assecutus. Ordo: ẽ o Pompili prime meorũ sodaliũ deducte mecum in ultimũ tempus. i. in ipsam mortẽ: quis redonauit te quiritẽ? In ultimum tps: ad mortem: quod est ultimum tps homini. Quis cũ admiratione. q. d. multũ ualuit ille amicus. Sic Virg. Quis te nate dea per tanta pericula casus insequitur. Redonauit: optime: nã primo natura te patriæ ciuẽ fecerat: deinde hostis iudicatus ciuis esse desieras. Nunc uero restitutus rursus ciuis patriæ donatus es. Diis patriis: q uarii in uariis locis celebrantur. Quiritem: ciuẽ romanũ: ut iam expssum est. Prime: in ordine: uel prime optime: ut Vir. primisq; iugarat. Omnibus. Fregi diẽ morantẽ. q. d. ad sextam horã. Mero in mero. i. in conuiuio. Coronatus: ostendit lautiora cõuiuia celebrasse: nã in iis coronati discũbebãt. Coronatus capillos: per synecdochẽ. q. d. hñs capillos coronatos: ut oculos suffusa nitentes. Nitentes. s. malobathro. id. n. unguentum est quod syrii conficiunt. Philippos: plium in philippicis campis. Hi In thessalia sunt: regio equis amica: unde philippos dictos uolunt: nam φιλοσ amicus est: & hipos equus: uel sic denominati ab eorũ antiquo rege: sunt autẽ philippi in pharsalia: & in his primo a cæsare: & a Pompeio: deinde ab octauiano antonioq; atq; cleopatra: & a bruto: & cassio pugnatũ est. Vir. Ergo inter sese paribus cõcurrere telis Romanas acies iterũ uidere philippi. In hac acie cũ plagã Brutiani accepissent poeta sibi fuga salutẽ peperit. Parmula diminutiuũ a parma: hæc ẽt breue scutũ est quo pedites utebant᷑. Vir. parmaq; inglorius alba. Nõ bene: indecore: & turpiter: sũmũ. n. dedecus erat militi: si illius armis hostes potirent᷑. Itaq; legitur de thebano Epaminũda cũ in bello aduersus lacedæmonios apud mantineã gesto uulneratus ex acie in castra relatus esset: antea q̃ hasta corpore educeret᷑ interrogauit an clypeus suus saluus esset: & an hostes fusi fatigatiq; essent: & cũ utrũq; ex animi sñia audiuisset hastam euelli iussit. Fracta uirtus: nõ adimit uirtutẽ brutianis: se ostẽdit maiorem in cæsarianis. Minaces: propterea turpe pro turpiter ceciderunt: quia minaces erant: nã turpe est homini uinci cũ minatus fuerit: uel dicamus turpe solum. i. cruore fœdatũ. Mento: cũ mento. Dicit᷑ aũt mentum ab eminẽdo. a gula. n. eminet. Tetigere. q. d. opp. tiere: nã oppetere est terrã ore petere quod est uirorũ fortium: qui morientes mordicus humũ apprehendunt: ne uocẽ uiro indignã emittant: unde Luca. Qui timuit ne quas emittere uoces Vellet: & æternam fletu corrũpere famã. Celer: quia & uelocissimi cursus est mercurius: nã illũ nouẽ dies anteq̃ sol perficit: & etiam alatus pingitur. Dicit aũt se a mercurio adiutũ: quia clã: & subito aufugit: uel quia poetæ in tutela mercurii sunt: uel quia in genesi sua aliquo maligno planeta ad interitũ duceba᷑ nisi in eo loco situs fuisset mercurius: in quo illius malignitatẽ frangeret: nam malorũ perniciem boni planetæ tollunt. Hinc Persius. Saturnũq; grauem nostro ioue frangimus una. Potest etiã intelligi quod quẽadmodũ mercurius deorum nuncius est: sic poeta aliquo amico internũcio in gratiam cæsaris uenit: quem ipse pro deo colendum putat.

Denso pauentem sustulit aere:
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis.
Ergo obligatam redde ioui dapem:
Longaq; fessum militia latus
Depone sub lauru mea/nec
Parce cadis tibi destinatis
Obliuioso leuia massico
Ciboria exple/funde capacibus
Vnguenta de conchis. quis udo
Deproperare apio coronas
Curat ue myrto? quem uenus arbitrũ
Dicet bibendi? non ego sanius
Bacchator edonis/recepto
Dulce furere mihi est amico.

¶ANTO. Denso aere. i. nube. Te rursus: ordo est. Te rursus in bellum tulit unda resorbens. Fretis æstuosis. i. mẽtis furor. Obligatam dapem: uoto debitum conuiuiũ. Sub lauru mea: intelligendũ apud poetæ domum laurum fuisse siue in hortis domui uicinis. Tibi destinatis. i. deputatis. Obliuioso: rerum obliuionem pstante: id enim ebrietas agit. Massica. Pli. lib. xiiii. de uinis generosis Italiæ inquit. Certant massica æque ex mõte. Gaurano puteolos baiasque prospectantia. Leuia: polita: & aglipha. i. non sculpta. Ciboria. i. pocula. nam proprie sunt folia colocasiæ: in quorũ similitudinẽ pocula facta eodẽ noie appellantur. Auctor est Porphyrio. Plinius aũt li. xxi. scribit: q in ægypto nobilissima est colocasia: quã e nilo metũt. Thyrsum aũt cum foliis latissimis etiam si arboreis pparent᷑: ad similitudinem eorũ: q personata in nostris amnib᷑ uocamus. Adeoq; nili sui dotibus gaudẽt: ut implexis colocasiæ foliis in uariam speciem uasorum potare grauissimũ habeant. Sereba᷑ hæc in Italia suo corpore. Exple. bibendo euacua. Capacibus: amplis. Conchis: piscium testis in quibus ungenta asseruabantur. Vngenta: unguentorũ uoluptas a nostris quoq; inter laudatissima atq; etiã honestissima uitæ bona admissa est inquit Plinius li. xiiii. nã persarũ gentis: & parthorũ ungẽta erãt. Deproperare. s. nobis. i. ualde properare. Vdo apio: quod humidis gaudet: siue Vdo apio inquit propter uina: &

Massica uina

ciboria

Collocasia

Vngenta

Publica cura.
Expedit matris cineres opertos
Fallere/& toto taciturna noctis
Signa cum cœlo/gelidaq; diuos
Morte carentes.
Ridet hoc inquam uenus ipsa ridet
Simplices nymphæ/ferus & cupido
Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.
Adde quod pubes tibi crescit omnis
Seruitus crescit noua/nec priores
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
Te suis matres metuunt iuuencis:
Te senes parci/miseræq; nuper
Virgines nuptæ/tua ne retardet.
Aura maritos.

bis concipit̃ more nr̃o id nõ facere periuriũ est. Scite.n.euripides iuraui lingua mentẽ iniuratã gero. Barine:id nomen græcũ est. Βαρυνω.n.grauo significat. Βαρυσ aũt grauis di. Baryno poterit igitur Barine latine dici grauis uel molesta. Turpior uno ungui.i.minima ẽt pœna lueres periuriũ. Barys Credere: supple deos esse:uel curare mortalia. Prodis.exis. Publica cura omnes enim te appetunt. Expedit matris:iurauerat illa per hæc omnia poetæ obsequi uelle. Expedit:utile est. Taciturna signa noctis:idest & lunam & sidera interdiu latẽtia: quæ noctis signa dicuntur:quoniam in ea apparent interdiu autem tacere dicuntur cum non appareant: unde & luna silens uel tacita dicitur quum non lucet:uel dicas taciturna signa noctis pro taciturnæ noctis:nox enim tacita dicitur quĩ tunc omnia pene tacere solent hinc Ouidi. libro primo tristium inquit:Iamq; quiescebant uoces hominumq; canũq;. Lunaq; nocturnos alta regebat equos. Quod autem per sidera etiam iurarent. libro.xii.æneí. Maro ostendit his uerbis. Hæc eadem ænea terram mare sidera iuro. Signa.i.sidera.nam ut Varro scribit libro.iii. Signa dicuntur eadem & Sidera: Signa ꝙ aliquid significentur libra æquinoctium Sidera quæ insidunt:atq; ita significant aliquid in terris perurẽdo aliud ue. Signa. Sydera Venus ipsa:quæ.s.amantibus facilis est. Semper ardentes acuens sagittas:propertius item ait de cupidine. Et merito hãmatis manus est armata sagittis. Et pharetra ex humero gnosia utroque iacet. Ante ferit qm̃ uti ꝗ cernimus hostem. Nec quisꝗ ex illo uulnere sanus abit. amoris sagittæ amoris faces Ardentes autẽ sagittas dixit Hora. propter faces: quas etiã cum sagittis habet:ex iugi aũt & imensa sollicitudine amatoꝝ corda ardere uident̃. Cote cruenta: dum.n. cruentæ sagittæ ibi acuunt̃:cruenta fit cos. Multi aũt amoris impatientia sibi ipsis mortẽ cõsciuere. Pubes adolescentia. Sæpe minati:ostẽdit quãtum ab amatoribus diligeret̃:nam cum eis ẽt minax eẽt & aspertima attamen eam relinquere nõ poterant. Textus aliqui ẽt minati habent:quod placet.est.n. sensus:ꝙ ꝗuis sæpe minati essent Barine:tamen eam relinquere nõ ualebant. Iuuencis.i.adolescẽtibus. Senes parci:auari & tenaces:metuebant ergo diuitiis suis potissimum. Aura:idest splendor & nitor.

¶ACR. Ulla si iuris tibi peierati.scænicũ principium in barynem meretricem intelligit̃ enim ꝑ hanc inuectionem aliquos ꝓcessisse sermones:qbus noctem sibi eadẽ baryna iureiurando promiserit:dehic postꝗ fefellit eũ in hæc uerba uelut amantẽ erupisse:ut.n.dicit̃ iurisiurati ita posuit iuris peierati ꝙ nulla fallens pœna perculsa sit. Dente si nigro. Maior pœna est meretrici si ob culpam corporis deformitate puniat̃. Credere aut tibi subaudiatur iuranti:aut deos uindices esse periurii. Simul postꝗ. Obligasti:deuouisti nõ implendo promissa:ecõtrario.n.solui uota dicunt̃. Pulchrior:auctio est data auctioni. Iuuenũq;.p.amatorũ multitudinem significat dicens eam periuriis fieri pulchriorẽ. Expedit:prope est:ut putem dũ uideam non puniri periuria in cõtrarium religionis ac pietatis uerti rationem:hanc.n.uult uideri sacrilegio promeritã deorum fauorem. Taciturna noctis: duræ siue secretæ:& silentis:ut Virg. Tacitæ per amica silẽtia lunæ:& sydera cũcta notet tacito labentia cœlo ac si diceret:fas est oẽm mundi maiestatem in sacramẽto uocare: Rident simplices:simplices.n.aut perfidiæ amoris cũ risu indulgentes:aut quia nymphæ ad ignoscendũ faciles sunt:ut & quo sed faciles nymphæ risere sacello:comites.n.ueneris sunt ad quam pertinent meretrices. Simplices nymphæ.i.non iracundæ:sed exorabiles. Ferus & cupido numẽ cupidinis demonstrauit imite:& implacabile:& quod ignoscere nesciret nisi uoluntatẽ ueneris:& iudicium sequeret̃:ut Virg. Iamq; ibat dicto parens:& dona cupido. Semp ardentes acuens:aut semp ardentes:aut acuens semper. Cote.c. non in cote cruenta: sed in qua acuitur occidat:imoderatus.n.amor maturat exitium:& declinatur hæc cos huius cotis. Adde adiunge his quæ tibi creuerunt ex peiurio. Tibi crescit:tuæ ꝓstitutioni.i.subinde crescentes amatores. Seruitus.c.n.semp adiunguntur tibi noui:nec priores relinquunt te quãuis relicturos minentur. Tectum:lupanar. Sæpe minati:uim amoris expressinur quod a seruis fieri consueuit:hoc amatoribus nõ licean dum contempti se deserturos minent̃:& sic noui ueniant:ut non abscedant priores. Iuuencis: filiis iuuenibus:metaphora a tauris:ut supra:nec tauri ruentis in uenerẽ tolerare pondus. Te.s.p.propter dilacerationẽ patrimonii quæ meretricum incitamentis sæpe contingit. Miseræq; nu.timore repudii. Maior.n.in recenti charitate dolor est sollicitati coniugis:maior uis meretricis animum affectione occupatum uicisse. Aura:aut facilitas qua in amorem trahuntur:aut unguentoꝝ odor:ut ipse superius:auræ fallacis.

¶POR. Ulla si iuris tibi peierati pœna Barine:scænicũ principium intelligendũ.n.aliquos sermones ꝓcessisse:qbus Barina hæc noctẽ ei iureiurãdo interposito ꝓmiserit. Deinde postꝗ fefellerit:tũ in hæc uerba hunc erupisse. Dẽte si nigro fieres uel uno:subaudiẽdũ extrisecus saltẽ leuissimã pœnã ob opprobriũ sensus. Sed tu simul obligasti:ac piurio te deuouisti. Enitescis pulchrior mlto adeo multo pulchrior es post piuria:ut iuuenes te uniuersi diligãt ergo iuuenũ publica cura.p oium iuuenũ dictũ ẽ apud Sal. publicã miseroꝝ cãm. Expedit mr̃is cineres optos fallere sensus ẽ:cũ hoc uideat̃ ꝓpe ẽ ut putẽ rõnẽ pietatis ac religionũ ꝯtrariũ eẽ uersamur q ipii atq; irreligiosi sint magis deos promereant̃. Gelidaq; di.mor.ca.& hic & i eo q añ hunc sensus est per zeugma.i.in coniunctione ex supiore accipiendũ expedit fallere. Ridet hoc inquã uenus ipsa ridens

simplices nymphæ: ferus: & cupido. Ridet periuriũ suũ Venus quæ. s. amantibus facilis est. Rident nymphæ sic illud dicitur: sed faciles nymphæ risere facello. Semp ardentes acuens sagittas cote cruenta nimiũ αμφιβολον utrũ semp ardentes intelligendũ an semp acuens. Eleganti aũt conceptione de amore dr̃: & ardẽtis sagittas: & semp acuens ex cruenta cote. Nec priores impiæ tectũ dominæ relinquunt sæpe minaci: hoc osñdit etiam illis amatoribus gratam esse: quibus fuerit iniuriosa. Te suis matres metuunt iuuencis: iuuenci ergo nõ tantum boues dicuntur: sed homines: quãuis in usu sit ut nõ nisi per diminutionem iuuenculos dicamus. Tua ne retardet amoris aura: quæ ad te eos fert: sed utiq; hoc per allegoriam dicitur.

❡CHRI. Ulla si iu. ri. Exprobat barinæ pfidiam: q ea q̃ iureiurãdo pmisent nõ obseruat: & cũ admiratione q̃rit: q quãto magis periura ẽ: tanto in dies pulchrior efficit: q̃si dolens q dii humana curare nõ uideant: cũ sua pulchritudine: & ueteres amatores retineat: & nouos sibi quotidie cõparet. Barine. n. u. ex græca declinatione q̃ in genitiuo in es: in actõ in en: in reliqs casibus in e lõgã terminat: Nã græce est per. η. ut Βαρυνη. Iuris peierati: insiurãdi nõ obseruati: nã peierare est iusiurandũ rumpere: & fit ex p & iuro: sed u in e mutat: & r. subtrahit in uerbo in noie aũt manet: nã dicimus periuriũ: & non peieriũ. Dente nigro uel uno. q. d. si minima corporis parte fieres turpior ego crederem deos curare humana. Ergo sequit q cum hoc non fiat nõ credat. Obligasti caput. i. obligasti te uotis. i. ad uota reddenda: nã qui uouit debitor uoti efficitur Vel potius obligasti caput perfidũ uotis. i. reddidisti obnoxium caput. i. uitã: quia usus es perfidia in uotis. Contrariũ est soluere uota. Perfidũ: quia fidẽ fregisti: Publica cura publicus amor: nã omnes tuo amore ardent: ostendit autem in hoc loco naturam amantiũ: qui q̃to i fœliciores sibi res sunt in amore: & q̃to magis decipiunt: tanto sibi quã amant pulchrior uidet. Prodis: in publicũ egrederis. Expeditutile est. Verbũ autẽ impersonale est proferturq; cũ sũma admiratione: & q̃rela: q id sibi prodest q sũmopere nocere deberet: & quod pulchritudinem quod maximũ in muliere pmium pro pœna accipiat. Expedire ãt cum psonale est nõnunq̃ significat liberare. Vir. Flãmas inter & hostes expedior. Itẽ promere. idem. Cereremq; canistris expediũt. Item extollere. idem. Tũ uero auguriũ rutuli clamore salutant. Expediuntq; manus. itẽ breuiter enarrare. Fallere ci. m. cũ per illã iuras: deinde contra insiurandũ facis. Auget aũt crimen q non mõ matrẽ fallat: sed e mortuã matrem imo cineres iã sepultos: quos in maiori ueneratione eẽ oportet ueluti rẽ religiosam. Hoc efficaciter dolet Dido uirgiliana. Nõ seruata fides cineri pmissa sicheo. Opertos: intra cõditos. Erat aũt hoc apud priscos haud cõtemnendũ iusiurandũ. Virg. Per patrios cineres p spes surgentis Iuli. itẽ Iliaci cineres; & flãma extrema meoꝝ Testor in occasu uestro. Et signa taciturna noctis cũ toto cælo: more oratorio tendit ad grauiora. Non. n. solum fallit mortales. s. matrem: sed & cœlestia: qm̃ ipsa sydera: sed deniq; ipsos immortales deos.

Signa in cœlo: oẽs imagines ex pluribus stellis configuratas signa appellant: præcipue autẽ illa duodecim quæ in zodiaco sunt: non aũt sola signa fallit: sed ẽt totum cœlum. Refert aũt Pli. septuaginta duoꝝ signoꝝ cognitionem habere astrologos in qbus sunt mille sexcentæ stellæ. Taciturna: non dixit contra Pla. cuius opinio est q singuli sphærarũ motus singulos sonos efficiant: ut latius cũ est de musis disputatum expressimus: sed dicit taciturna: quia in sola nocte apparent: in qua omnia tacẽt. Nã interdiu nõ apparent: quia solis splẽdore hebescũt: unde addidit. Noctis: nõ quia nõ semp sint: sed quia nõ nisi nocte uisunt. Gelida: ab effectu. Ridet ostẽdit quare impune periura sit. Nam uenus in cuius tutela illa est: & ipsæ nymphæ facilia numina sunt: & de nymphis Virg. Et quo sed faciles nymphæ risere facello: simile & illud est apud Ouidiũ. Iuppiter e cœlo periuria ridet amantũ: ergo simplices quasi faciles ad ignoscendum: ut sic alibi. Faciles uenerare napeas. Inquã: quasi dicat ego hoc affeuero. Ferus: cur ergo ridet: qm̃ eũ sit ferus in amãtes gaudet illos ludi: uel dixit ferus quia nõ ignosceret: nisi sequeret uenerem. Sagittas: a satis & ictus dicit: ad longum. n. spatiũ perfert ictũ suum. Quoniã autem & sagittis uulnerare: & facibus urere dicit cupido: utrunq; complexus est: nam & ardentes sagittas: & cotem cruentã dixit. Cote cruenta. i. sagittas cruentas acuit cote: uel dixit cruentam cotem: quasi aspersam sanguine sagittaꝝ: quæ in ea acuuntur: cotem aurẽ speciem lapidis dicunt in qua cõmode ferrũ acuitur ipse alibi. Fungar uice cotis acutum reddere Quæ ferꝝ ualet expers ipsa secãdi. Adde cũ admiratione proferẽdum. non. n. satis est q impune peccet: nisi etiam assit peccato pmium. s. ipsa pulchritudo. Verũ quod pro monstro sit quanto perfidior est: tanto maior amatorũ numerus apparet. Omnis. p. tibi crescit. quasi dicat omnes qui crescunt: & crescendo in ætatem ueniunt amori aptam tui futuri sunt: neq; exemplo eorum quos lusisti deterrent. Pubes: hæc iuuentus est: sed de pube iam dictũ est hinc est hic & hæc pubes huius pubis s̃m Cæsarem: cassius autẽ facit hic & hæc pubes puberis. alii aũt hic & hæc puber puberis. sic est impubis huius impubis: uñ impubis Iuli. & Hora. dixit impube corpus. Cicero aũt in quarto inuectiuarum. Filiumq; eius impuberẽ legatum a patre missum. Ergo impubẽ dicimus ab eo quod est pubes: & impuberes ab eo quod est puber. Pubes: iuuentus sic Vir. Haud aliter pubesq; tuæ pubesq; tuorum. puberes igitur qui ad eam ætatem deuenerunt in qbus sunt pili. impubes quibus adhuc inuestes sunt. Seruitus: turba seruorum: & iure dixit: quia paulopost dixit dominam impiæ: quia periura. Tectum. i. domũ: respexit aũt consuetudinem amatorũ qui circa amicæ domum semp sunt: ut ait ille Plautinus: hic est ille angulus ubi diem omnẽ: operam omnẽ meq; ipsum contriui miser. Sæpe minati: demonstrat summã miseriam. non. n. abeunt: quia nõ doleant: nam nõ essent infœlices: sed quia cogit illos amor omnẽ difficultatem omnemq; indignitatem perferre. Quid ergo miserius: q nõ liceat illis id quod infimæ conditionis seruis licet. s. fugere.

Te suis matres: exaggerat quãta sit amatorum turba cum ipsa petatur: & a tenellis: qui adhuc in materna potius q̃ in paterna potestate sint: iccircoq; appellat iuuencos quasi qui adhuc matrẽ sequantur. Te suis: ostẽdit. n. q timent de illorum salute: ne a meretrice uorentur. Te. s. p. asti autem nõ tam de salute filiorum q̃ de patrimonio timent. Miseræq; nu. hæ zelotipia mouẽtur: quæ maximæ torquet nouas nuptias: quæ nuper assuetæ amori perdite amant: & ob hoc miseræ. Aura nitor: a splendore auri.

ℭArgumentum. ODES.IX.

ℭANTO. Obiecrat ualgio puer charissimus:quẽ plus æquo dolore afficiebat:hinc Hora.eũ solari cupiens p similitudines inquit:nõ semp manare pluuias:nõ semp in mari pcellas esse:nõ semp esse in armenia glaciem:nõ semp aqlonibus uexari siluas:hoc est nõ semp in rebꝰ esse turbationes:& aduersa.Ipse tñ ꝯtinue sibi adẽptũ puerũ lachrymabat:nulla qete habita.Et cũ nestor Antilochũ filiũ apud troiã extinctũ non oĩs suæ uitæ annos plorauerit.Nec ẽt Troilũ parẽtes sororesq; fleuerit sp.Debet ẽt ipse multo magis abstinere a qrelis.Augustiq; Cæsaris nouã medoꝝ uictoriã una secũ decantare.

Ode.ix.tricolos tetrastrophos ad Valgium de fletu mystæ pueri.

NOn semp imbres nubibꝰ hispidos
Manãt in agros/aut mare caspium
Vexant inæquales procellæ
Vsq;/nec armeniis in oris
Amice ualgi stat glacies iners
Menses per omnes/aut aquilonibus
Quercœta gargani laborant;
Et foliis uiduantur orni.

Non semp imbres nubibꝰ hispidos: ode est similis nonæ libri primi. Imbres nubibus manant. Plini. lib.ii.scribit q a terra caligo humida: & per uapores fumida exalat:hinc nubes:q in sublime egressæ in liquorem soluuntur. Hispidos agros:incultos & dumosos. Imber

Manant:prosiliũt:erũpunt:exeũt. Mare caspium:ad mare ad septẽtrionem est:ut Stra.docet li.xi.qui ẽt li.y. ait mare caspium a plærisq; uocari hircanũ. Inæquales pcellæ.i.asperrimi uenti:& tempestates. Armeniis in oris stat glacies iners:Armenia maior est: & minor est aũt ad septentrionẽ: de qua legito Ptolomæũ lib.y. Et Strabo.libr.xi. Stat.horret. Iners:inertes reddens. Caspiũ mare Armẽia

Gargani: Garganus promontoriũ est ppe apuliã ad stadia.ccc. protẽdens in pelagus oriẽtem prospectans: ut Strabo.ait lib.yi. Orni pro quibuscunq; arboribus posuit.De ornis autem plura legito ode.ix.libri primi. Garganus

ℭACR. Nõ semp ibres nubibꝰ hispidos.Valgiũ hac ode ꝯsularẽ alloqtur amicũ suũ:quẽ cõsolatur Mystis pueri sui delicati mortẽ grauiter ferentẽ:indicãs mala hominibꝰ nõ esse cõtinua. Glacies iners:aut q cursum gelata nõ habet:ut cõcrescũt subitæ currẽti in flumine crustæ:aut q nimietate frigoris pigros efficiat:ut cõfertoq; agmine cerui torpẽt mole noua. Querceta gargani:ut pineta: esculeta:sic & quærceta posuit. Et foliis uiduant:nõ semp foliis uiduãt arbores:hoc ẽ dũ in oĩbꝰ sint uinces tẽpoꝝ ꝯtinuare luctũ ualgiũ nõ debere.

ℭPOR. Nõ semp ibres nubibꝰ.Hac ode ualgiũ ꝯsularẽ amicũ suũ solat morte delicati pueri grauiter affectũ. Nõ semp ibres nubibꝰ hispidos.Manãt in agros:latet sensus i hac elocutiõe.itelligi.n.uult nec semp pluere nec sp agros hispidos eẽ.i.horridos:p qđ itelligẽdũ aduersa oĩbꝰ non posse eẽ ꝯtinua ac sempiterna. Nec armeniis i oris amice ualgi stat glacies iners:nã & hic & i subiectis sensibꝰ sp ex supiore zeugma itelligendũ. Aut aqlõibꝰ qrceta gargãi gargãus mõs ẽ apuliæ.Querceta ãt dñtur:ut pineta:& uineta:a qrceis.s. arboribꝰ.

ℭCHRI. Nõ semp.Valgiũ uiꝝ doctũ atq; cõsularẽ morte pueri consolatur. Demonstrat.n.nõ semp lugendũ:sed oium reꝝ fieri uicissitudinẽ:nõ semp ibres manãt.i.fluũt i agros. Hispidos.i.rubis fructibusq;: & similibus rebꝰ aspos. Nec semp pcellæ inæquales:qa nudatim irruũt: est aũt pcella sm seruiũ aqua uẽto admixta.Pli.aũt dicit esse repẽtinos flatus i q exhalãtes e terra gignunt uentos q maiore illati pondere incursuq; si late siccã ruperint nubẽ procellã gignũtq graece ecnephias dr:hic cœpit pro uehemẽtiori uento. Vexant:rectẽ maronẽ defendit Ge.in eo uersu:dulichias uexasse rates:ubi anneus cornutus nimis leuem significatum habere in eo mõstro dicit.at Gel. oñdit esse a ueho in quo iã uis inest alieni arbitrii non.n. sui potens est qui uehitur.Vexare aũt q ex eo inclinatũ est ui atq; motu auget:nam qui fert:& huc & illuc distrahitur: uexari dr:sicut taxare pssius crebriusq; est q̃ tangere.Hinc Cato in orõne pro acheis.Cũ Hãnibal terrã Italiam lacераret atq; uexaret.Ci.in uerrẽ.Quæ ab isto sic spoliata atq; direpta est:ut nõ ab hoste aliquo:sed ut a barbaris prædonibus uexata esse uideat. Caspiũ.m.quod caspii populi circũhabitant. Stat uel horret:ut Stat ductis sortibus urna:uel stat qa aqua q̃ ex sua natura semp fluit:cũ congelata est stat. Aquilonibus:hic uẽtus a uæhemẽtissimo uolatu instar aquilæ appellat. Aquila aũt ab aqlo colore q fuscus:& subniger est uocat. Gargani:hic mõs apuliæ est:in quo fuit sipõtus urbs:& arpi a diomede ꝯditi:& i quo anno salutis.ccclxxxi.apparuit Michael archangelus.Orni:mõtanæ arbores sunt.Vir.Descẽdere mõtibus ornos. Viduant:priuantur.

Tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum/nec tibi uespero
Surgente decedunt amores;
Nec rapidum fugiente solem.
At non ter æuo functus amabilem
Plorauit omnes antilochum senex
Annos/nec impubem parentes
Troilon/aut phrygiæ sorores.
Ieuere semper/desino mollium
Tandem querellarum/& potius noua
Cantemus augusti trophæa

ℭANT. Flebilibꝰ modis.luctuosis uersibꝰ:& cãtibus. Vrges fatigas. Myste:pueri nomẽ ẽ hi loco.μυστης ãt dr:mysticus arcãus. Vespo.Pli.li.ii.c.yiii. de uenere ait:pueniẽs qppe: & añ matutinũ exoriẽs luciferi nomẽ accipiunt sol alter:ꝯtra ab occasu refulgẽs nũcupat uesper,progãs lucẽ:uicẽue lũæ reddẽs. Surgẽte.i.in occasu apparẽte. Fugiẽte.i.mane ipo:fugere.n.uĩ a sole cũ nõ appeat illo exorto. Ter æuo functus:piphrasis est Nestoris:q apud Oui.inqt. Vixi annos bis cẽtũ nũc tertia uiuit ætas.Multi iterptant an,xe.iter quos ẽt Acrõ. & Eustachiꝰ ꝯmẽtator hõc.attribuẽtes sæculo.xxx.an. is aũt i bello troião.Antilochũ filiũ amisit iterfectũ ab hectore.ut oui.pria epla narrat:a mẽnõe:ut scribũt alii Iuue.Sat.x.de nestoris fletu mẽinit.de nestore ẽt plura diximꝰ Ode.xy.libri.i. Troilõ is priami filiꝰ puer achilli ꝯgressus ẽ & occisus. de quo Vir.li.i.æne.& Pla.i bac Mystes Lucifer Vesper nestoris anni

illi fata Troiæ fata
Trophæa
Augustinus
nyphates
Media
Araxes
Tigris.f uortice
gelonis

chidibus ait.Ilio tria fuisse audiui fata:quæ illi forent exitio.si gnū ex arce si perisset:alteꝝ ēt ē Troili mors Tertiū quū por/ tæ scææ limē supeꝝ scinderet. Sorores:cassandra polyxena & creusa æneæ uxor. Define molliū:querelaꝝ:per hipallagē desine molliter queri. Trophæa.Trophæon græci dicūt la/ tini uero trophæū. ατροπη quod est cōuersio τροπεω uer/ to τροπεω in fugā uerto.Qui aūt dux hostem ꝯuerteret tro

Cæsaris/& rigidum niphaten:
Mediumq; flumen gentibus additum
Victis minores uoluere uertices:
Intraq; præscriptum gelonos
Exiguis equitare campis.

phæum merebat.Qui uero plenam uictoriā cōsequeretur triumphum:sæpe autem arbor in qua hostiū spo/ lia affigebantur trophæum dicebatur:quod late poeta ostēdit.in principio lib.xi.æneí. Trophæa cæsaris au/ gusti scribit Sueto.parthi quoq; Augusto & armeniam uindicanti facile cesserunt:& signa militaria quæ.M. Crasso &.M.Antonio ademerant:reposcenti reddiderunt.obsidesq; insuper obtulerunt.Scytas quoq; pelle/ xit ad amicitiam populi romani ultro p legatos petendā. Nyphaten:nyphates mons est in armenia Masio monti orientem uersus īminens:ut Strabo lib.xi.docuit.Est etiā fluuius ut hic:& apud Lucanū.Armeniusq; tenens uoluentē saxa nyphaten.& Iuue.sat.vi.Quosdam facit isse Nyphatē in populos:magnoq; illic cuncta arua teneri Diluuio. Medūq; flumen:Media ut Stra.edocet lib.xi.duplex est.maior & minor in maiori æsta tem parthoꝝ reges agebāt:frigida.n.est media.Media maior olim toti asiæ dn̄ara est.Traduntq; medos:mul tarū reꝝ auctores armeniis fuisse.Est aūt media Borealis & armeniæ iuncta. Medūq; flumen.Araxē intelli/ git.q armeniam & atropaciā.i.mediam minorē terminat: & in mare caspiū egredit. Tigris ēt labit p atropa ciā fluuius celerimus:uñ & nomē haben.Nā medi sagittam tigrin uocant.Auctor est Stra.lib.xi.Gentibus ad ditū uictis minores uoluere uortices:uult nyphaten & Araxē siue Tigrin quū puenerunt ad uictas gētes.i.in armeniam:& mediam tanq̄ ipsi ēt uicti sint fluere leuius:& mollioribus undis. Vortices:Vorsus & Vortices dixere antiqui q̄ primo Scipio Aphricanus in e litterā secundū uertisse dr.est aūt cōtorta in se aqua:uel qcqd aliud similiter uertit:inde pp flexum capilloꝝ pars summa capitis.ad fabius li.viii.docet. Inde pscriptū.i.pstitutū terminū ab ipso augusto ne latius uagarent in olim. Gelonos:Geloni ut Soli.scribit:populi sunt in scythia:q de hostiū cutibus:& sibi induméta faciūt:& eqs suis tegmina utq; mela scri.geloni urbē ligneā habitāt.

CACR. Flebilibus modis.qa poeta erat ualgius:& merorē suū consolabat luctuosis carminibus. Adem ptūtanq̄ mortuū fleret solatio suo ademptū. Fugientē sub hespo:ut duo eū tpa tenere mōstraret. Senex:ne storqui.xc.an.hoc est tribus ætatib⁹ uixisse firmat:unā.n.ætatē.xxx.an.ponebant:nō ergo eū dicit oī uita sua antilochū suū filiū fleuisse. Nec impubē.p.t.Troilus priami filius ætate ipar cōgressus achilli:de quo Vir.par te alia fugiēs amissis Troilus armis infœlix puer atq; ipar cōgressus achilli. tanq̄ nec ipse parētibus fletus sit.

Molliū:quæ nimiū teneri affectus sint:& desine q̄relaꝝ pro desine q̄ri:figura hippallage. Et potius cante/ mus noua augusti trophæa:tanq̄ si diceret:melius remoto luctu.Cæsaris facta cantemus.Et rigidū nyphatē scythiæ fluuiū:plerīq; putāt armeniæ montē. Medūq; flumē:poetice quasi:& fluuius se uictū sentiat:ut & pōtem indignatus araxes:& euphrates ibat iā mollior undis:uñ gētes tū uictas uult itelligi q̄ circa flumina sunt Euphratē tū indoꝝ amnē uult intelligi Ordo est. Cantemus medū flumē uoluere minores uertices additū uictis gētibus. Intraq; pscriptū:intra cōstitutū:augustus.n.fines gelōis statuit:quos uicti egredi non auderēt. sed pscriptis limitibus tenerent:cū añ ubi libuisset excurrerēt. Exiguis eqtare campis:a cæsare determinatis.

CPOR. Tu semp urges flebilibus mysten ademptū.nec tibi uespo surgēte decedūt amores. Mystē semp urges.i.instanti q̄rela q̄reris uespero surgente solē.i.orientem:cū uesp stella resurgit.i.occidit. At nō ter æuo functus.Nestorē significat:q tradit tribus sæculis uixisse.Antilochū aūt nestoris fuisse filiū notum est. Desi/ ne molliū tandem q̄relaꝝ. Desine q̄relarum:græca elocutione figuratū est: alioquin nos desine quæri dicimus. Et rigidū nyphaten:nyphates armeniæ mons est:in quo magna frigora sunt. Medūq; flumen gentibus additum uictis.Videtur Euphratē medorū significare.Quem ait gentibus uictis additum esse.i.in numerum uictaꝝ gentium accessisse:& additum uictis poetice quasi sit fracta ferocia impetus eius postq̄ uictus sit.

CCHRI. Flebilibus modis.i.carminibus quasi elegiacis.Fuit.n.Valgius poeta haud cōtēnēdus.Mysten nomen pueri a Valgio amati. Vespero:stella ueneris est.Hæc cū solē pcedit lucifer dr:& ante ortum solis apparet in oriente:cū subsequit hesp & uesp & hesperus uesperusq; appellat:uideturq; in occasu statim postq̄ sol occidit:primusq; pythagoras eādē esse stellam dephendit hesperum:& luciferum in lucifero colore gaudentem:in hespero fulgentē uidemus.Nunq̄ a sole longius gradibus quadraginta sex discedit.Genitalis roscida prospera:& salutaris est.At oñderat fieri mutationē in reb⁹ naturalibus:nunc idē probat hominū exemplis.

Senex:nestor de quo iā dictum est:quē ad tertiam usq; ætatē uexisse ferūt:inducit aūt exemplū senis cum senes impatientius filioꝝ mortem ferant:quia in illis requiem suæ senectutis sperarent. Amabilē:ergo magis dolēdum. Antilochum:hic filius Nestoris ex euridice fuit ab hectore in prælio cæsus.Oui.Siue quis antilochum narrabat ab hectore uictum.Antilochus nostri causa timoris erat. Impubem:impuberem inuestē:cui nondum barba exorta esset.Erat.n.lugendus:& quia filius:& quia bonus filius:& quia adolescēs:cū illa ætas ēt externis lachrymas excutere possit:& tñ luctui modū iposuit:ergo & te idem facere decet:cū amiseris non filium sed seruū. Troilō:qui puer adhuc ab achille in pugna cæsus est. Vir. Parte alia fugiēs amissis troilus armis:infœlix puer atq; ipar congressus achilli: filius fuit priami. Desine mollium.q.i.a mollibus querelis constructio græca:& poetis potius q̄ cæteris scriptoribus concessa. Mollium:ergo:nō ad uirū pertinentium.

Tandem:post diuturnum luctum. Cantemus:lyris carminibus. Noua nuper parta uel magna:& mirabilia:& alludit ad duo illa diuersa trophæa de qbus diximus. Trophæa apud græcos fuerūt arbores amputate in eo loco ubi hostes uicissent atq; in fugā uertissent:dicta ab eo qđ est τροπειν.i.uertere:amputabāt.n. ramos arborū:ac deinde armis spoliisq; hosti detractis ornabāt:ut essent posteris monumētū uictoriæ in eo

loco partæ. Deinde ēt sunt cerpta poni in mōtibus:& locis eminētioribus:hinc Salu.de Pompeio ait q̄ deuictis hyspanis trophæa in iugis pyrenei mōtis posuit. Nyphatē:fluuius scythiæ ex monte eiusdē uois fluit: sunt q illū parthis:sunt ēt qui incolis ascribant. Virg. Addā urbes asiæ domitas pulsumq; nyphatē:poetæ aūt dant quodāmō sensum fluminib⁹:ut se uictos fateant̄. Vir. Euphrates ibat iā mollior undis. & alibi. Pontē indignatus araxes. Minores uertices:minores undas tanq̄ q se uictos cognoscāt. Gelonos:inter budinos scythiæ pp̄los gelōi sunt græcoꝝ colonia:apud quos oia:& publica & priuata ædificia lignea erāt: his uictis augustus terminū:ut ait Pophyriō pscripsit quē egredi uetarentur. Exiguis:breuib⁹ finibus. Equitare:uagari.

Ode.x. dicolos tetrastrophos ad Lycinium de mediocritate.

Rectius uiues lycini/neq; altum
Sempet urgendo/neq; dū pcellas
Cautus horrescis/nimium pmēdo
Litus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit/tutus caret obsoleti
Sordibus tecti/caret inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus/& celsæ grauiore casu
Decidunt turres/feriuntq; summos
Fulgura montes.
Sperat infestis/metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus.informes hyemes reducit
Iuppiter/idem
Summouet.non/si male nūc/& olim
Sic erit/quondam cythara tacentem
Suscitat musam/neq; semper arcum
Tendit apollo.
Rebus angustis animosus/atq;
Fortis appare/sapienter idem
Contrahes uento nimium secundo
Turgida uela.

Argumentum. ODES.X.

CANTO. Lycinio poeta scri.hortans eū ad temperantiam: & mediocritatē: nā q sūma petūt multis hac uariis casib⁹ opponunt̄:& inde grauius decidunt. Qui uero infima tenēt:ignaui semp hñtur: & nullius sunt pcii.ad illud etiā exhortat̄:ne.s.desperet meliora lapsis neue pfidat nimiū secūdis.ē.n.oium reꝝ uicissitudo:ut & Terē.scr. Rectius ui.lycini neq; altū. Ordo ē:o lycini rectius uiues neq; semp urgendo altū: neq; nimiū pmendo' littus iniquū:dū cautus horrescis pcellas. Altū.i.pelagus:est aūt hic allegoria.uult.n.itelligere sūma minime adeūda:ifimaq; fugiēda:mediocria uero sequ da. Procellas:cāus arduos:& picula. Lit⁹ iniquū:pp uada:& saxa nautis piculosum:intelligit āt sordidæ:& humilis uitæ statū:& angustias. Aureā mediocritatē.i. fœlicē & pulcherrimā:uñ & phs li.iiii. politicorū ait q̄ in oi ciuitate sunt: tres spēs hoium. Diuites: paupes:& mediocres:iter quos optimi sunt mediocres qa mediū semp ē optimū. Tutus:phs idē li.iiii. politicoꝝ scribit mediocres ciues magis saluari: qm̄ nec isidias patiunt̄ nec fraudes faciūt:ut alii: quapp sine piculo uiuūt.ibidē quoq; ait Quāto magis aliqd accedit ad mediū tanto meli⁹:q̄to magis distat ab medio tāto peius:& lib.ii. eth.ait q̄ exupatio:& defectio bonū ipm corrūpūt mediocritas uero cōseruat. Obsoleti.ingnati:& polluti: obsolere ē de usu exire. Sobri⁹:tēpat⁹ moderat⁹ sine ebrietate. Inuidēda.i.pulchra igēti supba sublimi:& ex q̄ iuidia oriat̄. Sepi⁹ uētis:p exēpla ondit sūma oia casibus aspis opponi. Sæpius uētis.Oui.ēt ait:Sūma petit li.pflant al/.uēti. Sūma pe.dex.fulmina missa iouis.

Medio/cres

obsole/re

Spat infestis:id qdem uiri fortis ē:uñ phs li.iii. eth.ait. Et.n.nemo tolerātior est maloꝝ hoie forti: is aūt ut idē ait hō fortis pprie dr̄.q circa honestā mortē: & ea oia q̄ repēte eueniūt atq; afferet ipam lterritus ē. Alterā sor.i.iniquā fortunā. Præparatū.i.ístitutum ab uirtute:& edoctū. Informes hy.Turpissimas tēpestates, bonorū aūt:& maloꝝ uicissitudines eēondit. Olim:in futuꝝ.

Fortis

Sic.e.hic sit punctū. Quōdā.i.qñq; iungit̄.n.sequentibus:posses ēt iungere supiorib⁹:sed tūc in futuꝝ significaret:& olim in partū. Apollo:scribit Dio. li.v. Apollinem dici cytharæ eiusq; musicæ inuentorē fuisse.Macr.aūt lib.i.sat.scribit.arcu & sagittis apollinis simulachra decorari:ut per sagittas intelligat̄ uis emissa radioꝝ manu tñ dextera gratias gestare:arcū uero cū sagittis sinistra: q̄ ad noxā sit pigrior:& salutem dextera manus promptior largiatur. Idem quoq; est in ode.xii. lib.i. Angustis:anxiis. Contrahes:metaphora est.illud autem senecæ quod diximus:& hic conuenit.nemo confidat nimium secundis.nemo desperet meliora lapsis.

Apolli/nis cythara

ACR. Rectius ui.ad lyciniū scribit monens periculosum esse magna tentare nec rursum si pericula timeantur inter angustias humilē uitam sordide cōtinendā:& per allegoriā nauigantiū mediocritatem suadet eē sequendā:ordo est.lycini dū cautus horresis procellas. Rectius ui.neq; semp urgēdo neq; nimiū pmendo iniquū littus.i. nauigātibus periculosum. Aureā:beatā.Vir.aurea q̄ perhibēt illo sub rege fuerūt Sæcula. Ob soleti:squallidi sordidi. Caret inuidenda.s.a.iuidia mediocritatē carcere dicit ex magnis ædibus q̄ solent obrui iuidia. Sæpius uen.agi.ing.pi.Metaphora ab arboribus:& ædificiis tanq̄ maiora:& in alto posita piculis subiacere semp & casib⁹ ut Iuu.numerosa parabat Excelsæ turris tabulata uñ altior eēt. Casus.& ipulsæ pceps imanæ ruinæ. Feriūtq; sūmos fulgura mōtes:acroceraunia dicit qbus a freqnti fulmine nomē ē datū.

Alterā sortē:fortunā bonā aut malā. Bñ pparatū:instim igēio:& forti doctrina fortunatū pparatū se ad tēperandā fœlicitatē:& aduersam tenēdā. Informes:turbidas assiduis ibribus. Submouet: dat diuinitatis exēplū p imitatōes tēporū:p q̄ spare i aduersis sp fortes esse debeāus. Nō si ma.nu.&.o.s.e. generalis snia nō sp eandē manere fortunā ut Vir.nūc oli quocūq; dabūt se tpe uires:& oli p futuro tpe posuit.ut hūc tu oli cœlo

ſpoliis orientis'Onuſtũ accipies. Neq̃ ſemp.a.t.a.aliud numinis poſuit exemplum quo eum dicat non ſem
per bellorum triſtibus occupari:ſed miſceri dulcia cantilenæ. Idem quiſquis es. Contrahes:ſupprimes.me
taphora a nauigantibus:nam ſicut de incerto pelagi nautis:ita ſapienti nec in aduerſis deſperandum:nec cõ
fidendum ſuadet in proſperis. Appare:obtempera.

¶POR. Rectius di.ly.hac ode Lyciniũ ualgium alloquit̃:monens periculoſum eſſe magna tentare:opti/
mũq̃ eſſe mediæ uitæ ſtatũ. Neq̃ altũ ſemp urgendo:allegoria qua ſignificat neq̃ magna nimis appetten/
da.nec rurſum dũ pericula times inter anguſtias humilis ac ſordidæ uitæ contineari. Littus iniquũ:pericu
loſum pp humilitatem uadorũ ſiue pp ſaxa:ſed & hoc:ut dixi allegoricos accipiendũ. Caret inuidenda ſo/
brius.i.ſapiens q̃ careat inuidenda aula.i.inuidioſa bonoꝝ ſublimitate. Sæpius.u.a.i.p.per hæc & quæ ſubie
cta ſunt allegoricos ſignificat altiora quæq̃ hominũ magis periculis eſſe ſubiecta. Feriũtq̃ ſummos fulgu/
ra montes:& hic & in ſuperiori ſæpius per zeugma accipiendæ:ut ſit ſæpius feriunt. Sperat infeſtiſq̃ d' eſt
aduerſum. Informes hyemes reducit iuppiter idẽ.Per hæc uices eſſe bonaꝝ:& malaꝝ reꝝ probare uult. Nec
ſi male nunc:& olim:nunc futuri tpis eſt. Nõnunq̃ hic interdum;aut nõnunq̃ ſignificat. Rebus anguſtis
aĩoſus atq̃ fortis appare.hac allegoria pcepit:nec aduerſis rebꝰ deſperãdũ eſſe:& ſcdis nõ nimis confidendũ.

¶CHRI. Rectius ui.Docet nõ beate uiui:niſi aĩum ita ĩtra fines mediocritatis. cõtineamus:ut nullis cupidi
tatibus diſtrahamur.Hoc p metaphorã ex nauigatione oñdit:nã uita nr̃a nauigationi ſimillima eſt:q̃ niſi ra
tione ueluti optima gubernatrice adminiſtret̃ turbulẽtiſſimis perturbationum fluctibus obruamur oportet.

Rectius ergo fœlicius ea.n.demũ recta uia eſt q̃ ad fœlicitatẽ ducit:quã oẽs aſſequi cupiunt:ſed alii in alia re
illam ſitã putant. Altũ.i.profundũ:ut ſemp maxima petamus. Littus.i.ne ita ad infima:& ſordida deſcen/
damus:ut nulla dignitatis rõ habeat̃. Procellas grauiores cautus.i.q cautus eſſe cupis:& eſt ſnia:ne dũ alteꝝ
extremũ uitare uolumus in alteꝝ incidamus. Aureã:pcioſam:& ut aurũ cæteris metalis:ſic ipſam cæteris in
uita rebus pferendam ſordibꝰ.p paupertate:in qua penuria reꝝ ſordes uitare nõ poſſumus:alibi pro auaritia
ut demonſtratũ eſt. Obſoleti:ſquallidi.Ea.n.obſoleta dicimus quæ iã trita:& uetuſtate cõſumpta in deſuetu/
dine uenerunt q̃uis uerbũ ſm nõnullos non ſit a ſoleo:ſed ab oleo:nã hæc iam ſuũ odorem amiſerunt:caret
ergo ſordibus:ſed ſi ſobrius eſt caret. Aula inui.i.domo nimis magnifica:& ita ſplẽdida:ut regia aula:poſuit
autẽ aula pro nimio exceſſu in domo:& inuictu:& in oĩ apparatu:q̃ cuncta nõ ſine inuidia nobis ꝓparamus:
qm̃ uehemẽter nocet in euitanda:inuidẽda ergo de qua inuidia ſit hñda:nã dicimus inuideo tibi tuã ſortem.
Vir.liber pãpineas inuidit collibus umbras:hanc aũt mediocritatẽ athenienſis ſolõ fœlicitatẽ hĩc poſſe crœ/
ſo lydoꝝ regi demõſtrauit:nam cũ hoſpes regis eſſet uir ſapiens:& illi crœſus diuitias opeſq̃ ſuas : & iſinitas
& uarias:& pulcherrimas oñtaret.neq̃ tñ illas admiraret̃ ſolon:interrogauit rex quẽ ergo fœlicem putaret.
Tellũ inquit atheniẽſem qui domũculã in ſuo agro hñet:& illũ tñ:ut familiæ uictũ ſuppeditaret:eoq̃ ilic ui/
ueret cõtentus oĩ inuidia amota.Quam ſniam tũ deniq̃ approbauit crœſus:cũ ſe regno priuatũ uidit. Sæpi
us:alia metaphora idem oñdit. Sperat infe.oñdit oportere animũ ſapiẽtis:ita ſe hñe:ut in mediocritate ſe cõ
tinens:& rebus ſecũdis aduerſas:& aduerſis ſecũdas euenire poſſe arbitret̃:ut nihil illũ incautũ improuidũq̃
opprimat:ſed aduerſus oẽs ſuos ictus armatũ fortuna inueniat. Sperat inſe.i.aduerſis. Alterã ſor.i.contra/
riam.i.ſecũdã. Et ſecundis met.alterã.ſ.aduerſam:ergo repete bis alterã. Sortẽ.quia a fortuna huiuſcemõi
res ſortimur. Bñ.p.nã cũ rerũ humanaꝝ fragilitatẽ & fortũæ temeritatẽ ꝯſiderat oia q̃ euẽire pñt pmeditat̃.

Informes:turpes uel magnas:& idẽ iuppiter ſummonet:ergo nõ ſemp miſeri:ſũt miſeri. Olim.i.futuꝝ.ſic
Vir.Olim quæcũq̃ dabunt ſe tpe uires. Cythara.t.quẽadmodũ iuppiter q aer eſt nõ ſemp inducit hyemes:
ſed poſt:illas infert mitia tpa:ſic & apollo nõ ſemp arcu ferit:ſed illo poſito demulcet̃ lyra. Rebus ang.con
cluſio aurea:& ex intima ueraq̃ phia pmpta. Nã fœlices in uita nũq̃ erimus:niſi ꝑnaturæ q̃ paruis minimiſq̃
contenta eſt obtemperemus.Deinde res anguſtas:& difficiles forti:& inuicto animo perferamus:& ſecundis
nullo pacto efferamur:neq̃ in tumeſcamus."Animoſus plenus animo:ideo fortitudine quod ut interpreta/
retur fortis dixit.Et rurſus cum uela turgent nimis ſecũdo uento contrahe:ne nimis inflentur. Carmen om
nino dignum tanto poeta in quo cum grauiſſima:& ad mores emendandos apprime utilia proferat:tamẽ
ſuis metaphoris atq̃'exemplis triſtem grauitatem multa iocunditate exhilarat.

¶Argumentum. ODES.XI.

¶ANT. Quintiũ hyrpinũ aliena q̃renda minime eẽ
admonet:Suadet ẽt uictus & gazæ eũ ſollicitũ eẽ nõ de/
bere:Cũ paucis natura ipſa cõtenta ſit. Inuitat hinc iliũ
Hirpini ad lætiorẽ cõmodioreq̃ uitam dũ iuuenis eſt ſupueniet
nãq̃ ſenectus uoluptatum imunis & expers. Quid bel/
licoſus cantaber:& ſcythes.Ode eſt ſimilis nonæ. Can
Hadria taber de cantabris uideto ode.yi.li.i.Hyrpine quinti.hyr
pini ſamniticæ gentis populi : qui q̃dem ex lupo nomẽ
adepti fuerunt : qui eis in deducenda colonia dux obla/
tus eſt.Sannites.n.lupũ uocant hyrpum.ii.aũt confines
lucanis adiungunt̃.quod Stra.lib.yi.ſcribit. Hadria ob
iecto:hic hadria pro mari poſuit maſculino genere non
neutro ut quidam aiũt.Luca.lib.y.ſonat ionio uagus ha
dria põto.De mari uero adriaco ſupius dictum eſt. Tre
pides:timeas curioſus ſis. Poſcentis pauca : natura.n.
paucis cõtenta eſt:hinc Luca.ait. Satis eſt populis fluui/

¶Vndecima ode tricolos tetraſtrophos
ad Quintium hyrpinum de læta uita.

Vid bellicoſus cãtaber/& ſcythes
Hyrpine Quinti cogitet'adria
Diuiſus obiecto/remittas
Querere/nec trepides in uſum
Poſcentis æui pauca/fugit retro
Leuis iuuentas/& decor arida
Pellente laſciuos'amores
Canicie facilemq̃ ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt honor
Vernis/neq̃ uno luna rubens nitet

Vultu/quid æternis minorem
Consiliis animum fatigas?
Cur non sub alta uel platano/uel hac
Pinu iacentes sic temere/& rosa
Canos odorati capillos:
Dum licet/assyriaq; nardo
Potamus uncti? dissipat Euhyus
Curas edaces/quis puer ocyus
Restinguet ardentis phalerni
Pocula prætereunte lympha?
Quis deuium scortum eliciet domo
Lyden? eburna dic/age cum lyra
Maturet incomptum lacenæ
More comam religata nodum.

usq; ceresq;. Fugit retro. Oui. ēt. lib. iii. de arte ait: Vtē
dū ē ætate cito pede labit᷑ ætas Nec bōa tā seqt᷑ q̄ bo
na pria fuit. Lenis. i. sine pilis. Arida canicie: Macr.
lib. vii. scrib. Caniciē ex nimio humore fieri qd̄ phle/ Caniciē
gma uocat᷑: nā iō albi sūt canii qa calorē hūoris quo
nutriunt᷑ imitāt᷑: latius tñ uideto ī ode nona. li. i. Ari
da cāicie. i. sicca & macilēta senecta defectu uidelicet
sanguinis: hic Iu. ait Sat. x. ꝓterea minimus gelido iā
corpore sanguis febre calet sola. Pellente lasciuos
amores: Cicero in catone maiore iqt nō mō uitupa/
tio nulla sed ēt sūma laus senectutis ē: q̄ ea uolupta/
tes nullas magnope desiderat: hoc qppe dixit quia
multi uitupabant senectutē q̄ uoluptatibus careret.
Facilē q; somnū. i. mitē: & qetū: nequūt. n. senes qete
dormire pp morborū molestiā: hinc ait Iuue. Sat. x.
Circunsilit agmine facto Morbo᷑ oē genus Ille hu/
mero hic lumbis hic coxa debilis: ambos perdidit il Senum
le oculos: & luscis iuidet huius Pallida labra cibum mala
capiūt digitis alienis. Iuuenibus āt facilis ē somnus.

Non semp idem: cōparat floribus adolescentiam ac iuuentam sicuti. n. illi paruo tpe uigēt: sic ipsi iuuenes
cito desinunt senectutis aduentu. Neq; luna nitet uno uultu: sic ēt iuuenum uultus crescente ætate mutat᷑.
Luna aūt nūc pura uidetur nunc obscura & nigra nūc rubicunda. Pura serenitatē portendit: nigra pluuias. Lunæ
Rubicunda uentos. Auctor ē Plinius & poeta lib. i. G. Animum minorem æternis consiliis: minorem ani colores
mum æternis consiliis ait: qm̄ uitæ breuitate æternarum rerum consultationibus expleri non pōt. Cur non
sub alta. Ordo est: cur dum licet non potamus sic temere iacentes sub alta uel platano uel hac pinu: & rosa
odorati canos capillos & uncti assiria nardo. Temere iprudēter & nullo ordie qd̄ uoluptatis est. Rosa odo. Rosæ
rati capillos. Pli. li. xiii. scribit in ungentis repertum fuisse rosæ succū meminit item latius lib. xxi. Odorati: succus
odoratos habentes. Assiria nardo: de unguēto nardino seu foliato intelligit: de quo plura Pli. lib. xiii. c. pri/ Nardū
mo. Assyria nardo folium nardi pricipale erat in ungentes: nardi aūt frutex est graui & crassa radice: sed
breui ac nigra fragiliq;: quis pingui folio paruo densoq;. Cacumina I aristas se spargunt: iō gemina dote nar
di spicas ac folia celebrant: laudat᷑ syriacum: mox galicū: tertio loco creticum. Auctor Pli. li. xii. dī autem hæc
nardus ut hoc ī loco. Et hoc nardum sic ēt hæc costus & hoc costū. Euhyus: de Euhyo dictum est ode. xviii.
li. i. Quis puer ocius: ac si in ipso conuiuio eēt ita loqt᷑. Ardētis phalerni: optimi uini. Prætereunte lympha
idest riuulo ꝓterlabente. Deuium a uia remotum. non. n. ꝓstabat. Scortum: meretricem intelligit. Festus. n.
ait. Scorta appellant᷑ meretrices qa ut pelliculæ subiugant᷑: omnia nāq; ex pellibus facta Scortum appellan/ Scorta
tur. Eburna dic age: Ordo est age dic cū eburna lyra maturet more lacenæ religata. modum incōptum ap/
positio comam. Maturet festinet: de quo uerbo legito gellium lib. ix. ca. xi. Lacenæ. i. laconicæ mulieris nō
enim de helena tantum intelligit. Virg. li. i. æneī. ait Virginis os habitumq; gerens: & uirginis arma sparta/
næ erant namq; spartanæ uenatrices.

ACR. Quid bellicosus. hac ode Hirpinum alloquitur: ut omissa cura rerum publicarum uel negociis
q̄ aliena a nobis sunt ociū petat senectuti ꝯsulēs: ut cōmodis uitæ studeat celerius fugiētis. ordo est Hirpinæ
quinti remittas quærere qd̄ cogitet bellicosus cātaber. hispaniaꝶ gēs pugnatrix: & qd̄ cogitet scythes diuisus
obiecto adria. Adria gens septētrionalis: mare. n. ꝓspiciens figurate adria genere neutro ꝓtulit. Diuisus: iter
fuso mari a nobis seiunctus. Nec trepides: naturā dicit hoium si usui sufficientia quærat & breuitatis uitæ
morā paucis posse esse contentā. i. non timeas paucis uti qa pauca sufficiunt in usu æui. Fugit retro. Ordo ē:
fugit retro leuis iuuentas & decor arida canicie pellente lasciuos amores & facilē somnum. i. recedit & a no
bis ꝓcedente uita in senectutem: ut est Optima quæq; dies miseris mortalibus æui prima fugit. Arida sicca
hoc est aut nihil in se īpēdēte p nimiam ꝑsimoniam: ut sunt senes: aut arida minus iuuene calēs. Facilē q;
somnū: eo q̄ facilē somnū iuuenibus pellat senectus: ut pendebat somno iam deteriore senectus. Nō semp
idem flo. est honor naturalibus exemplis ꝓbat nihil esse ꝑpetuum. Quid æternis. m. Ordo est: quid fati/
gas aium minorē æternis: cōsiliis. i. q non est par æterno᷑ consilio᷑: nō. n. semp subsistit i corpe: nō minorē
animum ad consilia: sed æternis cōsiliis minorē uoluit itelligi. i. īfinitis & diuturnis. Cur nō. Ordo est: cur
non potamus dū licet sic temere iacentes uel sub alta platano uel sub hac alta pinu & odorati canos capil/
los rosa & uncti assyria nardo. Quæ nūc syria olim assyria uocabat᷑: notādum autē q̄ nardum genere fœmi/
nino posuerit. Sic temere passiaut hēret licētiam ipsa lasciuia. Canos odorati capillos absoluta locutio ca/
nos capillos odorati ꝓ habētes odoratos capillos canos. Dissipat euhyus: liber pī dictus eo q̄ cum dii bel/
lum cum gigātibus gererēt primus in leonem cōuersus occidit gigantem: ex quo facto eum Iuppiter ita lau
dauit: euhye: hoc ē bone fili. græce. n. hios filius dī: hæc uox ēt bacchis in sacris trahebat᷑: ut Vir. Euhyæ. Eda
ces: eo q̄ comedāt & attenuent & consumant. Quis puer ocius: uelut in ipso iam conuiuio uolut uideri.
Prætereunte lympha: decurrente fonte a qua petita tanq̄ potui leuior: ut fontis liqdi atq; exercita flumina
cursu. Quis deuium autē domo: quasi inscium plurium uiaꝶ & domuum. i. non ad publicas discurrens ꝑ
domos quæ publice non oīno ꝓstet. Scortum autē dictum putat᷑ a calciamento᷑ solo subiecto ēt oībus uul/
garibus. Lyden eburna dic age cum lyra. Ordo est: hirpine age dic lyden cum eburna lyra: ut religata co/

mas:incōptū:incōpositum more lacenæ. Maturēt.i.festinēt:ut Maturate fugam:festinantes.n.mulieres pexum tm̄ capillum in nodum colligere consueuerunt: incomptū incompositum in helenæ similitudinem. Lacenæ helenæ:ut Vir.non tibi tindaridis facies inuisa lacenæ.

¶POR. Quid bellicosus.c.&.s.h.q.c.a.d.o.& hic quintū hirpinū alloquitꝰ:hac ode qua cōtinetꝰ aliis negociis nō debere nos nimias sollicitudines adhibere:sed potius cōmodis uitæ nostræ ꝯsulere celerius se rapiēti. Adria.d.o.interfuso mari nobis remoto. Nec trepides in.u.p.æ.p.nec satis agas ut habeas uitæ necessaria cū pauca oīo de deret. Fugit.r.l.i.idest decidit & remeat a nobis ꝓcedēti uita i senectutē. Adria pellēte.l.a.c. f.q.s.Canicie ꝓ senecta:quā aridā dixit:qa senes parci ac tenaces sunt. Nō sp.f.e.h.u.nec uno luna rubens nitet.hæc ad ætatem uult referri:qa nec ipsa semp in flore iuuētæ ꝑnitet. Quid æternis.m.c.a.f.diserte qd inqt aīum porrigis in reꝝ æternaꝝ cōsultationē cū is nō sufficiat breuitate uitæ. Assiriaq; nardo potamus uncti. ea q̄ nūc syria dr̄ olim addita syllaba assyria noiabatꝰ:& adnotādū hic quoq; nardū fœminino genere dici:sicuti supra. Dissipat euhius curas edacis.Euhius uoce bacchantiū liber pater. Quis puer ocius restinguet ardētis phalerni pocula ꝑtereunte lympha:suauiter quasi in ipso iam cōuiuio sit sicut supra. Quis udo deproperare apio coronas curat de myrto. Ardentis phalerni: ardētus austerissimi calorē corporibus & animo cōcitantis & bene restinguet ꝑiecit:quia ardētis erat subiecturus. Quis deuiū.s.e. belle deuium Scortū lidem ait quæ corpore qdem quæstum faciat sed non publice. Deuiū est.n.a uia remotum:cæterū scortum meretrix metaphoricos dr̄ a scorto.i.a solo calciamentoꝝ subiectum oībus et uulgaribus. Maturet incomptum lacenæ more:comā religare nodū:grate ut solent mulieres festinātes pexum tm̄ capillum in nodū colligere.

¶CHRI. Quid bellicosus.suadet hirpino:ut omittat futurorū curā ꝑsertim eaꝝ rerū q̄ lōge absunt: & uitæ breui indulgeat:& ut superior ode a stoica secta ꝓficiscebatꝰ:nūc contra hæc epicuream redolet:cupit.n. uolumē uarietate carminis distinguere atq; illustrare. De cantabris āt & scithis dictū est. Adria:figurate i neutro ꝓtulit genere pro mari adriatico. Nec trepides:ne timeas ne anxius sis in eas res quas poscit usus uitæ: qm̄ natura paucis contēta est:& illa facile paranꝰ. Leuis iuuen. sine pilis.Iune. Sponsus adhuc leuis: uel leuis quasi polita & lubrica. Decor:pulcrhitudo. Arida physice expressit cām cāiciei:nam ipsa ex defectu naturalis humoris ꝓuenit:uel arida.i.auara. Lasciuos amores:illa.n.ætas lasciuiam omnem excludit & somnos. Nō sp idem:non mirū ꝙ in hoiem non sit sp idem uigor:nam neq; uerni flores sp uirent:neq; idem rubor est sp lunæ.Nam & flores cito defluūt:& luna assidue crescit:atq; decrescit:ergo descriptio quædam illius ætatis quæ cito:ut est apud Salustiū:uel ætate uel morbo deflorescit. Honor pulchritudo.Virg. Et lætos oculis afflarat honores.Vernis q̄ maxime in uere nascunꝰ.Luna mutat colores.Virg. Luna reuertentes ubi primū colligit ignes.Si nigrum obscuro ꝓfuderit aera cornu Ventus erit. Animū mi.æter.cō.i.non sit par æternis consiliis:non.n.sp subsistit in corpore.Non igiꝰ dicit aīum minorē ꝯsiliis: sed minorē æternis aut diuturnis consiliis:qa breuitas uitæ non sinit illum tantā diuturnitatē amplecti. Iacentes temere.i.sine delectu:sine ordine nō habita ꝑsonaꝝ rōe. Odorati:nos odorati capillos rosa.i.habētes capillos odoratos rosa.i.odore rosæ. Rosa:succus rosæ longe anteq̄ unguēta teste Plinio reptus est.Et poeta in hoc loco ita uoluptatē quærit ut tm̄ nimium luxū excludat.Ergo sat putat eē si succus rosæ ꝓ unguento adhibeatur. Nardo:i herba hæc laudatissima ē in unguentis.Primæ ptes danꝰ syriacæ:secūdæ gallicæ:tertiæ creticæ:gallica apud nos notissima ē:& uulgo iam seritur. Euhius:bacchus de quo in superioribus dictū ē. Edaces:recte:nam & animū cruciant & corpus extenuant.Vnde uere illud dictū est ꝙ spiritus tristis desiccat ossa:& græce μελεδῶν.i.membra exedēs dr̄. Prætereūte lympha:ne in ebrietatē incidatur. Deuium.i.qd̄ non oīo publice prostet. Designat aūt meretricem:quæ a ꝓstibula differt:nam meretrix honestioris est: loci & quæstus:quæ tm̄ noctu prostat.Prostibula quæ ante stabulum noctu dieq; lucri cā stat:ergo hæc non deuia est:quæ sp sit i uia.Plautus in cistelaria ondit. Eliciet:blāditiis euocetur:& hoc demonstrat non oīno publicum. More lacæ.s.mulieris.

¶Argumentum. ODES.XII.

¶ANT. Hac ode mecœnatē alloquitꝰ:i ostēdens lyricis uersibus non conuenire bella tractare:i ipse tm̄ multo melius soluta ōone ꝑlia cæsaris scribet:i q̄ poeta lyricis. Itaq; dicet horatius suæ puellæ laudes: cū osculis cuius et maximæ regum opes haud permutandæ eēnt. Nolis longa feræ bella numantiæ. ode ē similis ode.vi.li.i. Nolis longa:ordo ē.O mecœnas nolis aptari mollibꝰ modis cytharæ longa bella feræ Numantiæ &c. Feræ seuissimæ. Numantiæ.Celtiberorum nobilissima ciuitas erat numantia:quæ in bello celtiberico:qd̄ aduersus romanum populū gestum est:uirtutē propriam ostentauit:qd̄ uicesimū perdurauit ad annū:complures.n.exercitus cum impatoribus ad internitionē detraxit:nouissime aūt numātini obsidione cincti diuturna patiētia tolerarūt:paucis dūtaxat exceptis:q cedētes muꝝ dediderunt.Durias aūt fluuius ꝑter numātiam currit. Auctor iis Stra.li.iii.florus uero scribit numātiam sine muro sine turribus.modico editā tumulo apud flumen silatam quatuor milibus celtiberoꝝ romanoꝝ exercitū per annos quatuordecim solam sustinuisse:nec sustinuisse mō

Ode Duodecima dicolos tetrastrophos ad Mecœnatem de lycinlæ laudibus.

N Olis longa feræ bella numantiæ

sed serius aliqñ ptulisse pudendisq; fœderibus affecisse. Demũ scipiõe æmiliano duce maxio oppssa ciuitas nullũ de se gaudiũ hosti reliqt. Vnus.n.uir numãtin⁹ nõ fuit:q i cathenis ducereť:pda ut de paupib⁹ nulla arma ipi cremauerũt. Triũphus fuit tñ de noie:hæc ex illo. Multa ẽt scribit Liui.li.ly.lyi.lyii. Mela pterea scri.q Vrbiũ de mediterãcis i Taraconẽsi hispania clarissimæ fuerũt pallãtia & numãtia. Vtq; Ptolæ.scr.li.ii.occidẽ (tale lar⁹ tarraconẽsis ab occiduo alluit oceão.

❡ACR. Nolis longa feræ. Ad mecœnatẽ scribit docẽs nõ conuenire hystoriã poetæ:ut nec graues res carmini lyrico: sed remissas potius & iocis aptas facta.n.cæsaris ipsum mecœnatem melius exerciturũ psaica oratione dicit. Ordo est. Noli aptari mollib⁹ modis cytharæ lõga bella feræ numantiæ nec durum Hannibalem:nec siculum mare purpureum pœno sanguine.

❡POR. Nolis longa feræ bella numantiæ. Hæc ode ad mecœnatem scribiť: qua testatur poeta non conuenire historias & graues res lyrico carmini:sed magis res iocosas:cæterũ acta cæsaris melius ipm scribere.

❡CHRI. Nolis longa:oñdit se hystoriæ scribendæ minime aptũ eẽ & humili stilo poeta cũ sit res magnas scribere posse negat. Bella feræ.n.decẽ.n.annis durarũt nõ sine magna romanoꝝ clade. Ná primo. M. Pompilius a numãtinis cũ qbus pacẽ factã irritã fieri senatus cẽsuerat:cũ exercitus fusus fugatusq; est. Decreta dei/de numãtia. C. hostilio Mãcino ꝯsuli:cui sacrificãti pulli ex cauea euolarũt. Mox nauẽ ascẽdẽti uox audita ẽ: mane Mancine. Hic a numantinoꝝ quattuor milibus & uictus & castris exutus est cũ triginta milia militum ro.secũ hẽret: coactusq; pacẽ ignominiosam fecit. Sed ne hãc quoq; ratã habuit senat⁹:& ut religiõe populus solueret traditus est numãtinis Mancinus:sed minime ab illis receptus ẽ. Tandẽ missus ẽ Scipio aphricãus minor q luxuriã exercitus nimia licentia corrupti cõpescuit:nã & duo milia scortorũ a castris reiecit. Militẽ quotidie in opere habuit:& triginta dieꝝ frumẽtũ:& septenos uallos ferre cogebat:ægre pp onus icedenti dicebat cũ gladio te uallare scieris uallũ ferre desinito. Quẽ militẽ extra ordinẽ dephendit:si roman⁹ eẽt uitæ:si alius uirgis cedebat. Qua seueritate exercitũ nimia licentia corruptũ ita emẽdauit:ut q pauloante a paucioribus uictus eẽt iã plures uincere posset. Obsedit itaq; numantiã atq; obsessos ad ultimã famẽ cõpulit. Quapp numãtini fame coacti ipsi se p uicẽ tradẽtes trucidauerũt: ne i man⁹ hostiũ uiui uenirent. Captã urbẽ Scipio deleuit atq; triũphauit:domũq; ex capitolio uesperi reductus cũ se in lectũ recepisset iterfectus reptus postridie fuit:sed neq; a quo cesus fuerit unq̃ cognitũ. Feræ:efferatæ:crudelis. Est ãt numãtia i hispania coꝝ pploꝝ q uacci dñtur:urbs nobilissima q i bello celtiberico cõtra rõanos uirtutẽ ppriã oñderũt: qđ bellũ teste Stra. ad uigesimũ annũ pdurauit:hæc ab Augusta cæsarea q sup hiberũ sita est distat stadia.dccc. Durũ laborũ pacientem ut in eius historia patet:uel durũ crudelem.

Nec durũ hãnibalẽ/nec siculũ mare
Pœno purpureũ sanguine mollibus
Aptari citharæ modis:
Nec sæuos lapithas/& nimiũ mero
Hyleũ/domitosq; herculea manu
Telluris iuuenes/unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni ueteris/tuq; pedestribus
Dices historiis prœlia cæsaris
Mecœnas melius/ductaq; per uias
Regum colla minacium.
Me dulcis dominæ musa lyciniæ
Cantus/me uoluit dicere lucidum
Fulgentis oculos/& bene mutuis
Fidum pectus amoribus
Quã nec ferre pedẽ dedecuit choris:
Nec certare ioco/nec dare brachia
Ludentem nitidis uirginibus/sacro
Dianæ celebris die.
Num tu/quæ tẽuit diues achemenes:
Aut piguis phrygiæ migdõias opes
Permutare uelis crine lyciniæ:
Plenas aut arabum domos?
Cum flagrantia detorquet ad oscula
Ceruicem/aut facili sæuitia negat
Quæ poscente magis gaudeat eripi
Interdum rapere occupet

❡ANT. Durũ hãnibalem.q annos.xyi.cõtra romanos pugnauit in Italia:ut scribit Liuius li.xxx. Durauit autẽ bellũ ipsum punicũ secũdũ.annis.xyiii.ut scri.Flo. Durũ id ait:qa ut Bel.pũ.
ẽt Liuius scri. Hãnibalis nullo labore aut corpus fatigari: aut secundũ
aius uicini poterat:caloris ac frigoris:patiẽtia par.priceps ꝓliũ Hãniba
ibat:ultimus conferto ꝓlio excedebat. Erat ei ihumana lis mo/
crudelitas:nihil ueri nihil sancti nullius dei metus &c. Sicu res
lũ mare pœno purpureũ sanguine. Cn. duilius seu Duellius Duelli⁹
consul in sicilia aduersus classem pœnorũ ꝓspere pugnauit primusq; olum romanoꝝ ducũ naualis uictoriæ duxit triumphum:ob quã cãm ei ppetuus honos habitus est: ut reuertenti a cœna tibicines canerẽt & funale ꝓferret. Hæc scribit Liuius li.xyii. Et li.xix.ait:q reb⁹ aduersus pœnos a plurib⁹ du/
cibus gestis sũmã uictoriæ. C. luctatius cõsul uicta ad ægades luctati⁹
insulas classe pœnoꝝ finẽ bello imposuit:petẽtibus carthagi Bel.pũ.
nensibus pax data est. polybius aũt li.i.scribit: Victore. C. duel primũ
lio pœnos amisisse naues. L. ex cẽtum triginta:quas in romanos tũc duxerant:quaꝝ dux fuerat Hãnibal qdã: quẽ deinde carthaginẽses cruci affixerũt:idẽ quoq; iferius scribit. L. luctatium cõsulẽ in sicilia quoq; pugnasse cõtra carthaginẽses duce Amilcare:carthaginẽsiũq; naues. L. uel fractas uel submersas.lxx.plenas captas fuisse:reliquas uero fugisse:fuerũt e carthaginẽsibus uiui capti præter eos q iter certandũ pierant ultra.x.milia hoium:inde ab luctatio cũ amilcare fœdus pcussum est:de quo late polybius dicto primo li.p hunc itaq; modum primo bello:qđ romani aduersus carthaginẽses p sicilia gesserũt:finis ipositus:durauit id bellũ annos.xxiiii. Mollibus modis lyricis uersibus. Lapythas:cẽtauroꝝ pugnã intelligit in nuptiis pythoi habitã cum lapythis: de qua re lati⁹ legito in ode.xyiii.li.i. Nimiũ mero.i.supbum iracũdum ferocẽ & trucẽ uino. Hylæũ:cẽtauri nomẽ: de quo Maro ẽt li.
viii.ait:in hymno herculis. Tu nubigenas iuicte bimembres Hercu
Hylæũq; pholũq; manu:tu cressia mactas pdigia &c. Tellu/ les
ri iuuenes:circa isulã palenẽ gigãtibus bello cœleste lacessen/ Pallene
tibus:Hercules p diis pugnãs multis ex hostibus iterfectis ma Gigãtes

ximam gloriam adeptus est:ut Diodorus li.v.scribit. Vnde est:a quibus:est autem ordo. Vnde fulgens do/
mus saturni ueteris contremuit piculum. Fulgens do.i.olympus & mūdus ipse. Saturni ueteris:is.n. pri
ma ætate regnauit:dixerūtq̃ a filio pulsum quod Mac.li.i.sat.iterpretat̃ nihil aliud esse:q̃ tempora sanescen
tia ab his quæ post sunt nata dep. Ilis aūt est tempoꝝ auctor deorumq; princeps ut idem ait Vir.item li.vii.
saturn⁹ inqt. Saturnusq; senex ianiq; bifrontis imago:Et li.viii.Primus ab æthereo uenit saturnus olympo Arma io
uis fugiens:& regnis exul ademptis. Ducta colla regū:captiui.n.ante triumphalem currum ducebant̃. Do
minæ lyciniæ.hæc eius amica erat. Lucidū:pro lucidæ:hinc āt eius puellæ laudes ordit̃. Choris: tripudiis.
Iocus Certare ioco:salibus est aūt iocus id quod est contrarium serio:nā effingere & terrere & promittere interi
iocus ē.Fabius āt li.vi. Dianæ sacro die.li.ēr primo:ode uero.xxi.ait: Dianam tenere dicite uirgines. Num
Achemenes tu:ostendit lyciniæ osculis & iocis non permutandas regum diuitias. Diues Achemenes:nomen regis per
sarum inquit Acron parthoꝝ inquit porphyrio.Hero.aūt lib.iiii.scri.achemenē primum persaꝝ regem fuis/
se a quo postea oēs reges psiæ usq; ad darīū descenderūt: alius eodem noie fuit Xerxis frater:ut idē ostendit.
Mygdonia Mygdonias opes.Mygdonia iūcta ē phrygiæ ut docet Pli.li.v.c.xxxiii.phrygia aūt ut ibidem inquit Troia/
Priami regna di superiecta est:priamus uero iis regionibus iperauit:unde Strabo lib.xiii.scribit achillis uerba fuisse ad pria/
mum huiusmodi. Ante tuas noramus opes spaciosaq; regna:Quæ fœlix pariter lesbos cōplectit̃:& quæ.Cō
præhendit phrygiæ tellus ac hellespontus. Fragrantia.i.olentia seu flagrātia.i.ardentia:utrunq;.n.hic cōue/
nit. Aut facili sæuitia negat.id artis est meretriciæ:quod ēt Ouid.de arte libr.iii.sic præcipit. Quod datur ex
facili longum male nutrit amorē.Miscenda est lætis rata repulsa iocis.Martialis item ait.Galla negat satiat̃
amor nisi gaudia torpent.Sed noli nimium galla negare diu.

❡ACR. Duꝝ Hānibalē.forte q̃ sūma difficultate uictus sit. Feræ.n. pp longa bella:decimo.n. anno cum
numantinis pugnatum est multa clade romanoꝝ. Nec siculum mare:q̃a ibi primū nauali certamine ro/
mani carthaginēses duce luctatio uicerāt. Et nimiū.m.hy.itolerabilē ebrietate.hylæus centaurus a pirithoo
innitatus ad nuptias uisa puella pmotus ē:& dum uiolētus ei esse conaretur:a lapythis: qui simul nuptiis in
tererāt,phibitus est:hinc in certamē itum est:& usq; ad pericula dimicatū:ab hercule sunt postea supati de his
supius ēt ipse cōmemorat.Cētaurea monet cū lapythis rixa.Vir.Et magno hylæū lapythis crathere minātē.
Telluris iuuenes:gigantes dicit:q bellū numinibus dixerūt. Vnde:a qbus.Ter. E pdonibus uū emere se au
disse aiebat. Domus saturni ueteris:regia deoꝝ:ut Pādit̃ interea domus oīpotentis olimpi. Tuq;.p.d.ueri/
tate orōnis solutæ melius q̃ equestrib⁹.i.meretricis. Ductaq; p.uicti.n.reges in triūpho cathenati ducebant̃.
Me.d.dñæ musa lyciniæ:lycinia aūt uxor mecœnatis aut ipsius Horatii amica adolescentū moreq̃ amatas
dñas uocāt.Ordo est:dulcis musa dñæ lyciniæ uoluit me dicere cātus & oculos lucide fulgētes & pectus bene
fidū. Mutuis.a.i.alternis iugalibus. Lucidū:nomē p aduerbio:ut sublime uolātes p sublimiter.Et horrēdū
stridēs:p horrēde. Fidū:fidele:ut.f.a.it comes. Quam nec ferre pedē:quā nec saltare dedecet cū mutuis uir/
ginibus.i.nō dedecuit illā iūctis brachiis nitidis uirginibus saltare in sacro die celebris dianæ. Natalis.n.dia/
næ a uirginibus celebrabat̃:sicut apollinis a pueris:ut ipse supius:Dianā teneræ dicite uirgines. Num tu:Or
do est:nunqd tu pmutare uelis crine lyciniæ:supple regna uel bona quæ tenuit diues achemenes:aut mygdo
nias ops pinguis phrygiæ:aut plenas domos arabū:cū detorquet ceruicē ad fragrātia oscula aut negat faci
li sæuitia quæ magis intedū gaudet eripi:supple a poscēte:itedum occupet rapere. Achemenes:nomen re/
gis psarum.Luc.Achemeneis medica iusis. Aut pinguis phrygiæ:fertilis:ut piguibus in terris habiles. Myg
donias opes:Mygdon rex phrygiæ. Plenas diuitiaꝝ.s.idest diuites:& est hic sensus:nū potes tu regnum aut
opes lyciniæ amori pponere? Detorquet:flectit:scribit fastidium mulieris detorquētis se ab osculis amatoris
idest cum flagrātibus osculis tuis ceruicē detorquet auertēs se:ut magis icitet:ut Et fugit ad salices & se cupit
ante uideri:aut illud magis uolēs itelligi quod ceruicē uertat ad oscula:designās q̃ aut facile irascat̃:aut facile
blandiat̃. Gaudeat eripi:artem meretriciā designat cum uelut irata aut negat amatori oscula:aut interdum
ultro expetit:sic satisfaciens idignantī:ut Teren.Nolūt ubi uelis ubi nolis cupiunt ultro.

❡POR. Et nimium mero hylæū:nimiū pro itollerabili posuit:hylæus unus cētauroꝝ fuit.Notū est autem
prælium qd' iter lapythas & cētauros in cōuiuio nuptiali pirithoi & hippodamiæ exarsit. Telluris iuuenes:
gigātes dicit. Vnde:piculum fulgēs cōtremuit domus:p a qbus ut est illud Terentianū:a prædonibus:unde
emerat se audisse. Tuq; pedestribus dices historiis plia cæsaris:hoc est soluta & ciuili oratione. Lucidum ful
gentis oculos:pro lucide,fulgētis:ut Vir.ait.horrēdum stridēs:p horrēde. Et bene mutuis fidū pectus amori
bus:ordo.bñ fidū.i.ualde fidum.nec dare brachia.i.saltare. Diues achemenes:Achemenes rex parthoꝝ fuit.
Aut piguis phrygiæ mygdonias opes:a mygdone rege:q phrygiā tenuit. Permutare uelis crine lyciniæ:
sensus est:num tu uelis accipere parthycas aut phrygias diuitias ut lyciniæ fructum amittas? Plenas aut ara
bum domos:plenas pro opulētis dictū est. Dum fragrātia detorquet ad oscula ceruicē. Magnifice depinxit
fastidiū mulieris auertētis abeo q̃ osculari se uelit:qd' ideo facere solēt ut irritēt amantibus desiderium sui fra
grantia:ergo oscula maiora itelligamus:hoc est ex desiderio mulieris ardētia oscula:quæ oscula.s. uelit sibi a
poscēte extorqueri. Aut facili seuicia negat.Quid est facilis seuitia utrū quæ facile irascit̃:an quæ facile mol
lit̃. Interdū ra.oc.Rape occupet irascēti amatori iā satisfacere cupiēs:& totū hoc mira energia expssum est.

❡CHRI. Pœno:carthaginēsi:hi.n.phœnices sunt:q duce didone in aphricā profecti urbē illam cōdiderūt:
græce.n.φοῖνιξ di phœnix:sed latini aspirationē primæ lræ detrahunt & oi mutāt in oe:uñ fit pœnus: a quo
nō pœnicus sed punicus est.Primus aūt.C.duillus cōsul classe i mari siculo carthaginenses supauit:deq; illis
triumphauit:qua de cā ppetuus quoq; ei honos habitus est:ut reuerētia cœna tibicine canente funale pferret̃.
Mollibus:lasciuis:teneris & nō illis quos magnaꝝ reꝝ historia postulat. Aptari:ɋuenienter iungi:aptū.n.
dicimus idoneū & qd' bene quadret.Est.n.a uerbo græco ἅπτω.i.tango.Estq; trāslatio ab ædificatiōe in qua

dicimus idoneæ opus surgere si quadrati lapides totis se lineis tangunt. Tunc enim aptari lapides & ipsi quadrare dicunt. Ordo est: o Mecœnas nolis aptari a me mollibus modis cytharæ lõga bella numãtiæ: nec durũ Hãnibalem: nec mare: nec sæuos lapytas: sed de lapytis diximus. Telluris iuuenes.i.gigãtes: & quasi nomẽ interpretatus est: nam cum terræ filios illos fabulent uoluit ab eo dici quod est γινόμαι fio γαῖα terra: q̃si ex terra geniti: hoꝝ fabula suo loco expssa est. Fulgẽs domus sa.i.cœlum nam illud rescindere conati sunt.

Veteris: q̃a ante Iouem: & in prima ætate regnauit. nam fuit ogyge athenis regnãte: & cum Titane fratre bellum gessit uel respexit naturam syderis: in cuius tutela senes sunt. Quin & reꝝ uetustatꝝ inq̃sitores producit saturnus. Pedestribus: oõne soluta scriptis: melius q̃ ego q carmina scribo quæ oratio uidet equestris.

Regum colla: nam uicti reges ante curꝝ cathenis uincti in triumpho procedebãt. Lyciniæ: non placet q̃ mecœnatis sit uxor: cum ueluti lasciuam illam laudet: sed potius poetæ amicã: quã more amantium dominam uocat. Lucidum: pro lucide. nomen pro aduerbio. Fulgẽtis: quæ laus in oculis suprema est. Mutuis inuicem bene respondentibus. Quam: laudauit hactenus a bonis corporis: nũc laudat a bonis animi.s. ab arte. Nec dedecuit: liptote est.i. bene decuit. Ferre.p.ch.i. mouere pedem ad numeros choreæ.i. saltare. Nec certare ioco: laudat a iocis.s. ab ea specie ioci quæ urbanitas appellat: in qua sunt facetiæ: lepores: sales & dicta. Sed ut rem diligentius aperiam: ut ludum in re atq; corporis exercitatione: ita iocum in uerbis dicimus: ut in plurali & iocos & ioca inuenias. Est autem iocus quo in oõne risum mouemus: huius duo sunt genera: alterum q uiro quoq; ingenuo & modesto optime quadret: alteꝝ scurrile oino seruileq; est: nequaq̃ igenuo uiro adhibẽdum. Primũ ergo urbanum: Secundum scurrile uocant. Tentat q̃ nihil aliud iocis nisi ut risum moueat: nam ut sale aspersæ epulæ gustatu iucũdiores multo sunt: sic oratio iocis sallibusq; cõdita gratissima semp est. Sed ut placet Iulio Cæsari apud Ciceronẽ: Quinq; de risu querẽda uident. Quid sit unde sit: an in oõne sit adhibẽdus. Quatenus in illo pgrediẽdum. Postremo quot eius genera existant. Quid ergo risus sit iubet Iulius in eo loco a Democrito peti: & pfecto res est: quæ nisi ab hoie physico non satis recte explicari possit: itaq; ut pauca de multis ab ipsis mutuemur: risus dupliciter consideratur: aut est qdam motus pectoris & faciei: & sic uidemus eẽ accidẽs quoddam opationis uirtutis motiuæ. Aut est certum qddam quod eũ motum pcedat. Quapp iure tũc diffiniri poterit. Risum esse accidẽs siue passionem uirtutis sensitiuæ itrinsecæ sub apprehensione delectabilis: qua mouet appetitus ad mouẽdum tales partes. Et q̃a non mouet appetitus nisi ui uirtutis existimatiuæ cõcurret ẽt ad risum actus talis uirtutis. Quãobrem ut excitet risus concurrit & sensitiua & existimatiua uirtus: qbus citat appetitus q est primum & imediatum principium huius motus: neq; tñ in aliis aĩantibus cõmouet appetitus aut faciem aut pectus ad irridẽdum: nam res hois ppria ẽ. Habes igit cãm efficientem & ppinquam & remotã. Materialis aũt sunt ipsi spũs cum calore naturali: quorum extẽsione ad exteriora fit risus. Animi.n. nostri q̃primũ aliqd aduertunt quod appetẽdum sit: statim ad id accedere conant. Quapp uehemẽter diffundunt ac relaxant: & pfusi profundũt atq; extẽdunt spũs: spũs autem extẽsus extendit corpus: cõtra ex re tristi atq; fugienda contrahit aĩus: cõtractusq; rursus spm̃ contrahit: & ille itidem corpus: hinc lachrymæ: nam cũ contrahit atq; comprimit corpus exprimat ab eo humor ut ex compssa spongia necesse est. Sed redeo ad lætitiã: ut ponam quod a magno Alberto in libris de aĩalibus non omittit. Est.n. in aĩali membrana quædam satis tenuis sed dura: in qbusdam sui ptibus carnosa in rhetis similitudinẽ: unde uulgo id ei nomẽ imposuerũt. Græci poetæ illam phrenas appellãt: cuius nois rõnem alio in loco reddemus. Physici aũt eiusdẽ linguæ ẽt diaphragma nuncupãt: qm̃ ueluti paries qdam cor pulmonẽq; sepiat & a iecore lieneq; separet: nã φράττω græce sepio & obstruo significat: idem ẽt διαφράττω eodem rõne latini septũ a sepiẽdo dixere. Verba sunt Cornelii celsi. Sub corde atq; pulmone trãsuersum ex ualida membrana septum est. Appellarũt præterea latini quãdoq; pcordia: quã: his hoc noie oia exta sæpe ueniant. Hic igit paries siue septum siue diaphragma appellãdum putes ab ea de qua diximus extẽsione motus cõcalescit. Calefactusq; sensus penitus imutat & resoluit totum corpus in gaudium. Risus.n. insequit tacto pariete uel membro uicino parieti: nam cum illo tactu motus sit paries: & sic calefactus diffundit spũs & resoluit & mutat intellectus: q cõtinebat corpus: & ridet nimis pfuse: hinc est cõcussio multa & dissolutio neruoꝝ ex calore diffuso in ipsis. Solus aũt homo ridet: q̃a nõ pellem habet sed subtiliorẽ cutem: q̃ tacta mouet paries: si tangat sub axillis: q locus uicinior est septo. Vnde putauerũt ꝙ si quis in ea pte uulneret minime doleat. Quod si quis quærat quare ex re ridicula sæpe in pfusum risum magis prorumpamus: q̃ ex aliqua subdita fœlicitate: reor id eẽ causam: q in ridiculo nulla re impediat aĩ profusio: in re aũt magna & fœlici q̃uis maius gaudiũ excitet: inest tñ quædam profundior cogitatio & cura rei quæ pspere euenit: Hæc autem aĩum cõtinet ne se oino effundat. Quod nõ euenit in ridiculo: nam ibi lætitia diffundit aĩum: nulla reprimẽte cogitatione aut cura. Hæc oia subticuit Cicero: quæ de cã efficiente risum dici poterãt: non q̃a illa ignoraret: sed q̃a tam exq̃sita physices disputatio psonis & rei nõ multum quadrabat: reliqua aũt exacte psecutus ẽ. Sed id in primis ꝙ materia risus & quasi obiectũ quoddam & regio quædã: unde risus pueniat: sit turpitudo quædã & deformitas: non tñ turpiter enarrata: nam qd tertio loco quærebat minime dubitandũ conuenire & oratori & urbano uiro risum mouere: nam & ipsa hilaritate beniuolẽtiam nobis excitamus: & admirant auditores acumẽ sæpe uno uerbo positũ. Significat postremo ex ipso ioco nos & politos & urbanos & eruditos esse. Et qd nõ minimi faciẽdum est: grauioꝝ reꝝ tristitia ac seueritas ioco facile mitigat. Habendus tñ est modus in risu mouẽdo: nã nec isignis improbitas & scelere uincta. Nec rursus miseria isignis agitata ridet: nã flagitiosi nõ ridiculo: sed maiori quadã acrimonia uexãdi sunt. Miseri aũt nullo mõ illudẽdi uident: nisi se forte iactẽt. Ergo eos facile ridebimus: q neq; magno odio neq; rursus misericordia magna digni sunt. Maximũ aũt sæpe risum ea mouẽt quæ ita auditorẽ decipiũt: ut cũ æqora credant acerbiora tñ esse deprehẽdunt. Interptabat olim nostri Petrarchæ elegias lyricosq; qbus lauram canit. Adheratq; aduersarii

qui lauram mulierem fuiſſe negarét:aſſererétq̧ nč illo noie puellam a ſe amatam itelligi:ſed aliud allegorice ibi latere.Rogabá qdnam illud eſſet:& ut id me docerét ſummis precibus contédebam:illi auté magnum profecto id eſſe.ſed tñ quid ſit neſcire fatebant᷑.Hic ergo ridiculi occaſioné nō prætermiſi:ſed in maxima auditoꝝ frequentia ueluti conuictus:& pudore conturbatus:malo inq̄ ingenue fatédo íſcitiam meam a uobis accuſari q̄ iniq̧ defendédo puicaciam damnari . Duo ſunt quæ aduerſarii mei ꝓferunt alterum non fuiſſe mulierem lauram:quod ego adhuc non do.Alterum quod ego ita liberaliter eis concedo:ut etiá ſi quis illos mendacii in iudicium uocet uadimoniúq̧ facere cogat uadē me præſtare decreuerim:atq̧ hic cum ueluti pudore impeditus dubitabundus aliquátum ſubſiſterem:& illi uictoria geſtientes inuicem ítueri:alioſq̧ circumſpiciendo meæ confeſſionis teſtes citare quodam nutu uiderent᷑:atq̧ tota iam ſchola auribus erectis qd dicturus eſſem expectaret.Tunc ergo ꝓſequens:aiunt inq̄ quid ſibi poeta in laurea uelit ſe plane neſcire : quod ego ita utraq̧ manu doꝫ iure me iurando obſtringam:ut niſi hoc uerisſimum ſit nihil ſit unquá futurum uerum.riſit tota ſchola:cum dictú falſum fuerit:& illi ambiguitate orationis ad ꝯtrarium exitum q̄ putabát decepti ducerent᷑.Dicunt᷑ autem faceciæ hi ioci:in qbus aliqué aut dictis aut actionibus imitamur:& ut pictores exprimimus.Hoꝝ duo ſunt genera:quoꝝ alterum retractat᷑:alterum dicto.Re cum aliqd uelut fabellam narramus:fingimus ea quæ naturæ dictis geſtibuſq̧ conueniant:& nos ueluti mimmos : modeſte tamē exhibemus:imitamur uocem multú & os deniq̧ eius quem agimus : in dicto ridiculú appellamus cum id qd' uerbi aut ſñiæ acumine mouet᷑ fingimus.Hæc dicta appellari docet Cice . in epiſtolis ad Cornelium nepoté his uerbis.Itaq̧ noſtri cum oia quæ dixiſſemus dicta eéut quæ facete & breuiter & acute locuti eſſemus ea ꝓprio nomine dicta appellari uoluerunt.Nonius auté pomponius iocos dicteria appellat.In quibus qm̄ morſus latet:placuit græcis ea ſcōmata appellari:nam σκώπτειν mordere eſt.Sút & ioci in qbus feſtiuitas quædam & hilaris iucúditas:& bláditiæ potius q̄ morſus apparet:i hos noſtri lepores græci αἰμυλίοι dixerunt:a quo dicendi genere nónulli & æmilio & lepidos uocatos uolúr.Vniuerſum aút hoc iocorum genus modo neq̧ ſcurille ſit neq̧ inimicum uehemēter nos auditoribus cómendat.Sed ut in cæteris rebus ſic & hic & hominum & reꝝ & temporum & locoꝝ habēda ratio eſt.Adhibenda moderatio & raritas . Perſtrixi pauca de multis:nam in numeroſa rerum turba:quas ſcribēdas ꝓpoſuim⁹: nulli patētior locus relictus eſt:& in anguſtiis plura cōplicari fortaſſe poſſunt:explicari autem nullo modo poſſunt. Sacro dia.feſto die:in quo dianæ ſacra agerent᷑.Eſt.n.ſacrum quicqd deſtinatum diis eſt.Videt᷑ autem ita a ioco ludoq̧ illam:laudare:ut tñ laſciuiæ caſtitatis nō deſit:nō.n.ueneris ſed dianæ ſacra cōmemorat.De diebus autem feſtis profeſtiſq̧ alibi ſcriptum eſt.Sed diei initiú apud atheniéſes erat occaſus durabatq̧ ad alium occaſum . Babyloni autem ab ortu ad ortum diem finire putabant Vmbri & hetruſci a meridie ad meridiem:quod magis uidetur aſtronomicæ rōni quadrare.Verum romani a media nocte initium diei dabát:placuitq̧.M.Varroni ꝙ qui ex media nocte ad proximá mediam noctem nati eſſent eodem die nati uiderent᷑.Idem oſtédit Vir.in.vi. Hac uice ſermonum roſeis aurora quadrigis.Iam medium æthereo curſu traiecerat axem & paulopoſt.Nox ruit ænea s nos flédo ducimus horas.Diei igit᷑ prima pars eſt mediæ noctis iclinatio.Inde gallicinium:inde cōticinium:cum galli tacent:& hoies ét tunc quieſcunt:diluculum aút eſt cum dies agnoſci cœpit.Mane deide ꝙ ab inferis locis.i.a manibus ueniat:uel a noie boni hois.Nam lanubini manú bonum dicunt:cuius cōtrarium eſt ímanis inde meridies quaſi medidies.Nam priſci.r.pro.d.ſæpe ponebant:ut aruena pro aduena:ab hoc ſupra cæteꝛ tempus occiduú diceba᷑.Mox ſuprema tempeſtas.Hinc in.xii.tabulis.ſolis occaſus ſuprema tempeſtas eſto.Deinde ueſpera a ſtella heſpero:a quo tempore dicta eſt ueſperna conuiuium : quod nō niſi aduentante nocte inibant priſci : cuius rei nō ignarus Maro dixit.Núc eadem labēte die conuiuia quærit. Poſt ueſperam nox cócubia erat:ac poſtremo:nox intempeſta:quæ nō habet idoneum tempus quicquá agédi:in has igitur partes diſtribuebát diem.i.uniuerſum illud ſpaciú:quod ꝑficit una cœli reuolutio : quodq̧ cōſtat ex quatuor & uiginti horis:& lucem tenebraſq̧ cōtinet.Aliquádo ita diem dicimus ut ſolam lucem intelligamus:tenebras uero ſub noctis noie appellamus.Virg.Noctes atq̧ dies patet atri ianua ditis.ponimuſq̧ nō nunquá diem pro tpe.ut Lóga dies hoi docuit parere leones.Eſtq̧ ſñia Marcelli ꝙ cum pro tpe ponit᷑:in fœmino ponat᷑ genere:aliter in maſculino:ſed cōtra multis in locis uidemus.Virg.Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies:& paulo infra.Expectata dies aderat.pro die igit᷑ in utroq̧ genere ponet᷑: pro tpe uero in fœminino ſolum.Priſci latini in aduerbio ponebát die quinti & die quarti.Et quia idifferenter e & i in fine ponebát pronúciabant ét die quarte & die qnte.Dicebant & die priſtine pro pridie . Alii tñ uolunt:ut hæc futuꝝ ſignificét.Ponútq̧ uerba prætoris die noni poſt kalen.qntiles compitalia erunt.De præterito uero die nono dicebát.Veꝝ ut ne hoc qdem relinquam in. xxiiii.horas diuidit᷑ dies.Neq̧ illę pares erát apud antiquos ut núc ſunt:ſed ut lux creſcebat decreſcebatq̧:ita & horæ lucis:nam ſemp in ſex horas lucem:ac in totidem tenebras diuidebant.Quapropter ab æqnoctio uerno uſq̧ ad autúnale horæ diurnæ nocturnas ſuperabant.Cōtra uero:cum per reliqua ſex zodiaci ſigna quæ auſtrina appellátur ſol diſcurrit.Neq̧ tamē rōne caret:ꝙ neq̧ in plures:neq̧ in pauciores horas reuolutio cœli diuiſa ſit:in.xii.n.ſigna diſtributum eſt zodiacú & quáuis alia aliis longiori ſpatio aut aſcédant ad noſtrum hemiſperium:aut deſcēdant in aliud tñ ſi quod in uno loco excedit i alio apponatur:ſingula binis horis rem perficiunt.Sed de die hactenus. Achemenes: pro maximis diuitiis poſuit Achemené perſaꝝ regem:qm̄ cæteros mortales diuitiis opibuſq̧ ſupaſſe perſæ uidétur.ut plurimi teſtant᷑ hyſtorici.Nō tñ ꝓprium nomé regis eſt achemenes:ſed oés perſaꝝ reges a tribu: qua oriúdi eént:hoc noie appellabant᷑:ut alexádrini reges oés a Ptolemæo Lagi filio q primo alexádriæ regnauit:ptolemæi dicti ſunt.Sed de pſis ita loqtur Herodotus.Sunt aút hi i perſia popul. olli arteatæ : perſæ: paſargadæ:mai aphii:mapi:in oibus aút iſtis paſargadæ meliores ſunt.Ex illiſq̧ tribus eſt achemenida: ex qua pſici reges fuerút. Mygdonias.i.phrygias:nam & in illis maximas opes fuiſſe conſtat.Fuit aút Mygdon rex

phrygiæ:quo duce ferunt ideos dactylos ad samothracas deuenisse:& ibi excantationes & ueneficia exercentes eos populos in summum stuporem adduxisse. Arabũ plenas.d.hoc maxime pp aromata: nam in arabia fœlici hæc ut plurimum nascuntur. Thus aũt nusq̃ nisi in arabia. Fragranti:optime olentia: uel flagrãtia.i.ex amore ardentia. Aut facili sæuitia. Exprimit id quo uehæmenter delectatur amator. Nam neq uult eam quæ nimis lasciue nihil unq̃ denegat:satietas.n.quædam inde oritur:qua oia uilescunt: & sordent: atq interdum fastidium adducit:neq rursus illam quæ semper pertinax nunq̃ se morigerã præbeat. Quod eleganter a martiale expressum uidemus. Inquit.n. Nolo nimis facilem difficileq nimis. Verum quod mediũ est:quodq iter utrunq probatur. Nec uolo quod satiet:nec uolo quod cruciet. Facili sæuitia:negat qdem ut sæua. Quæ res desiderium auget:nam ut est apud Luc. Nitimur in uetitum semper:cupimusq negata: sed non diu negat ne fortasse cruciet:ergo sæuitia facilis est: præsertim cum ita negat:ut tñ cupiat exorqueri a poscente quod non accipit. Deniq ut ostendat desiderium ex penuria accendere illam uelle cruciatum ãt afferre nolle:addit q ipsa occupat rapere.i.preuenit ut rapiat q ille nõdum dat. Nam teste Terẽ. Nolunt ubi uelis:ubi nolis cupiũt ultro:hoc si dolo fiat meretriciũ artificiũ ostendit. Sin impulsu naturæ igeniũ muliebre describit.

Ode.xiii.tricolos tetrastrophos de arboris casu/& inferis.

Ille & nefasto te posuit die
Quicunq primũ & sacrilega manu
Produxit arbos/in nepotum
Perniciem/opprobriumq pagi.
Illum & parentis crediderim sui
Fregisse ceruicem/& penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis/ille uenena colchis
Ca Et quidquid usquã concipitur nefas
Tractauit/agro qui statuit meo
Te triste lignum/te caducum
In domini caput immerentis.
Quid quisq uitet/nunquam homini satis
Cautum est in horas/nauita bosphorum
Pœnus perhorrescit/neq ultra
Cæca timet aliunde fata.
Miles sagittas/& celerem fugam
Parthi cathenas parthus/& italum
Robur.sed improuisa lethi
Vis rapuit/rapietq gentes.

¶ Argumentũ. ODES.XIII.

¶ ANT. Oppressus arbore decidẽte Horatius quæ suo in pago sabino fuerat detestatur hic eius consitorem:ostẽdit postea nunq̃ satis esse hominibus cautũ ad euitanda pericula mors enim improuisa rapuit rapietq gentes:scribit inde se pene inferos adiisse uidisseq æacũ iudicantem. Sappho quoq atq alcæum fidibus canentes: quæ omnia maxime mirabãtur umbræ. Ille & nefasto te posuit die. Ode est similis nonæ li.i. Ille & nefasto. Ordo est o arbos:ille quicunq primũ te produxit in nepotum perniciem opprobriumq pagi posuit & nefasto die & mãu sacrilega. Nefasto dicit:nõ fasto:sed abhominando. Erant autem dies fasti quibus licebat sine piaculo fari prætori tria uerba solẽnia. Do.dico. addico. nefasti uero quibus ea fari ius non erat:& si fati fuissent: piaculum faciebant. Auctor est Varro:diximus & plura superius. Sacrilega mãu.i.pessima sceleratissima: sacrilegus.n.pprie dicitur qui sacra legit.i. furatur. Perniciem exitum & necem. Opprobrium crimen dedecus & infamiam. Propter domini oppressionem arboris casu. Pagi:pagus uilla dicitur a πηγῆ quod est fons ut Pagus
festus ait. Penetralia:penetrale est proprie omnis in- penetra
terior pars domus:ut Seruius secundo scribit. Vene les
na colchica:uersus ẽ hipermeter: scanditur igitur cũ sequenti:in ponto autẽ ubi colchi sunt prouentus est malorum graminũ. Idẽ uero Epodo penultimo ait. Cales uenenis officina colchicis. De quibus latius dictum est in epodo quinto. Quod quisq uitet:ostẽdit nunq̃ satis cautum esse posse hominibus improuisæ mortis sæuitia & fatorum casu imminenti. In ho
ras:id est hora quaque. Bosphorum: Duplex est bo bospho
sphorus thracius & Cimerius est autem angustum mare:quo io in bouem mutata enatauit cõsilio iunonis. rum
inde sic appellatum. Dionysius & mela scribunt. Pœnus nauita:hunc pro quocunq posuit. Est autem sen- Pene/
sus q multi timent loca tantum periculosa:quibus præteritis putant se tutos: sed decipiuntur: fata enim ob- trale
stant:& ubi non credunt opprimuntur.

¶ ACR. Ille & nepha. Execraĩ arborẽ:cuius casu in agro suo sabino pene periclitatus est funestã eam & in situtorem eius dicens:& est ordo:arbor ille qcũq produxit te primũ in nepotum pniciem & opprobriũ pagi posuit &c. Nephasto.d.&.s.n.i.ne. nepotes pro posteris posuit. Opprobriumq.p.tanq̃ ad totius pagi uel totius regionis pertineret infamiam:si famosus ager morte dñi fuisset. Fregisse: nouo uerbo execratus est parricidã. Et penetralia: domus secreta in qbus hospes fuisset occisus:& fœdus hospitale uiolatum tanq̃ minus eẽt si homicidium diceret ppetratum. Venena.c.specialẽ prouinciam:posuit pro generali crimine. Colchos.n.scythiæ ciuitas est:ex qua Medea fuit uenenis & magica arte potẽs. Quid quisq uitet: Sentẽtia qua dicit iprouidas hominum mentes nulla fatis obuiare cautela nec metuere periculum:nisi cui sit pximũ & tamẽ multos improuisis opprimi piculis. Nauita bosphorũ:aut bosphorũ pro quolibet freto dixit:aut pœnum pro quolibet nauta. multum.n.diuisus est pœnus a bosphoro. Bosphorus.n. ponti sunt fauces ubi pp angustias assidua naufragia fiunt:nomẽ aũt diciĩ accepisse q inde in bouẽ io mutata trãsierit:quasi bosphoros. Et celerem fugam:fugiẽtes.n.parthi sagittæ uæhemẽtiores sunt. Virgi. Aut missam parthi post terga sagittã. Vis:uiolentia inexorabilitas:dum quisq timet hoc:aut illud rapitur sæua morte.

¶ POR. Ille & nephasto te posuit die. Hac ode execraĩ arborem in sabino agello suo:q sup deambulãtem

se decidit ac pene oppressit. Nefasto ät nõ fasto & abominädo. Et sacrilega.m.p.a. Vocatiuo casu accipe ar/
bos:hoc est o arbos:arbos uel quasi ad illius regionis ifamiã arborẽ suũ.s.dominum oppressisse. Et.p.s.n.c.
h.hospicis sui penetralia cruore sparsisse:hoc est hospitem in domo sua interfecisse. Ille &.u.c. Colchica in/
quit:qa medæa colchis fuit:quã sũmã ueneficã fuisse hystoriæ græcorum tradũt. In ho.na.b.P.p.nauita. his &
quæ subiecta sunt significat unũquẽq; hoium.nõ fere piculum timere:nisi cum pximus situerũt:tamẽ plerun
q; ex improuiso mala inopinata interuenire atq; opprimere. In hotas.n.b.p.p. Bosphorũ fauces sunt ponti
maris unde longissima aphrica sit q ita pœnus nauita eũ phorrescat:hunc bosphorum p quolibet freto posuit
Freta aũt angusta maria & cõcitata sunt.oia aũt freta a feruore dicta extimantur.

CHRI. Ille & nefasto te posuit dir. Execrat arborem a q̃ piculũ sibi fuit. Nec putat eã seri potuisse nisi a sce
lestissimo uiro. Vitupat ergo a satore ueluti a parẽtib9 maioribusq; uitupare quẽpiã solemus. Postremo rẽ ri/
diculã sũma grauitate exornat:ostendẽs nulli mortaliũ fatis esse certũ qd caueat: Tragiceq; insurgit & exem
plis nitit uariis. Põsuit:plantauit. Vir.& ponere uites. Nephasto:p atro & infœlici posuit. Atri triduani di/
cebant erãt.n.i quolibet mense tres.postridie kal.non.& idus mensis. Cæterum qd sit nephastus dictum est. Et
Ouidi. Ille nephastus erit per quem tria uerba silentur. Fastus erit per quem lege licebit agi. Produxit:quasi
progenuit:nam arborũ quas serimus ueluti parentes putamur. Producere autem quãdoq; in longum ptra/
here. Vir. Abnegat excisa uitã producere troia. Quãdoq; prosequi:ut nec tua funera mater pduxi q̃nq; pro /
create. Teren. Seni aiam primũ extinguerẽ ipsi:qui illud scelus pduxit. Sacrilega ma.i.ipse sacrilegus quasi
nepharius. Sacrilegiũ aũt est furtũ rei sacræ:aut uitiũ sacræ uirgini illatũ. Opprobriũ:infamiam & dedecus
quod pueniat ob probrum.i.pp scelus commissum. Pagi:ueluti ad tatius regionis infamiam pertineat. Pa
gus autem uicus ex pluribus domibus in agro constans dictus απο τησ πηγησ.i.a fonte:q ex eodẽ fonte
bibãt oẽs q eiusdem sunt uici. Persius aũt semipaganum se appellauit:quia non esset omnino paganus: quo
niam non oino potaret ex poetico fonte:ergo metaphorice dixit semipoetã:& christiani pagãos eos appel/
lãt qui nõ sunt nostræ religionis quasi qui nõ sint ciues christiane reip.sed rusticã. Penetralia:loca magis
interna:& recõdita ab eo q est penitus.i.ualde intus. Nocturno cruore.i.cruore sparso nocturno tpe: Nã q
flagitium cõmissurus ẽ:latebras sibi quærit ad scelus tegendum. Væhemẽter aũt singulis uerbis scælus auget.
Non.n.solum interfecit hospitẽ:quod ex se ingens ẽ scælus:uerũ interfecit ex insidiis:qa nocturno tempore:
fuitq; in iusta cedis causa:nam si iusta fuisset:non q̃sisset latebras:iterfecit domi suæ: ergo suæ se fidei hospes
comiserat: interfecit crudeliter:quia fudit illius cruorem quo penetralia sparsa sunt quasi repleta. Posuit ergo
duo maxima scæleta & eius qui parentem:& eius qui hospitẽ necasset:& necasset crudeliter. Cum horrendũ
scelus putarẽt antiqui polluere iura hospitalitatis:quibus Iuppiter optimus maxim9 præesset. Vnde Vir. Iup
piter hospitibus nam te dare iura loquunt. Colchica:colchis urbs ẽ ponti:quæ regio & ueneficis abunda/
uit mulieribus:qd maxime demonstratur p Medæã:& herbas producit ueneficiis aptas. Vir. Has herbas atq;
hæc põto mihi lecta uenena ipse dedit mæris:nascunt plurima põto:ergo colchica dixit q̃si uæhemẽtissima:
& reliqs pestilẽtiora. Et qcqd:post spẽs transit ad genus:ut nihil ptermittat. Cõcipisti plus ẽ q̃ si dixisset ef/
ficit qa maiora possunt hoies aio concipere q̃ re pficere. Tractauit.q.d.sæpius ac uæhementissime egit. Tri/
ste li.i.fœlix lignũ & ppea tristiciã illaturũ. Erãt ãt apud antiquos in iure põtificio notatæ arbores fœlices: at
q; infœlices. Fœlices.n.erant:ut Veranius ait:quærcus æsculus:ilex:suber:fagus:corylus:ficus:alba:pirus:ma
lus:uitis:prunus:& cornus. Infœlices uero ex snia tarqni prisci erãt q̃ i iferorum tutela sũt:ut ficus:atra:acrifoliũ
pirus:siluatica:ptuscus:rubus:sentes. Quibus arboribus pdigia mala uiri oportebat. Afferit igit poeta hãc esse
unã ex infœlicibus arborib9. Caducũ:aptũ ut caderet:nõ ãt causa:nã nõ staret uersus. In domini ca. sce/
lus erat in quẽcũq; cadere:sed maius in dominũ. Maximũ in dñm in merentẽ. Quid quisq;. Mos poetæ ige
niũ ut ex occasione paruæ rei magna inectat:& q̃ ad uitam & mores maxime ptinent lenionbus iterat. Ostẽ
dit enim quanta sit humana imbecillitas:atq; miseria ex ipsa inscitia:qua sæpe non timenda timeamus:con
tra uero nullus sit metus ab iis quæ sũma cũ pnicie iminent. Quid quisq; uitet nũq̃ homini satis Cautum
ẽ:snia est color rhetoricus. Est enim snia oratio sumpta deuita:quæ aut quid sit:aut quid esse oporteat in uita
breuiter ostendit ut illud Vir. una salus uictis nullam sperare salutem:& Lucani. Atq; arma tenenti oia dat q
iusta negat. Aliquãdo snia cõfirmat subiectiõe tationis hoc modo. Oẽs bene uiuẽdi rõnes in uirtute sũt col/
locandæ:qm̃ sola uirtus in ptãte nostra ẽ. Nõnunq̃:ẽt efferunt sniæ dupliciter: aut sine rõne sic. Errãt q in p/
speris rebus oẽs fortunæ ipetus se fugisse putant. Sapienter aũt statuũt qui temporibus secundis casus aduer
sos reformidant. Aut cũ rõnibus hoc pacto. Qui adolescẽtium peccatis ignoscendũ putant:falluntur:propte
rea q ætas illa non est impedimẽto bonis studiis. At sapiẽter faciũt q errata illorum castigãt:ut qbus uirtutibus
oẽm uitã tueri possint:eas in ætate maturissima uelint cõparare. Dixi latius de hoc colore: quoniã uæhemen
ter omne scriptorum genus exornat:& ut ab oratore rarius teste ẽt Cice.ponẽdus ẽ ne uiuẽdi pceptores in dicẽ
do esse uiderent. Sic contra a poeta sæpius ponẽdũ censeo:quãdo qdem uitæ pcepta pfiteri illũ apprime de/
ceat. Cautũ:differt cautio a timore:sed hoc cõmodiori loco. Nauita:p nauta per epentesin:sic Vir. Nauita
tum stellis numeros & nomine fecit. Fit aũt epẽthesis quotiens in dictione syllabã addimus:ut Iuue. Quales
tunc epulas ipsum glutisse putamus induperatorẽ.i.impatorẽ. Huic cõtraria syncopa ẽ:p quã syllabã dictiõi
subtrahimus ipsam concidendo:ut cum dicimus deum pro deorum. Bosphorũ:qa illac bos portata sit. Dicũt
.n. Ion in uaccã uersam has angustias trãsfretasse. Ponti.n.fauces sunt. Habet aũt bizantiũ:quã hodie constã
tinopoli uocant. Hoc mare pp angustias piculosum ẽ. Pœnus:ut Bosphorum pro omni mari ita pœnum
pro omni nauta. Pœni aũt.i.carthaginenses colonia sunt phœnicũ:qui primi pœne oium mortaliũ naui/
gis mercaturã exercuerũt. Neq; ultra.s.hæc pericula bosphori timet. Fata:id est perniciem & exitium. Ali.
unde.i.ab alio loco. Sagittam & celerem fugam.i.sagittam.quam inter fugiendum emittit.

Quam pene furuæ regna proserpinæ:
Et iudicantem uidimus æacum:
Sedesq; discretas priorum/&
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis depopularibus:
Et te sonantem plenius aureo
Alcæe plectro/dura nauis
Dura fugæ mala/dura belli
Vtrumq; sacro digna silentio
Mirantur umbræ dicere/sed magis,
Pugnas/& exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure uulgus.
Quid mirum ubi illis carminibus stupens
Demittit atras belua centiceps
Aures/& intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & prometheus/& pelopis parens
Dulci laborum decipitur sono

¶ANT. Quam pene furuæ:Indicat se pene inferos adiisse uidisseq; æacon iudicātem. Sappho & Alcæum Aeacu
fidibus canentes. Furuæ:idest nigræ. Eacum:fuit is Iouis filius quem apud inferos bonoꝝ ac malorum iu
dicem ferunt fabulæ:hinc ait Oui.in ibin.Noxia mille modis lacerabitur umbra.tuasq; Aeacus in pœnas in/
geniosus erit.latius tamē diximus circa principium Iuuenalis.Socrates autem in gorgia Platonis refert io// Minos
uem hæc dixisse Plutoni.Ego igit̄ constitui iam meos filios iudices.Duos qdem ex asia. Minoem uidelicet
& radamanthum:unum uero ex Europa æacum:hi ergo postq̄ mortui fuerint iudicabūt in prato quodam:
ibiq; in triuio ex quo geminæ portant uiæ.Altera q//
dem ad tartaꝝ:altera uero ad isulas beatorum.Et asia
ticos Rhadamāthus:eos uero q ab Europa uenīēt æa Rhada/
eus iudicabit.Minoi aūt id munus iniūgam: ut ipse di mantus
iudicet siquid ambiguum fuerit: ut iustissime ꝓcedat
iudicium:recteq; fiat transmissio animoꝝ:hæc ille:ubi
etiam legit̄ ꝙ uterq; ipsorum uirgam tenet dum iudi/
cat:minos autem considerans sedet solus aureum ha/
bēs sceptrum. Sedes priorum:elysiū itelligit:quas bea Lesbos
torum insulas superius appellari ostēdimus. Aeoliis Aeolica
fidib⁹:idest lesbiis:nam ut scribit Dionysius æolidum regio
insulaꝝ rupes lesbos est & tenedos.Vtq; Stra.docet li.
xiii.æolica regio ingens erat & troiæ adiūcta. Popula
ribus:idest eiusdē populi ipsius sapphus: ait enim ipsa
ad Phaonē scribens.Lesbides infamē quæ me fecistis
amare Desinite ad cytharas turba uenire meas. De il/
lis ergo cōquerebatur:ut hic sappho:amauerat aūt im
pudice aut aiūt Thelesippam: Megaram: athidem: q
aliter exposuere querētem nō procedit. Alcæe:alcæus
in parte operis aureo plectro merito donatur:quia ty/
rānos insectatus:multum etiam moribus conferens:au/
ctor est Fabius lib.x. Plenius: Sappho etiam inquit.
Nec plus alcæus cōsors patriæq; lyræq; Laudis habet
quamuis grandius ille sonet. Dura nauis:alcæus mi/
litiam exercuit: uictus tandem aufugit amissis armis:
quam rem carmini mandatam in mytilene reposuit:
latius tamen uideto in ode.xxxii.lib.i. Dura nauis:repete dura mala nauis:dura mala fugæ:dura mala belli.
Bibit aure:auide audit. Bellua centiceps:cerberum intelligit:cerberus autem dicitur quasi κρεωβορος:
i.carnē edens:nam κρεασ caro est βοροσ edēs de hoc Seneca in Hercule furente ait. Post hæc auari ditis
apparet domus:hic sæuus umbras territat stygius canis:qui terna uasto capita concutiens sono regnū tue//
tur:sordidum tabo caput lambunt colubræ:uiperis horrent iubæ:longiusq; torta sibilat cauda draco par ira
formæ &c. Centiceps:id dicit propter colubras & uiperas caput tenentes. Eumenidum:eumenides p anti/
phrasin appellant̄ tres īfernæ furiæ alecto Thesiphōe & mægera:mites. n.interp̄tant̄:de iis uero lati⁹ li.i.ge.
Et in carmine de floribus. Prometheus:de hoc late li.i.uideto. Pelopis parēs.i.Tātalus:de quo supius mul
ta. Et Oui.li.ii.de amoribus inq̄t:qrit aq̄s in aq̄s & poma fugacia captat Tātalus: hoc illi garrula līgua dedit. Tātalus
¶ACR. Quam.p.f.r.p.ac si diceret paruo īterstitio retēti sumus. Furuæ:mystico noīe dicebat̄ proserpina
aut furuæ flauæ matronimicon:ut flaua ceres:alii uolūt furuæ nigræ positū:unde & furua putant dicta qua
cōmittunt̄ obscuro. Et iu.uidimus æacū achillis auum: q pro iustitiæ bono ēt apud inferos iudicium me/
ruisse phibet̄:unde & Iuue.Quas torqueat um.ea. Sedesq;.d.elysias:ut Vir.Sed amoena pioꝝ cōcilia elysiūq;
colo:ut ostēderet se pene īferos īminente uidisse piculo. Discretas.i.separatas. Aeoliis fidibus.q.s.sappho
poeta de æolia fuit:dialecto in carminibus suis usa quæ chordaꝝ significatione cōmemorat. Querebat̄ autē
Sappho de puellis suis ciuilibus ꝙ non amarent:quem ipsa diligebat. Ordo est:& q̄ pene uidimus Sappho
æoliis fidibus querentem depopularibus puellis. Et te.s.p.au.a.p. Alcæus nomen poetæ est lyrici a quo &
metrum alcaicum dictum est:ordo est:& pene uidimus te Alcæe plenius sonantem plectro aureo dura mala
nauis:& dura mala fugæ:& dura mala belli. Vtrūq;.i.omnia sup̄radicta. Digna.s.i.& suæ nauigationis ma
la & fugæ & belli audiuit eum plenius sonātem.Qui res bellicas & nauigationē suam scripsit dum a pytha/
co tyrāno ciuitatis suæ pulsus esset:eo ꝙ mytilenensibus amorem libertatis suaderet:quos postea collecto ex
ercitu superauit. Plenius:fortius. Aureo:meliore:aut aureo plectro propter celebritatem carminis dixit.
Vtrunq;:aut sappho & alcæum:aut fugam & pugnas:aut certe carmina quæ sic facta sunt ut adyti alicu//
ius putarent̄ digna. Densum.h.stipatum ad audiēdum pugnas cōpositas: ut hæret pede pes densusq; uiro
uir.Ordo est:sed uulgus densum humeris magis bibit aure pugnas & exactus tyrannos.Exactos aut amore
libertatis expulsos tyrannos:aut facilitatem alcæi expressit ut ille carmina dulcissima fudisse uideretur. Bi/
bit:auide audit. Bellua.c.cerberum dixit pro multitudine anguium qui in capite eius eminebāt: finitum nu
merum pro infinito posuit:ut tibi noia mille:ostēdit autem non īmerito populos delectatos dū cerberus car
minis potuerit amœnitate mulceri. Recreantur angues:delectantur.Nam est animal anguis auditus capax
mali & boni:ut frigidus in.p.c.r.a. Quin &.p.prometheus raptor per ferulam ignis diuini uulturis pastum
dum oblectatione teneretur oblitus est:iapetus & tantalus pro carminibus damnati pœnaꝝ requiem apud

Nec curat orion leones:
Aut timidos agitare lyncas.

¶ANT. Nec.o.le.uolút poetæ idẽ ftudiũ apud iferos quoq; quẽq; fectari. Vñ Vir.li.yi.ait. Quæ gra curq; Armorũq; fuit uiuis: quæ cura nitentis Pafcerec quos. eadẽ fequit̃ tellure repoftos de orione uero li.bi. Lyncas. Lynx animal eft maculofum. Virgi.libro.iii.Georg. Quid lynces bacchi uariæ i æthiopia uulgo nafcuntur: ut fcribit Plinius libro.yiii.qui etiá lib.xxyiii.cap. xyiii. inquit: peregrinæ funt & lynces quæ clariffime omnium quadrupedum cernunt.

¶ACR. Nec curat orion leones. Orion uenator fuiffe narratur Huius umbram dicit uenationi carmina præferre uigentem ibi apud inferos ftudio: quod habuerat in uita: ut Virgili. Quæ cura.n.p.e. eadem feq/tur tellure repoftos. Lyncas: id eft dãmas: ut quid lynces bacchi uariæ i & genus acre luporum.

¶POR. Nec curat orio.iá dicit orionẽ uocari a ꝓpriis uenãdi uoluptatib⁹ agitare ergo ac p hoc feq fignat.

¶CHRI. Nec orion leo.credũt iifdẽ rebus apud inferos delectari umbras quibus uiuẽtes hic delectabant̃. Virg. Quæ gratia currum armorũq; fuit uiuis: quæ cura nitentes pafcere equos eadem fequitur tellure repo/ftos. Ergo ut apud fuperos uenationibus delectabat̃ Orion fic & nunc apud inferos delectatur. Lyncas: in mafculino protulit. Vir.contra. Quid lynces bacchi uagiæ & genus acre lupoeum. Sunt ãt lynces quos cer/uarios lupos appellant uifu acutiffimo: fed nulla memoria. Nam quãuis in fame mandens forte refpexerit tanta fubito obliuione iuadit̃ ut digrediens aliũ cibum quærat. Sunt tñ qui uelint alium effe lyncum alium ceruarium lupum & lyncũ dicunt urinã humi congelari atq; arefcere & in gemmas uerti carbunculis fimi/les igneoq; colore rubefcere: uocãtq; lyncuriũ lynces nourrũt inuidiaq; motæ urinã terra opiunt: At illa citi/us folidatur. Eft ẽt fabella Triptolemũ athenienfem a cetere p orbem miffum ut mortales fruges ferrre do/ceret in thraciam ad regem Lyncum ueniffe: Regẽ aũt inuidia motum ꝙ triptolemus tanti muneris auctor exifteret hominum pdere uoluiffe. Cererem aũt & illum feruaffe: & regem in hoc animal mutaffe i ipfumq; lyncem de nomine regis appellaffe.

Ode.xiiii. tricolos tetraftrophos ad pofthu-mum de morte ineuitabili.

HEu heu fugaces pofthume pofthu(me
Labuntur anni/nec pietas moram
Rugis/& inftanti fenectæ
Afferet/indomitæq; morti.
Non fi tricenis/quotquot eunt dies
Amicæ places illachrymabilem
Plutona tauris/qui ter amplum
Gerionen/tityonq; trifti
Compefcit unda/fcilicet omnibus
Quacunq; terræ munere uefcimur
Enauiganda/fiue reges:
Siue inopes erimus coloni
Fruftra cruento marte carebimus:
Fractifq; rauci fluctibus adriæ:
Fruftra poft autumnos nocentem
Corporibus metuemus auftrum.
Vifendus ater flumine languido
Cocytus errans/& danai genus
Infame/damnatufq; longi
Sifyphus æolides laboris.

¶Argumentum. ODES.XIIII.

¶ANT. Oftẽdit amico pofthumo iuuentam effu/gere: nec pietas aliq̃ futuræ fenectæ aut iminẽti mor/ti morã afferret. Nõ fi plutoni die quoq; tauri trecẽ/tũ mactarẽt̃. Placet ãt magis ut trecentis legat̃ qa de/bet eẽ fecũdus pes iãbus: uñ & regibus & iopibus ad/eũda ẽ charõtis unda: linqnda tellus domus & uxor hærefq; inde optio cæcubo fruet̃: & humi fpget ꝓdi/gus qđ ipfe tãtopere feruauerat p qđ innuit qdẽ poe/ta pofthumũ ipm potius dẽre frui bonis fuis q̃ abutẽ/da hæredib⁹ relinqre. Heu fugacrs: ode ẽ fimilis no/næ.li.i. Fugaers anni. Oui.li.iii.de ar.ẽt ait. Vtẽdũ ẽ ætate: cito pede labit̃ ætas. Nec bõa tá feqt̃: q̃ bõa pri/ma fuit: & alibi inqt. Eũt anni more fluẽtis aq̃. Nec pietas morã. Oui.quoq; de moete tibuli li.iii.de amo/rib⁹ ait Viue tñ morieri pius: cole facra colentẽ Mors grauis a tẽplis in caua bufta trahet. Illachrymabilẽ. duq; iplacabilẽ & q nullis ẽt ꝓcibus & donis mouet̃.

Ter amplũ gerionẽ.i. trimẽbrũ. Vir.li.yi. & forma tricorporis umbræ. Reuera tñ tres frẽs in hiberia fue/rũt chrifei filii.q a diuitiis nomẽ id traxerat: uniuer/fæ.n.hiberiæ ipabat: hẽbatq; tres ꝓpugnatores filios tũ robore corpis tũ armis egregios. Exercitus ꝑterea cuilibet fortiffimoq; militũ erat: quos demũ trib⁹ ma/gnis exercitibus fidẽtes fingulari ꝓuocatiõe hercules fuftulit: gregefq; boum fecũ adduxit. Dio.id fcei.li.y. finxere ãt poetæ Gerionẽ eẽ tricorporẽ illiufq; um/brã apud iferos eẽ. Iuftinus itẽ li.ul.fcri. Gerionẽ ipm nõ triplicis naturæ: ut fabulis prodit̃ fuiffe: fed tres frẽs tãtæ cõcordiæ extitiffe: ut uno aio oẽs regi uide/rent̃. Nec bellũ herculi fua fpõte itulifſe fed cũ armẽ/ta fua rapi uidiffent: amiffa bello repetiffe. Tityõ. de hoc Vir.li.yi.ait. Necnõ & tityõ terræ oiparẽtis alumnũ Cernere erat: p tota nouẽ cui iugera corpus Porrigit: roftroq; imanis uultur adunco Immortale iecur tõdẽs: fœcũdaq; pœnis Vifcera rimaturq; epulis: hitatq; fub alto Pectore: nec fibris reqes dat̃ ulle renatis. Mac.ãt li. i.de fom.inqt: q uulturẽ iecur imortale tondentẽ nihil aliud itelligi uolũt q̃ tormẽta ꝯfciẽtiæ obnoxia flagi/tio uifcera interiora rimantis: & ipfa uitalia indefeffa admiffi fceleris admonitõe laniãtis: femperq; curas: fi reqefcere forte rẽtauerit: excitãtis: tãq̃ fibris renafcentibus inhærendo: nec ulla fibi miferatione pcentis: lege hac qua fe iudice nemo nocens abfoluit̃: nec de fe fuam põt uitare fniam. Trifti unda.i.ftygia. Vir.lib.yi. Et nouies ftyx interfufa coercet. Scilicet oibus. Nafo itẽ de morte tibuli: Scilicet omne facrũ mors importuna prophanat. Oibus obfcuras iniicit illa manus. Coloni: Agricolæ uel inquilini. Fruftra cruento: oftendit fruftra nos abftinere a bellis a nauigatione. Fruftra quoq; timere autũni auftrũ peftiferũ: nã oino inferos adi/

gerionẽ

Tityon
Vultur

re debemus oẽs mortis necessitate. Austrũ. Pli.li.ii.scribit ꝙ humidus est auster præsertim Italiæ ac noxius. De autũno aũt ait naso de arte. Quũ mõ frigoribus ꝑmimur mõ soluimur æstu Aere non certo corpora lan guor habet. Cocytus: inferoꝝ fluuius κωκυτοσ luctus & ululatus dicit̃ κωκυζω lamentor κωκυω ploro lugeo lamẽtor. Macro. aũt li.i. de som. ait. ꝙ nõ aliud Cocytũ eẽ asseruerũt. q̃ qcqd hoĩes i luctum lachrymasq; cõpellit. Danai genus ĩfame. Belides intelligit q̃ fuere. L. filiæ danai filii Beli. q̃ ẽt. L. filios Aegypti patrueles suos ac uiros prima cõiugii nocte occiderũt. ꝑter minorẽ natu hypermestrã q̃ lino suo pepcit. de quo amplę in nasonis epistola habetur. ait ẽt in ibide. Quæq; parare suis lœtũ patruelibus ausæ Belides assidua colla ꝑmuntur aqua. Sisyphus: de hoc in met. legit̃. Aut petis aut urges ruituꝝ sisyphe saxũ. per quod uolũt intelligi. ut Mac. scribit qui apud nos inefficacibus laboriosisq; conatibus uitam trahunt.

¶ ACR. Heu fugaces. Præmisso doloris affectu ad posthumũ quærit̃ de uitæ breuitate: qd̃ nullus iusticia uel pietate mortẽ possit euadere nec iminentẽ horã differre: & dicit supuacue timeri quod non potest euitari. Indomitæq; morti quasi ferocissimæ a qua nemo exoret indulgẽtiam: sicut & illachrymabilẽ subiũgit plutonem. Tricenis: per menses singulos. i. quotidie: dixit autem eunt pro motalitatis dolore i quasi fluunt & pereunt. Illachrymabilem: durum implacabilem: qui nulla hostia: nec si diurna sit placari possit: dicit tamẽ præsentia picula magnope hoĩes uitare cupere: cum nulla rõe possit mortẽ uitare. Qui ter amp. gery. hoc est trino corpe monstruosum: quẽ Hercules iteremit. Vir. Gerione extincto tirynthius attigit arua: & tergemini nece gerionis. Ordo ẽ: qui cõpescit ter amplũ gerionẽ & tityon. tristi unda. i. inferna oĩbus enauigãda: qcunq; uescimur terræ munere siue erimus reges siue erimus iopes coloni. Enauigãda. i. moriendũ ẽ ut nauita sed tristis nũc hos nũc accepit illos. Inopes: pauperes quasi ꝑ opes dicit. Coloni: optimæ dixit. q̃si nil ꝓprium habentes sed tpales terræ cultores. Frustra. c. hoc ẽ frustra uitamus pugnas & nauigatões & pestiferum timemus autũnum: cum necesse sit omnibus mori. Fractisq;: tempestuosis. Vir. quibus omnis ab alto Frangitur inq; sinus scindit sese unda reductos: unde & raucũ sonũ fracta reddidit unda in scopulos. Raucit: tẽpestuosi: sonori: ut Vir. Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant. Metuemus austrũ: austro. n. flãte morbi generant̃ autumno: unde & Iuuena. iam lœtifero autũno cedente pruinis. Visendus ater: idest uidebimus ergo dãnatorum umbras quas uidentes beati prætereunt: aut quibus scelerati iungunt̃. Languido tristi uel deformi pigro: ut tristiq; palus innabilis unda. Cocytus errãs: flexuosus: ut cocytusq; sinu labẽs circũuenit atro. Infame: famosum a crimine: danai. n. filiæ una nocte iussu patris occiderunt maritos: unde Vir. Sub una nocte iugali Cæsa manus iuuenũ: unde ꝓ ultiõe criminis apd̃ iferos urnis fractis aquã indefessæ perhibent̃ aurire. Damnatusq; longi. s. æ. l. damnatus laboris dixit ut damnatus capitis uel iniuriarum hac autem manere pœna apud iferos sisyphum dicitur: ut saxum contra montis uerticem uoluat quo semper relapso finem nunq̃ meretur laboris: de quo Vir. Saxum ingens uoluunt alii.

¶ POR. Heu fugaces posthume posthume labunt̃ anni. Ad posthumũ hac ode loqtur de celeritate curčtis uitæ. Indomitæ morti: indomitæ quasi ferocissime: quia nemo ab ea beniuolentiã & indulgentiã exorat. Sic & illachrymabilẽ plutona statim subiicit. Qui ter amplum gerionẽ. Ter amplũ ꝓ trimẽbri dixit: & accipiẽdũ hic extrisecus q̃uis ut sit q̃uis ter amplum. Quicũq; terræ munere uescimur: ꝓ quocũq; carebimus frustra cruẽto marte carebimus. Præsentia pericula magnopere uitare cupimus cũ nulla rõne mortẽ effugere possumus. Fractisq; rauci fluctibus adriæ: fractis pro illisis dicitur. Dãnatusq; longi Sisyphus æolides laboris. Damnatus laboris sic dicit̃ ut capitis damnatus.

¶ CHRI. Heu heu fugaces. Et pulcherrima simul: & uerissima narrat: atq; illa mira uarietate distiguit: & illustrat: Demõstrat. n. posthumo uiro: ut reor auro: mortẽ euitari nõ posse: breuiq; cuiuscũq; fortunæ fuerim⁹ eẽ moriendũ: ꝓptereaq; stultissimũ eẽ nõ frui iis: q̃ nr̃o tanto labore pepererimus. Incipiat aũt ab interiectiõe dolẽtis: ut stati a pricipio auditorẽ cõmouere possit ipso mœroris pleno initio. Et nomẽ ꝯgeminatq; congeminatio occultã hẽt aut cõquestionẽ aut iurgationẽ. Sic Ter. O thais thais. Sic Vir. O coridon coridon q̃ te dementia cœpit. Fugaces: plus ẽ q̃ fugitiui: nã huiuscemodi uerbalia & hitũ: & abundantiã rei cuius est habitus denotãt: Sic dicimus bibacẽ & edacẽ cũ & habitũ & frequentatissimos actus notamus. Posthume: nomẽ in hoc loco ꝓpriũ ẽ: Cæteꝝ is posthumus appellat̃ q post humatũ patrẽ natus sit. Vir. Silui⁹ albanũ nomẽ tua posthuma ꝓles. Labũt̃: ueluti aqua q̃ sine itermissiõe fluit. Hic Vir. Sed fugit iterea fugit irreparabile tps. Pietas: ẽ iusticiæ pars: diffinitur q̃ iusticia gratũ & diligẽs officiũ tribuẽs ꝓpinqtate nobis cõiunctis: patriæq; deuotis: sed hic ponit̃ ꝓ religiõe: q̃ qdẽ si deos nõ exorat ut mortẽ a nobis ꝓpulsent: quænã alia res poterit exhoraret. Rugis: qm̃ in sene deficiũt subtiliores humores: corpus arescit: durescitq;: unde cutis in rugas cõtrahit̃. Instãti: iminẽti quasi quæ breui uẽtura sit. Voluit. n. breuitatẽ humanæ uitæ ostẽdere. Indomitæ: inexpugnabili: & seruauit ordinẽ: ut i breuitate uitæ celeritatẽ senectæ: & i senectute iminẽtem & necessariã mortem oñdat. Nõ si tri. q. d. ꝑ mẽses singulos q tricenis diebus cõstant: ergo pene ẽst ac si dicat quottidie quotquot quotcũq;. Places. i. placare & exorare tẽtes. Plutona: ad quẽ ptinẽt: nam in tutela Plutonis sunt mortui nec amplius in supoꝝ custodia. Hic Vir. Nec iã cœlestibus ullis debẽtem. Pluto filius Saturni & Iouis Neptũniq; frater: & cui in mũdi diuisiõe ĩfera regna euenisse fabulant̃. Qui uero ad historiã referunt: oriẽtales ꝑtes dicũt, in diuisiõe Ioui obuenisse: quæ plaga qm̃ ex ea mortalibus lux dat̃: supior appellatur. Occidẽtales aũt Plutoni: & hæ iferiores apparẽt. Vnde fictum a poetis est Ioui cœlũ: Plutoni: cui Agesilao cognomẽ fuit: iferos euenisse. Nec ob aliam cãm Neptũnus maris deus credit̃: nisi qa insulæ & maritimæ regiones illi obuenerũt. Hæc in sacra historia legi Lactãtius auctor est. Habitauit secus iferum mare: ubi postea fuere molosi. Eusebius illũ tpe Lyncei argiuoꝝ regis fuisse cõmemorat. Diodorus uero siculus plutonẽ sepeliẽdi funerisq; ac exequiaꝝ inuẽtorẽ extitisse scribit: cũ hactenus nulla in hac re cura erga defunctos exhiberet̃: ꝓpterea q; mortuoꝝ deũ eẽ habitũ uocat̃: orchus. Varro plutonẽ inter deos selectos posuit: quos. xx. scribit: ianũ: Iouẽ: Satur-

num:Genium:Mercurium:Appollinem:Martem:Vulcanum:Neptũnum:Solem:Orcum : Liberum patrẽ:
Tellurem:Cererem:Iunonẽ:Lunam:Dianã:Mineruam:Venerẽ:Vestam. Sunt ergo duodecim mares : octo
fœminæ. Physici aũt Plutonem itelligunt solem:q hyemali tpe remotiorẽ quãdam mundi partem plustrat.
Est autem dictus diuitiarum deus:quod indicat nomẽ:nam & latine Dis pater appellat:& ditis ẽt in ntõ teste Seruio. Vnde sunt dites & diuites & diuitiæ & græce πλουτον diuitias & πλουσιον diuitẽ dicunt. Est
deus diuitiarũ:qm & metalla in qbus maximæ diuitiæ cõtinent sub terris sunt:& oẽs fruct⁹ ex iterna terræ ui
pueniunt. Gerionẽ:hic pegasi alati equi ẽm Hesiodum filius fuit:& ab Hercule iteremptus. Huic canis fuit
orthus noie natus ex Echidna & Typhaone. Refert autem Seruius q in Hispania tres reges fuerũt iter se simillimi:qbus Hercules armẽta abstulit. Hinc fabula exorta Geryonẽ unum fuisse : sed tria habuisse corpora.
Alii dicũt Gerionem tribus isulis imperasse:atq; illis oibus ab Hercule exutum fuisse. Has ponũt duas baleares maiorem & minorẽ:item hebusam. Plinius in erithrea isula celtiberiæ opposita Gerionẽ habitasse credi.
Hinc Ouid. Ecce boues illuc erithreidas applicat hæros. Addũt Herculem in Hispania cõtra hunc ferrea olla
enauisse. Qua in re ostendit robur huius herois. Ter'am. trino corpore mõstruosum. Sunt q fabellam ad
mores referãt : & Gerionem terræ cõtentionem iterpretent:quæ insurgit aduersus Herculem.i. certamẽ carnis aduersus spm:hoc fit cum appetitus isurgit contra rõnem:& fit in Hispania regione occidẽtali.i. in mentis rõnisq; occasu ac cæcitate. Hercules igit.i. rõ ad illum expugnãdum p mare uehit.i. p appetitũ uexatum pturbationibus ut mare tẽpestatibus:sed uehit olla ferrea.i. summa fortitudine & constãtia. Tityon:dicũt Iouem filiam orcomeni Ellaron compressisse. sed mox cum illi irã Iunõis timeret sub terris occultasse:atq; ide natum eẽ Tityum & a terra nutritũ. Verũ cũ e terra exisset multi illũ terræ filiũ crediderũt. Quapp cũ ptim natũ
ptim educatũ a terra opinaret in re ambigua ambiguum quoq; nomẽ Vir. elegit cũ dixit. Nec nõ & tityũ terræ omniparẽtis alũnum. Alũnus enim utrũq; significat. Hũc eum latonã de stupro cõpellasset:Appollo suis
sagittis ad iferos detrusit:cruciatũq; æternum illi apposuit:ut assiduo iecur suũ uultur exesset: iecurq; ut pœnæ sufficeret assiduo renasceret. Vnde Ennius. Vulturis in siluis miserũ mãdebat hoiem:& Virg. Nec nõ & tityon terræ oiparẽtis alũnum Cernere erat p tota nouem cui iugera corpus Porrigit:rostroq; imanis uultur
adũco Imortale iecur tondens:fœcũdaq; pœnis Viscera rimat epulis habitatq; sub alto pectore:nec fibris requies dat ulla renatis. Hũc Leontius uetustatũ rerũ scrutator scri. apud Boetios magnũ fuisse uirũ:atq; suis opibus fretũ tentasse Appollinem delphis pellere:sed cõtra euenit:nã ipse ab apolline pulsus:& ad pauptatẽ redactus assiduo mœrore ex facti pnia maceratus est. Itaq; p uulturẽ tormẽtum cõscientiæ itelligũt. Lucre. aũt
maxime hãc fabellam ad libidinosum amorẽ refert:ipulsus ni fallor q iecur libidinis sedes sit : ait ergo. Sed
tityus nobis iamq; est in amore iacẽtem. Quẽ uolucres lacerãt atq; exest anxius angor: Aut alia quãuis scindunt turpedine curæ. Quãuis autem fabulosum sit q iecur in tityo renascat:& uelint p id ostẽdere poetæ q
libido nũquam extinguat:sed quãto plus exercet plus crescere:nõ tamẽ oino a physica discedunt : nam alia
exta ui cor lien & pulmo putrefacta nõ renascunt:iecur uero renascit. Tristi unda:sic Virg. Tristisq; palus
inamabilis undæ. Qui.t.m.u.q.d. oẽs mortales:nam si ex sola anima cõstaremus:quæ celestis est:nõ more
remur sed qa corpus a terra est: & a terra alitur:nam oia iisdem rebus alunt ex qbus constant:necesse est ut
qñq; in iteritũ cadat. Nõ tñ oino terrenũ est corpus sed ex quattuor elementis geometrica pportione constat ita & fructus qbus alimur:nõ simplici ex elemento sũt:sed eadem pportione cõpositi. Enauigandã:re
spexit ad fabulam qua Charon animas acherontẽ transuehit. Frustra cruẽto:sentẽtia est q̃uis præliã:quis
naufragia:quis autũnales morbos fugiamus:& cætera huiscemodi picula tamẽ postremo moriendum erit
qa oia orta occidũt:& oia cõposita solui qñq; necesse est & in iteritũ cadere. Rauci:raucũ sonũ pp tẽpestatẽ
emittẽtis:& ut ẽt in supioribus in neutro genere p mari usurpauit. Raucũ uero aliqñ ad optimã uocẽ referrimus Virg. piscosoue amne padusæ Dant sonitum rauci per saxa liquentia cigni:aliqñ ad pessimã : ut rauci Raucus
theseide codri. Cocytus:de fluminibus inferorũ alibi expressius dicet. Languido : expressit crassitudinem
cœnolentiam aquarũ in fame pp scelus cõmissum. Danai : ex prio ioue epaphum atq; ex epapho priscum
bellum natum uolunt:quia in superiori ægypto regnauit:huic duo fuerunt filii:Danaus: & ægyptus. Danaus quinquaginta habuit filias:ægyptus totidem filios. Cogebatur danaus a fratre ut suas filias sibi nurus pberet:ille recusabat deterritus oraculo:a quo accepat fore ut quandoq; a genero interficeret. Propterea naui
q ut supra diximus ab eo prima fabricata est:in græciã nauigauit:secuti sunt nepotes:tandẽq; illum obsidẽdo coegerũt ut filias in uxores daret. Dedit Danaus: sed eas admonuit ut dormientes aggrederent atq; interficerent. Itaq; cæteræ omnes iussa paterna adimplerunt:Sola aũt hypmestra lino siue linceo uiro pepercit. Quapp hac pœna apud iferos uexant hæ puellæ:ut iubeant uas aqua iplere : qd cũ undiq; rimosum sit
iplere nũq̃ pñt:hãc fabulam p allegoriã Lucretius iterpretat significari illorũ animos q nimia cupiditate eorum bonorũ:quæ in fortunæ ptãte sunt:iflãmati nulla unq̃ rerum affluentia tñ ardorem extiguere pñt : sed
sp plura optãtes nunq̃ explent. Ille igit cũ plura in hãc sniam dixerit:addit. Nec tñ explemur uitaui fluctib⁹
unq̃ hoc opinor idẽ æuo florente puellas:Quod memorant laticem ptusum cogere in uas. Quod tñ expleri
nulla rõne potest:Hic danaus:ut placet Eusebio regnauit apud ægyptios anno mũdi. xvi. supra tria milia &
septigentos. Longi laboris:qa ppetuũmo æterni:si fabulæ credimus: & æternitate nihil lõgius. Sisyphus sisyph⁹
æolides:horũ siue historia siue fabula adeo uaria ambiguaq; tradit ut difficile sit oĩa psequi. Nam & plures sisyphi & ex pluribus æolis nati uident:primũ ãt sisyphũ dicũt fuisse regnante Danao argis: uel saltẽ Lynceo
eius nepote atq; genero q illi successit. Volũtq; hũc ephyrã in achaia cõdidisse : quã deide Corinthus Horestis filius a se Corinthũ nominauit:& habuisse in uxorẽ septimam Athlantis filiam Meropẽ:de qua Oui. Septia mortali merope tibi sisyphe nupsit. Fuit & alter sisyphus & hic æoli sed alteri⁹ a supiore æoli fili⁹ regnãte Aegeo athenis:q ut refert Lactã.i isthmo achaiæ habitãs:ptereũtes aut saxo obruebat:aut dũ ab eo iussi pe

des lauarent in mare calce iectos præcipitabat. Adduntq; suo; archanorum a diis participē factum illa mortalibus prodidisse & furta iouis cū Aegina manifestasse. Quo scelere a Ioue ea pœna ad inferos detrusum: ut saxum ex ima ualle subuoluens in montis iugo constituere iubeat̄. Verum cum iam ad locum deuētum est: rursus saxum ad ima ruit. Hic Oui. Aut petis aut urges: ruiturū sisyphæ saxum. & Vir. subtracto nomine. Saxū ingens uoluunt alii: Et apud quēdam tragicū. Tum illud quod sisyphus uersat saxum sudans: nitendo nec proficit hilum. Per quā rem eos arguere poetæ uoluerūt qui perpetuis curis ac laboribus anxii semp circa magna uersantur & summos magistratus atq; imperia per stultissimam ambitionem assequi tentant. Et quoniam maiora suis uiribus expetunt: nunquam quod uolūt assequunt̄. Sed omnes eorum conatus inefficaces redduntur. Sapienter ergo & hoc Lucretius. Sisyphus in uita quoq; nobis ante oculos est. Qui petere a populo fasces sæuasq; secures Imbibit & semper uictus tristisq; recedit. Et paulo infra. Hoc est aduerso: nixantem: trudere monte Saxum quod tandem summo iam uertice rursus Voluitur & plani raptim petit æquora campi. Hunc uolunt ulyssis patrem fuisse: quod ille etiam Aiax apud Oui. exprobrat. Et sanguine cretus Sisypho. Nam ꝙ a Theseo interfectus sit: ut nōnulli dicunt propter diuersitatem temporum quadrare nō uidetur & fortasse erit tertius sisyphus: sed poetarum licentia cuncta cōmiscet atq; confundit. Aeolides: æolii filius uerum de hoc alibi: nam neq; etiam æolus unus fuit.

cupssus ¶ANT. Cupressos: cupressi mortuorum domibus ponebant̄: ideo ꝙ hæc arbor excisa non renascit̄: sicur ex mortuo nihil iam sperādum: quam ob cām in tutela ditis patris eē putabat̄: ut Festus inqt. Breuem. i. breuis uitæ. Dignior: tu enim illis caruisti: tanq̄ idignus.

Tinguet pauimentum: sparget quod tu seruaras tantopere. Supbo: nobili & optimo. Pauimētum domorum solum: dicebant̄ etiam pauimēta pœnica: hoc est marmore numidico strata: ut scribit festus: pauire uero ferire est: ut idē ait. De pauimēto aūt plura diximus in Iuuenali. Sat. xiiii. ibi. Verre pauimentū. Potiore: idest meliore & digniore cœnis sacerdotalibus q̄ spargi humi: uel digniore uino quo utebant̄ in cœnis pōtificū.

Linquenda tellus/& domus/& placens
Vxor/neq; harum/quas colis/arborum
Te præter inuisas cupressos
Vlla breuem dominum sequetur.
Absumet hæres cecuba dignior
Seruata centum clauibus/& mero
Tinguet pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

¶ACR. Pro hoc tñ flagitio tali pœna pculsus est qa æginam asopi filiam Iuppiter adamauit camq; custodiæ pr̄is furtim surripuit: & factum Sisypho confessus est: ille humana leuitate quærēti eam pr̄i pdidit: hinc tali apud inferos pœna dānatus est. Linquēda: a morientibus. s. qa ēt dulces relinquūt affectus. Neq; harū: ordo est: neq; ulla arbor; harū quas colis sequit̄ te breuē dominum: idest parui tpis præter inuisas cupressos id est rogis & luctibus consecratas. Vir. Et ferales ante cupressos constituunt. Absumet hæres: hæc cum inuectione dicunt̄ in eos qui nimia parsimonia conseruant quæ prodigi hæredes absumūt. Iuuena. Vt locuples moriat̄ egens. Tinget pauimētum: i. solum promptuarii hoc est profundet pauimentum negligens hæres uino deorum conuiuiis digno. Supbo: pro ipse superbus: hypallage figura.

¶POR. Præter inuisas cupressos: iquit qa funeribus cupressus adhibet̄. Breuem autem dominum: idest breuis uitæ. Absumet hæres cæcuba dignior seruata centum clauibus: hæc cum inuectione dicunt̄ corripiēti eum ꝙ ad nimiam parsimoniam se constringat adseruans quod hæres pdige sit abusurus. Et mero tingit pauimētum supbo. Effusurum eum passim uina significat: quæ hic magnopere seruauerat reclusa. Superbo autem pauimento pro ipse superbus.

¶CHRI Linquēda: tellus. i. agri qbus delectaris. Et placens uxor: non temere placēs dixit: nam relinquere difficilem & morosam uxorē pars non minima fœlicitatis uidet̄: hac eadem rōne Iuuenalis scripsit. Rogus aspiciendus amatæ Coniugis. & fratrum plenæq; sororibus urnæ. Inuisas cupressos: nulla arbor sequet̄: i. te præter cupressum: sed nec ea qdem delectaberis: qm̄ erit īdicium tui rogi: Adhibebat̄ autem funeribus: quoniam ut mortui non resurgunt: sic ipsa cæsa non pullulat: ergo rogus illa ornabat̄. Virg. Ingentem struxere pyram cui frondibus atris Intexunt latera & ferales ante cupressos Constituunt. Sunt etiam qui dicant iccirco cupressum rogis adhiberi: qa suo odore cadaueris ustrinam tollat. Mos autem apud Romanos fuit ut añ domum defuncti: ramus e cupresso poneret̄ indicium pontifici: q si domum funestatam igressus eēt: statim polluebat̄: in hanc Cato iuehens: hiatu morosam: fructu superuacuam: baccis toruam: folus amaram: odore uiolētam: ac ne umbra quidem gratiosam: Diti sacram: & ideo funeri signo appositam dixit: patria fuit creta. Breuem dominum: qui iam in tantillum cinerem redactus sit: uel breuem ad temporis breuitatem retulit: breui enim tempore rebus a nobis possessis dominamur. Absumet: summa stultitia ut tu labores: & alter tuo labore partis fruat̄. Dignior: uel dixit hironice: cum magis dignum sit q parit eum partis frui: uel dignior qa scit uti quo tu uti nesciebas. Seruata centum clauibus: summa stultitia ut tanta anxietate parcens ea serues: quæ alter ita dissipabit: ut non modo utat̄: sed etiam spargat. Superbo: nobili: excellenti. Ostendit autem ꝙ usu sæpe euenit: ut quanto maiore auaritia & paramus & partis parcimus: tanto maiore prodigalitate hæres spargat. Tinguet: plus dixit q̄ si dixisset sparget: est autem tingo & tinguo. Pauimētum: i. solum est nobis subiectum quod gradiendo calcamus: dictum a pauendo: quod tondere pcutereq; significat. Cice. de diuinatione. Sed qa cum pascunt̄ necesse est aliquid ex ore cadere & terram pauere terripudium primo postea tripudium dictum est: hinc pauor quando timor cor pulsat & pausia oliuæ species: quæ antequā molæ subiiciat̄ tondit̄. Potiore cœnis. p. i. uino quod dat̄ in cœnis pontificum: constat enim apud plures scriptores & maxime apud macrobium pontificum cœnas lautissimas luxuriosissimasq; fuisse.

¶Argumentum. ODES.XV.

¶ANT. Dñat hac ode ædificioꝝ luxuriam:agri.n.illis occupati minus populo necessaria suppeditabãt: laudat idẽ maioꝝ ꝑsimoniam:Cẽsus.n.priuatus olim breuissimus erat:res uero cõis ĩgens. Iam pauca ara/tro iugera regiæ.Ode est similis nonæ li.i. Regiæ moles:diuitũ ꝑtoria ruri ædificata:q̃ regiæ uidebant̃.i. re/gum domus. Vndiq; uisent̃.Ordo ẽ.Vndiq; uisent̃ stagna lati⁹ extẽta.i.ampliora lacu lucrino: piscinas.n.i/telligit. Lucrino lacu.Cõtiguus baiis lucrinus adest sinus:ĩtra quẽ auernus est:ut inq̃t Strabo li.v.Pli.quoq;



Ode.xv.Dicolos Tetrastrophos de rusticanis ædificiis/& maiorum parsimonia.

IAm pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent/undiq; latius
Extenta uisentur lucrino
Stagna lacu/platanusq; cœlebs
Euincet ulmos/tum uiolaria/&
Myrtus/& omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis laurea feruidos
Excludet ictus.non ita romuli
Præscriptum/& intonsi catonis

li.iii.ꝑpe baias eẽ,idicat lacũ lucrinũ & auernũ. Platani. Erãt in usu platani apud romanos:uel in uillis: uel ĩ hortis urbanis:ad umbras ĩambulationũ : quẽ usum docuerũt Athenæ in ꝑhoꝝ ocio τλατος ẽt latitudo dr̃.πλατυνω dilato.Plura dixius in Iuue/nalẽ ibi.Frõtonis platani. Cælebs.i.sine uitib⁹ p mẽ/taphorã:nõ iungunt̃.n.platano uites: qa ut scri.Pli. Iucunda est umbra platani:q̃q̃ crassa.Cælibẽ aũt di/ctum existimãt q̧ dignã cœlo uitã ducat:ut scri. Fe/stus. Vlmos euincet:hoc est plures erũt platani uo/luptatis gr̃a consitæ q̃ ulmi cũ uitibus. Narium.i. odoꝝ. Oliuetis:ubi fuerãt oliueta. Fertilibus:nũc enim sublatis inde oleis uiolaria & similia ibidẽ cõ/serebant ad uoluptatẽ & odoꝝ gr̃am. Ictus: solares radios:uel fulmina itelligit:laurus.n.non tangit̃ ful/mine:ut scribit Pli.lib.xv. Non ita romuli. Ordo ẽ. Non ita ꝑscriptum auspiciis romuli & ĩtonsi cato/nis & ueteꝝ norma. Non ita ꝑscriptum.i.ꝑceptum. Romulus.n.ꝑcepit suis agriculturã & militiã : ut la/te ostẽdit Dionysius : & nos multa ĩ principio geor.

¶ACR. Iam pauca:antiquoꝝ hic seueritatẽ & cõ/tinẽtiã laudat: & querit̃ de pñtis luxuria seculi quo tanta ædificãdi ĩuasit libido ut ædificia lati⁹ porrigẽ/do uel captãdo amœnitatis aspect⁹ breui agros di/cat a rõnibus defuturos. Vndiq; latius:non latius extẽta:sed latius uisent̃ tãq̃ nõ in latitudinẽ sed in al/titudinẽ potius extẽderent̃ porrigẽdo fastidia: ut lu/crinus baiaꝝ lac⁹ undiq; ꝯspiceret̃. Platanusq; cæ/lebs.ul.Plures erũt inq̃t platani q̃ ulmi : q̃ sine fructu sunt magis ad amœnitatẽ deãbulationis positæ: qa ulmi utiles uitibus & necessariæ sunt:hinc notat lu/xum pñtis tpis:uel q̧ myrtus aut uiolaria anteferan/tur oliuetis:plusq; odoꝝ copia q̃ fructus cutent̃:cæ/lebs aũt uitibus uidua:ideo oliuetũ dixit fertile prio/ri dño : qa ꝑsertim solam posuerat fertilitatẽ placet̃.
Tum spissa.r.l.ĩfructuosa ẽt laurus:aut ad excludẽ/dos umbra sua solis ardores posita: aut certe qa iõ ĩ uiridariis ĩstituebat̃:q̧ feruidis ictib⁹ fulminũ crede/bat̃ esse contraria. Excludet ictus:contra maiorum laboriosam frugalemq; uitam Romuli uel Catonis dicit luxum præsentem. Præscriptum:præceptũ. a magistris ludi tractum:q ꝑscripta dant quæ imitent̃. Intonsi aũt ideo qa dicebãt iniuriã naturæ fieri: si q̧ tegmẽto capitis datum fuerat amputet̃:unde & Lu.Intonsos rigidã in frontẽ descẽdere canos. Passus est.

¶POR. Iam pauca aratro iugera:hac ode de luxuria ꝑsentis seculi loquit̃:sensus est autem:tanta libido est hoc tempore latius porrigẽndi ædificia:ut breui defuturi sint agri. Vndiq; latius uisent̃ extenta lucrino stagna lacu:non tm̃ in altitudinem:sed etiã ĩ latitudinem student porrigere ædificia.Deniq; undiq; lacus lu/crinus prospicietur in campania:non autem latius extenta stagna intelligendum:sed latius uisentur. Pla/tanusq; cælebs euincet ulmos:cælibem platanum ait eleganter:quoniam econtrario maritati arbores dicun/tur:quibus uites iunguntur:per hoc autem significat nõ nisi luxuriæ & ambitiosis uoluptatibus studeri.Pla/tanus autem in ambulacris conseritur:unde fructus nullus est. Copia narium:odorem dixit. Spargent oliuetis:hoc est ubi oliueta fuerunt . Significat autem futurum ut oleæ arbores uertant̃ ad conseruendas ibi myrtos & uiolas &c.quæ sunt odori & uoluptati. Non ita romuli præscriptum & intonsi catonis. Auspi/ciis uterumq; norma:præscriptum & ꝑceptum dr̃ a magistris ludi qui scripta pueris dant ꝑcipiuntq; imita/ri.Intonsum autem Catonem aitquia ueteres ꝑpter seueritatem hirsuti erant.

¶CHRI. Iã pauca aratro.Priscoꝝ seueritatẽ & ꝑsimoniã laudat:suoꝝ tẽpoꝝ luxũ maxĩe ĩ ædificãdo carpit. Moles regiæ:uillæ istar regioꝝ ædificioꝝ. Moles aũt ẽm Pompeiũ ꝑ magnitudine ponit̃:sed tñ moliri & molitiones a mouendo dici affirmat. Iugera:si Quintiliano credimus iuger a iũgendo boues dicit̃.Vultq;

hũ terræ esse q̃t uno die boues iũcti arant. Columella aũt distinctius rẽ prosequẽs ait iuger dici a iunctis actibus. Ponit.n. sexdecim digitos pedem facere & qnq; pedes passum ductos & uiginti passus actum. Duos deniq; actus simul iunctos asserit iuger facere. Erit ergo iuger quadringentorũ quadraginta passuum. Aratro: ad arãdum cum ois pene ager uillis hortisq; occupet̃. Stagna cõquent nimiũ spacium uiuariis ac piscinis occupari: ponit igitur stagna pro uiuariis. Quæ qdem iam uidebantur extendi undiq; latius lucrino: idest maiori spacio q̃ lucrinus sit. Lucrinus aũt & auernus lucus sunt in baiano sinu contra puteolanam ciuitatẽ: q olim ex piscium copia uectigalia magna pstabant: sed cum maris ipetus plerũq; irrumpẽs ide pisces excluderet: & redẽptores grauia damna paterẽtur: idq; apud senatum conquererẽtur missus est. C. Iulius Cæsar q ductis brachiis exclusit partẽ maris: quæ ante infesta erat: atq; p auernum breue spacium reliqt: qua & pisciũ copia posset itrare: & fluctus nõ cẽnt molesti: hinc Virgi. An memorẽ portus lucrinoq; addita claustra. Atq; indignatũ magnis clamorib⁹ æquor: Iulia qua ponto lõge sonat unde refuso: Tyrrhenusq; fretis immittit̃ æstus auernis. Est aũt hoc appellatũ opus Iuliũ: & ab aliis ocia maris. Queritur ergo poeta q̃ priuatorũ uiuaria latiora sint q̃ publici lacus: sed pfecto prisci maximos fructus ex uillaticis piscinis capiebãt: scribit Annæus i piscinam quæ i uilla paulisippo est: piscẽ a Pollione missum post sexagesimũ annũ expirasse duobus æq̃libus superstitibus: primæ piscinæ ostreis positæ sunt a sergio orata tpe Crassi oratoris: deinde reliquorũ pisciũ uiuaria inuenit. L. Murena: Huius exẽplum secuti sunt Philippus: & de Hortẽsius orator q suæ piscinæ Murenã adeo dilexit ut extinctã fleuisse credat̃. Luculus aũt exciso ẽt monte iuxta neapolim maiore ipendio q̃ uillã ædificarat. Eurypum & maria admisit: ex quo illum põpeius xersem togatũ appellauit. Curius cæsari in suis cœnis triumphalibus murenarũ sex milia numero mutua dedit. Platanus: hæc arbor in Diomedis isulam prius: inde in siciliam: & illinc in Italiam inuecta est: hæc nisi amœnã dẽsamq; pp latitudinẽ foliorũ umbram præbeat inutilis pene est. Est.n. sterilis: unde Vir. in bucco. & steriles platani malos gessere ualẽtes: sed potantibus amœnam & uoluptuosam umbram pbent: hinc Oui. Et platanus genialis acerq; coloribus ipar: uino eius radices irrigabant: quoniam id ad crescendum utile cognitum est: ait Plinius in lycia iuxta fontẽ & uiæ iminentem platanum eẽ in formam domicilii cõcauam & octoginta unius pedum specũ facere umbra ita dẽsa ut etiam imbres arceat: erant & chameplatani minores & ueluti iter homines pumiliões: multa sæcula durare ea rõne credit Plinius q̃ auctores extarẽt platanum delphicam suis tẽporibus adhuc uiuẽrem manu Agamẽnonis satam eẽ. Cælebs per acyrologiam dixit celibes enim q caste degunt appellamus: qa cælo digni sint. Cælebs ergo idest ifructuosa: nam in cœlibatu nihil gignit̃: uel celebs: qa non maritat̃ uitibus: ut ulmi quæ q̃uis & ipsæ nullũ fructum ferant: tamẽ q̃ uites substinẽt fructuosæ uideri possunt: ergo dolet q̃ platanus ulmos iam uincat. i. q̃ maior sit platanorũ q̃ ulmorũ numerus futurus: cũ ulmi uites substineant: platani non sustineant. Violaria: dãnat luxum in hortis quos ultra modum propagabant & illis locũ antea oleis arboribus fructuosis datum occupabãt: dãnat autem eam spẽm hortorum q solis floribus conserunt̃. Ordo est. Violaria & myrthus & ois copia sparget uarium odorẽ oliuetis fertilibus: idest quæ fertilia fuerant. Domino priori. i. illi q antea possidebat. Oliuetis: nõ oliuetis: sed solo in quo antea oliueta erant: nam iã illis excisis horto datus erat locus. Sed notãdum uerbum quod dupliciter profert̃: nam aliter dicimus. Sparge marite nuces: & aliter: spargite humum foliis. Laurea: laurus quam decẽter iuxta myrtum nominat: nam Virg. Et uos o lauri carpã: & te proxima myrte: Sic positæ quoniam suaues miscetis odores. Ictus: nomẽ est uerbale a uerbo prisco ico. cis. Lucretius. Nec radio citius uita se tollit & icit. Præscriptum: præceptum. Intonsi. q. d. priscinã: nõ nisi post. cccciiii. urbis annos Romæ tonsores fuerunt sed itonsi manebant. Vnde itonsum & barbatum pro uetusto & prisco ponũt. Iuue. Facile est barbato iponere regi: itelligit igit̃ de Catone cẽsorino porciæ familiæ auctore: cuius tãta in cẽsura seueritas fuit: ut & collega suus illum timeret. Tria sũma habuit: fuit enim optimus dux: optimus orator: & optimus senator. Et quod illius pprium sit nomẽ sæpius ẽ accusatus. Quater.n. & quadragies cã sibi dicẽda fuit. & semp absolutus est quod uerisimilius est. Si uero ad uticensem referas dices itonsi: qa ex quo ciuilia bella icepta sunt: nunquam tonderi passus est. Lucanus. Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore Cæsariem: duroq; admisit gaudia uultu. Vt primũ tolli feralia uiderat arma Intonsos rigidam in frontem descendere canos Passus erat: miseramq; genis icrescere barbam.

Auspiciis ueterumq; norma
Priuatus illis census erat breuis:
Cõmune magnum/nulla decẽpedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat arcton:
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant/oppida publico
Sumptu iubentes/& deorum
Templa nouo decorare saxo

ANT. Auspiciis: principiis & ductu. Intonsi catonis. i. rigidi & hispidi ppter seueritatem: itelligẽdum uero est de maiore catone: tũc.n. meliores erant. Præterea itonsi ueteres dicũtur q̃tuor scribit Pli. lib. vii. Tonsores in Italiam ex sicilia uenere post Romam cõditam anno quadringẽtesimo qnquagesimoquarto adducte. P. Ticinio Mena. primus oium radi quotidie istituit Aphricanus. Sequens diuus augustus cultris semper usus est. Norma: recta uiuendi regula. Priuatus census: res propria. Cõmune. i. res cõmunis & publica. Nulla decẽpedis. Sẽsus est: nullus priuatus uir habebat porticum tantam ad septẽtrionẽ pro æstiuo sole uitando: quæ ẽt potuisset sufficere umbræ solis uicini plagæ septẽtrionalis: tunc.n. umbræ sunt minimæ: quod Iuue. Saty. vii. inuit dicens. Parte alia longis numidarum fulcta colũnis Surgat: & algentem rapiat cœnatio solem: id qdem priores nõ habebant tanti luxus. Decẽpedis. Decẽpeda regula est seu ptica decẽpedum: qua fabricæ mẽsura colligit̃. Est aũt sensus q̃ antiquorũ porticus non erat tanta ut potuisset decẽpeda mensurari. Metata: mẽsurata. Opacam arcton. i. umbram solis uicinioris arcto. i. ursæ boreali. Fortuitum. i. forte & casu

casu inuentum quocũq; loco. Spernere:quin ibi sederẽt iacerentue. Leges:quæ.s.parsimoniam iubebãt.Luxum quoq; prohibẽtes. Nouo saxo.i.externo loco adducto:Marmor.n.e laconia petebatᶠ uiride & ꝑciosum:cunctisq; hilarius ut scri.Pli.li.xxxvi.Ex armenia quoq; & Aegypto.uectum est marmor:item e numidia Caristo & Chio Iuuena.quoq; Saty.xiiii.inqt.Græcis longeq; petitis marmoribus.

¶ACR. Normã.ꝑ recta uita posuit.Metaphora a fabris qui normam uocant ad quã opus dirigunt. Cõe magnũ:cõis res omnis erat illis ut in cõe bonum. Nulla decẽpedis.decempeda regula est decempedum ad quos ab artificibus fabricæ mẽsura colligitur.i.nulla priuatas:domus erat quæ porticum haberet tãtæ magnitudinis ut posset sufficere umbræ sole uicino septẽtrionali plagæ.tunc.n.paruissimæ sunt umbræ: Nam hyemali tpe latissimas ẽt porticus solis occupat radius. Excipiebat arcton: quæ tanta esset porticus:ut septẽtrionali plagæ sufficeret sui magnitudine.& ad hanc tñ pateret ꝑ declinatione solis & auræ exemptione ad coeli.n.clima seu porticus ueteres seu ædificia cõstituebãt.unde & Iuue.Decembri hyemale.Et algentẽ rapiat coenatio solem. Metata.mẽsurata dispositai nã metari dicebãtur castra magna cura ducũ peritiaq; cõstitui. qdᶦ augmẽtũ luxus ædificio priuato dedit. Nec fortuitũ spernere cespitẽ.i.non licebat aut neglectũ horrere aut rideri eũ qui super herbã recũberet:aut dormiret:ꝑ qdᶦ significat simplicẽ ac sine ambitu uitã ueteribus romanis fuisse.nec magna cura priuatas opes curare & dum studiũ omne publico ornatui ipenderetᶠ & templis.

¶POR. Normã.ꝑ regula dixit.Fertilibus dño priori q̃ olim uera sub priore dño.i.sub prioribus tpibus colebantur & iccirco fertilia erãt. Tum spissa ramis laurea feruidos Excludet ictus & laurea arbos infructuosa est & tñ uoluptuosis locis apta. Priuatus .i.c.e.b.cõe.m.idest familiarem rẽ angustam habebant.rem publicam magnam. Nulla de.nemo inquit priuatam domũ ædificans decẽpedum porticũ septentrioni obiectã metabatur. Septẽtrioni autem obiecta porticus æstate delicationibus grata est.qa solem nõ contingit. Nec fot.c.l.s.Sensus & ordo est.hic nec sinebãt leges spernere cespitẽ fortuitum.i.non licebat irridere eum qui super stipulam recumberet aut dormiret.propter quod significat simplicem aut sine ambitione uitam ueteribus romanoꝝ fuisse. Oppida.p.s.i.&.d.t.d.s. hoc est opera templorum in oppidis publico sumptu iubentes ædificari.est ergo hic figura schema quod ἐν διὰ δυοῖν dicimus:unum in duos sensus diuisit.Oppida enim & deorum templa pro eo quod est oppidorum templa.

CANTO. Nulla certior.sensus est quãuis diues auarus multa possideat:& sine fine exoptet. Attamẽ ei nulla dom⁹ certior est plutonia domo:illic.n.morabit in perpetuum. Rapacis orci.i.plutonis oẽs ad se rapientis. Fine destinata:cõstituta sine hominibus omnibus:illuc.n.traducimur cuncti. Pueris:filiis. Satelles orci:charon portitor intelligitur. Callidum promethea:de hoc uideto in ode.iii.lib.i.callidum aũt inquit:qm̃ prometheus dici põt prouidens uel prudens: prometheo uero prouideo:de quo etiam uideto in ode.xvi.li.i. Reuexit stigia:uidelicet cymba. Tantalum:de hoc latius supra. Tantali genus:utputa niobẽ atreum:& tyestẽ:de quibus late superius. Hic leuare. Ordo est. hic charon uocatus atq; nõ uocatus audit leuare pauperem functum laboribus.i.qui laboriosam uitam habuerat.morte.n.media pauper laboribus:& curis omnibus alleuiatur.

ACR. Nulla.c.t.ordo nulla aula manet diuitem herũ certior destinata fine rapacis orci.i.nulla domus expectet diuitẽ dñm q certior sit destinata fine rapacis orci eaque:ui tollit:ac si diceret. Quãuis serius ocyusue cũcta fluãt:sunt tñ q̃ semp mãsuræ referantur:ut roma:sed nulla dom⁹ certior se credat rapiẽdã:& dissipãdã, fine rapacis orci:q̃ꝗ; diuitem continet dñm dño abstracta proximi. Aequa.t. supertuacue dixit minoris fortũæ hoibus fines iuadi uel diuitiarũ moles ꝯgeri:dũ par sit oĩbus sepulchri mẽsura. uñ & Iuue. Mors sola testat hominũ corpuscula. Paupi.ꝑ filiis ut ne pueri nec tanta ais. Nec satel.o.c.p.oñdit nullis muneribus flectẽdos manes:ut remeare possit q̃libet ab inferis. Hic leua.f.ordo ẽ:hic uocat⁹ atq; nõ uocatus audit leuare pauperẽ functũ laboribus. Audit:bñ audit. qa mors ut necessitas ẽ ita ꝑpetua ẽ reqes laborũ.

POR. Nulla.c.t.r.o.f.d.a.d.m.h. Licet inqt o diues hẽas qđ optas scito tñ nihil tibi ꝑpriũ eẽ magis q̃ mortẽ:illa.n.q̃ possident tꝑalia sunt:& ad mors ꝑpetua ẽ. Regũq;.p.n.s.o.pueris ꝑ filiis positũ. Regũ aũt significat oẽs:& diuites:& paupes pari mortalitatis cõditioni subiectos esse:& iccirco nõ magnope appetendos esse honores nec diuitias. Hic leuare.f.p.l.u.a.a. uelle uidet quia mors necessitas ẽ:ita tñ requies perpetua laborũ.

CHRI. Nulla.t.c.ordo est.quis assiduo ædificet.& alienos sibi rapiat agros:tñ nulla aula manet.i.expetat diuitẽ herum certior fine destinata orci.i.morte inferni:q hoibus oĩbus destinata est. Rapacis: qui oĩa rapit:Nam oẽs ad inferos rapiunt. Quid.u.t.quid plura queris:qñ tellus se æquã ꝑbet: & recludit.i.aperitur ita pauperi:& regibus. Nec sa.or.satellites proprie ii sunt:q ad alicuius regis custodiam ponuntur:hic uero charonem intellige:q ingressum inferorũ obseruans aias sua cymba trãsuehit:trãsuectasq; nunq̃ reuehit:ut poetæ fingunt:Quæ fabula profundã cõtinet allegoriã:ut nos in nostris uirgilianis allegoriis:& in iis q̃ in Danthẽ scripsimus qua potuimus doctrina expssimus. Nec sa.or.satisfacit tacitæ inquisitioni. Nã diceret qspiam si diuitiis nõ uitari potest mors:poterũt fortasse qui iã mortui sunt se ab inferis suis diuitiis redimere. Sed hoc falsum est:cũ nullo auro charon corruptus sinat quos hic noiat reuehere uoluerit. Non ergo fauet diuitibus qui eũ fœliciter uiuant ad uitam redire cupiunt. Sed fauet pauperi:qui cũ uitam infœlicem egerit.tandẽ ipm morte a tantis curis:& laboribus liberat. Callidũ pr.nã non ualet sua astutia illũ decipere:aut saltẽ psuadere.

Argumentum. ODES.XIX.

Ode.xix. tricolos tetrastrophos de baccho & eius laudibus.

BAcchũ in remotis carmina rupibus
Vidi docentem/credite posteri:
Nymphasq; discentis/& aures
Capripedum satyrorum acutas

CANT. Fatet Hora.in secessu uidisse bacchũ docentẽ carmina musas discẽtes:satyros quoq; attẽtos: inde ipsius:bacchi gesta:& laudes celebrat. Mac.aũt li.i.saty. scri. Arist.musis argumẽtis asseuerare apollinẽ & liberũ pẽem unũ eũdẽq; deũ eẽ: de libero aũt & musis uideto lati⁹ in ode.xxxii.li.i. Bacchũ in remotis:ode ẽ sibi sonæ. Nymphas.i.musas. Satyrorũ. Dio.lib.i.scr.osirimq ẽt Dio.dictus ẽ secũ hũisse in castris satyros ad cãtũ & ai remissionẽ aptos. Satyrorũ:satyrus aial ẽ qđte

Euoe recenti mens trepidat metu:
Plenoq; bacchi pectore turbidum
Lætatur/euoe parce liber:
Parce graui metuende thyrso.
Fas peruicaces est mihi thyadas:
Viniq; fontem/lactis & uberes
Cantare riuos/atq; truncis
Lapsa cauis iterare mella.
Fas & beatæ coniugis additum
Stellis honorem/tectaq; penthei
Disiecta non leni ruina.
Thracis & exitium lycurgi.
Tu flectis amnes/tu mare barbarū:
Tu separatis uuidus in iugis
Nodo coerces uiperino
Bistonidum sine fraude crines:
Tu cum parentis regna per arduum
Cohors gigantum scanderet impia:
Rœthum retorsisti leonis
Vnguibus/horribiliq; mala:
Quaquam choreis aptior/& iocis:
Ludoq; dictus/non sat idoneus
Pugnæ ferebaris/sed idem
Pacis eras/mediusq; belli.
Te uidit insons cerberus aureo
Cornu decorum/leniter atterens
Caudam/& recedentis trilingui
Ore pedes/tetigitq; cura.

ste solino de hoibus nihil aliud pfert q̄ figurā.Hiero.i uita Pau/
li scribit beato Antonio apparuisse homunculū aduncis narib⁹
& frōte cornib⁹ aspa cui extrema corporis in capraꝝ pedes de
ficiebāt:q iterrogatus qs esset rńdit se mortalē eē unū ex acolis
heremi quos delusa gētilitas faunos satyrosq;:& icubos colit.
Euoe:uox græca & bacchātiū ē caret aspiratōe:ut aiūt. Metu: Euoe
numia.n.terrorē quēdā incutiūt sui pñtia. Pleno bacchi pecto
re.Se afflatū diuino bacchi spū indicat. Turbidū:pro turbidæ:
mēs.n.trepidabat. Parce: liber tanq̄ indignus fuerit uidisse nu
mē ueniā orat. Fas:licet exponas nō aliter:uult.n.pbare se indi
gnū minime eē numē uidisse:eiusq; mysteria celebrare. se indi/
gnū minie eē numē uidisse:eiusq; misteria celebrare. Peruica
ces.i.pteruas & uagātes ac discurrētes. Thyadas.i.bacchas.θυσ Thyo
.n.sacrificio ē occido:iperū facto:excito festino. Vini fontē:scri dionisii
būt Diony.uitis reptorē:uiniq; cōficiēdi rōnem:& fructuū in lō inuenta
giorē usum seruādoꝝ curā:& modū docuisse. Auctor ē Diony.
li.yi. Lactis riuos:scri.Acrō in spelūcis Diony.uino melle:& la/
cte olim sacrificari. Iterare:repetere. Trūcis lapsa flauaq; de ui
ridi stillabāt ilice mella.inqt Oui. Cōiugis honorē.Coronam
Ariadnes itelligit:a libero pńe iter sydera collocatā cū Ariadna
libero nuberet:hāc primū muneri accepisse ab uenere scribit igi ariadne
nusicū oēs dii in eius nuptias dona cōferrēt:hēt āt stellas nouē corona
in rotūdo dispositas. De qua corona latius diximus lib.i.geor. Penthe
ibi Gnosiaq; ardētis decedat stella coronæ. Pēthei:πενθέω lu/ us
geo significat πένθος uero luctus dr.ide pētheus fuit.n. uisus
aper a mre:& materteris laniatus.Cū bacchi sacra phiberet:de
quo late Oui.li.iii.met.Diodo.li.iiii.scri.Diony. sustulisse oēs ī̄
pios q ī orbe erāt:sed maxie pētheū:& lycurgū. Thracis lycur
gi.is thraciæ rex aduertēs uini cā in mores multa ɔmitti abscin
di iussit uineta:itaq; Diony. iracūdia p furorē sua cura amputa
uitne Acrō ait Diodo.uero li.i.scribit Osirim q idem & Diony.
per hellespontū in europā transeuntē in Tracia lycurgū barba
rorum regē sibi obsistentē peremisse:Seruius aūt abstemiū fuis
se asserit.Home.uero inducit lib.yi.elia. Glauco Diomedē ita di
cere:q; si deus es certiorē me fac.Nā non est mihi snia pugnare
cū diis ut lycurg⁹ Dryātis filius fecit:fortis alioq uir. Sed postq̄
cū supis cōtendēdū sibi putauit nec diu postea uixit.is.n.aliqñ
apud sacrū mōtē nyse nactus.tumulētas Bacchi comites:eas ē isecut⁹.Nec ut bacchas eeueritus sed ut uaccas
urgēs:put quāq; furioso cursu asseqbat' stimulo pūgebat:& oēs hūi abiicere thyrsos coegit.Bacchus quoq; ti/
more pterritus imāi cū clamore urgētē lycurgū quū aliter uitare nō posset ī maritimis fluctib⁹se addidit:quē
pauidū exaiatū tremētē nec adhuc securꝝ.Thetis i suū sinū recepit. Ea pp dii īmortales i lycurgū uæhemēter
irati sūt.Eūq; saturni⁹ iuppiter ppetua cæcitate affecit:nec ita multo post extict⁹ ē diis oib⁹ ipsi īfensisq; mor
talis cū imortalib⁹ dimicasset. Tu fle.am.bar.s.p quos terraꝝ pplos īdicat:p mare āt ī ī̄ulas. Flectis:dōas.me
thaphora.n.ē tracta ab aurigis. Barbaꝝ:idicū itelligit. Vuid⁹:hūid⁹:& uio madid⁹. Separatis iugis:mōtib⁹se
motis. Sine fra.sine cultu & cōpositiōe:uel sine dolo:& sine nocumēto aliquo.Serpēs.n.capiti circūdat⁹ nō
mordebat. Nodo uipino:sacrificabāt qppe baccho bistōides.i.traces crinib⁹solutis:āgues & i capite: & i māi
b⁹gestātes ut porphyrio scr.hoc igī pacto itelligerē coerces cries nodo uipino:q; ille solutos cries i capite ser
pēte circūdato ɔstrigerēt. Bistōides.i.thraces mulieres.Bistōis.n.thracia dcā ē a bistōe regeut scr. La.li.ii.th. bistonis
Cohors gi.Osiris q ēt Dio.dict⁹ ē:ut scr.Dio.li.i.Gigātes deuicit:cū ioui Osiridiq; & diis bellū itulisset. Leo/ Diony/
nis ungui.Acrō scr.quū dū bellū cū gigātib⁹ gereret:ēt bacchū in leonē ɔuersum occidisse gigātē:qđ hoc loco & sius
ipse Hora.idicat. Choreis aptior:ferūt Diony.Semele natū delitiis deditū fuisse molli corpe.At pcæteris de bacch⁹
coro:uoluptatib⁹isup uenereis idulgētē i exercitū mulieꝝ copiā circūduxisse armatā hastis thirso iuolutis.au in gigā/
ctor ē Dio.li.y. Pacis eras mediusq; belli.i.tā pacis q̄ belli potēs.Mac.li.i.sat.scri.q; hic liber pr̄ belloꝝ potens p tes
bat' q; eū primū ediderūt auctorē triūphi. Insons:inocens tibi.s. Aureo cornu:decoꝝ dī Dio.pp īgēii acumē Diony/
pri⁹boues ad iugū iūxisse eorūq; opa frugē iacta semia reddidisse:q̄ ex re illū cū cornib⁹ finxerūt:qđ Dio.li.y. sii for/
edocet.Fest⁹ ꝟo ait.Cornua liberi pris simulachro adduntq̄ inuētorē uini dñt: eo q; hoies nimio uio truces ma
fiāt. Lēiter:suauiter. Atterēs:p humū trahēs. Te.u.i.c.liber iferos adiitq;a ipetrarat ab ioue: ut semelē mrem Bacchi
ACR. Bacchū i.r.hac ode idicat a se uisū libeꝝ prem i secretis (ide reduceret q̄ & reduxit auct.i hoc ē igi. cornua
n eorib⁹carmia docētē:& q̄si pturbat⁹his uisis exclamat:uelut pñtiā numis sētiēs euoe. Ordo ē:uidi bacchū liber pr̄
docētē carmia i remotis rupib⁹:& uidi nymphas discētes:& acutas aures capripedū satyroꝝ. Capri.s.panas ad infe/
dixit capraꝝ pedes hñtes. Acutas:& ad audiēdū:& ad ipsaꝝ auriū figurā. Credite.p.i.ēt uos credite:q uēturi ros
estis talia dicēti. Nymphas:musas:nā qdā uolūt ipm solē:ipm apollinē:ipm Dio. nā ut illi nouē sacratæ sūt
musæ:ita soli nouē circuli:& Dio.silr chor⁹bacchaꝝ.Mō tñ pro musis nymphas. Vir. Nymphæ noster amor
libethrides aut mihi carmē.Quale meo codro ɔcedite. Turbidū.turbida mēs lætat'. Parce.g.m.thirso:frōde

ut uelut turbatā oñderet mētē putat sibi īfesto thirso deū īminere:graui āt dixit pnitioso:ut ipse sup.⁹Grauef
q; pricipū amicitias. Fas:nō significat nec licet:sed possibile ē:uult.n.,pbare se deo nō īdignū eē ministeriisq;
eius q̄ ad sacra eius ptinēt sufficere cātādis. Peruicaces:,pteruas pp bacchātiū discursus:& saltus. Thyadas:
bacchas:dixit a sacrificio uelut theadas:theon græci deū:ita & sacrificiū uocauere. Atq;.t.l.c.i.ex ītegro cāta
re:& repetere:uel certe māere facere:uel iteꝝ tollere.Vir.& duræ.q.s.r.m.iō aūt sacra cōmemorauit poeta qa i
spelūcis Diony.uio & melle & lacte sacrificabāt. Beatæ cōiugis additū stellis honorē.Ariadnē in honorem
Diony.cōmemorat inter sidera collocatā q̄ corona dr̄ data ardēs a Vulcano:ut Gnosiaq; ardētis decebat stel
la coronæ. Tectaq; pen.in qbus pentheus captiuū libeꝝ pr̄em uinctū recluserat:ob quā cām bacchaꝝ furore
discerptus ē:uel certe nota fabula eius:& agaues mr̄is. Thracis & exitiū lycurgi:lycurg⁹ legū lator cū uideret
p uini temulētiā ī mores multa ꝯmitti abscidi iussit uineta:pp hoc iracūdia Diony.p furorē crura sua ampu
tauit:& iō ad laudē numinis posuit sumptū de inimico suppliciū. Tu fle.domas siue supas tanq̄ eoꝝ cursus
declinās:aut qa gētes multas subegit:& p amnes uoluit ītelligi terras. Aut fle.p gyras:qa & Diony.nili fontē
sicut hercules q̄siuit:aut uero qa uino eius īmiscent̄ aquę:& ad suauiorē usū flectūt̄. Mare bar.indicū qa idos
Diony.supauit:barbaꝝ āt.p sæuo ac uiolēto pp subitas tēpestates. Sepatis in iu.secretis ac remotis. Vuidus:
uino madidus. Bistonidū:bistonides thraces sunt mulieres:q̄ in liberi pr̄is sacris bacchari cōsueuerūt āgues
gestātes in capite. Sine fraude:sine cōpositiōe q comi nō poterāt:ut potē:ipini. Rhetū retorsisti: rhetū.n.
gigantē in leonē cōuersus occiderat Diony. Te uidit in.nō semp:sed tūc insons.cū nocere nō potuit. Hor
ribiliq; mala:maxilla metuēdus:ut Vir.Malæ texere.l.t.d.al. Cornu decoꝝ:Libero cornua nōnulli assignāt
qm̄ uinolentia,pteruitatē:& cōtumaciā cōsueuit augere. Et.r.Ordo ē.& tetigit pedes:& crura recedētis. Tri/
lingui ore:dicitur.n.Diony.& apud inferos regnasse:ut etiam ipsi ita ut dianæ triplex daretur potestas.

¶POR. Bacchū in.r.Hac ode īdicat a se uisum libeꝝ pr̄em i nemorib⁹ carmia docētē:& q̄si pturbatus iis q̄
audierat exclamat. Euoe aures.c.s.a.Acutas satyroꝝ aures:nō audiēdum tm̄ referēdas dixit: sed ēt ad figu/
rā coꝝ:nā sic uidemus,satyros fingi oblongas aures acutasq; hn̄tes. Lætatur euoe:metuit trepidat sacræ sa
gittæ pturbatū significat:& mira energia totus hic loc⁹explicatur. Plenoq;.b.p.t.euoe.r.mēs.t.metu.p.pecto
re.b.c.& ē bōus sensus.uiso.n.deo qs nō pturbet̄:licet gaudeat.& bn̄ repetitū heuhoe q̄si incitamēto mētis ad
hāc exclamationē īstigāte. Parce li.p.g.m.t.bn̄ hæc dicunt̄ ab eo q p ipsā mētis pturbationē putet sibi infesto
thyrso deū īminere. Fas.p.ē.m.t.fas.ē nūc nō significat licet sed possibile uult.n.,pbare se deo nō īdignū esse
mysteriis eius cū sufficiat cātādis his q̄ ad sacra eius ptineāt. Iterare.m.ex ītegro cātare ac repetere fas ē. Et
bea.c.a.s.Ariadnes coronā significat:quā liber īter sydera collocauit:pētheū uictū recluserat q ob hāc cām ful
mie ictus ē. Exitiū ly.hic q uites excidisset furore sibi a libero iniecto:crura sibi falce amputauit. Tu.m.b.bar
baꝝ.p sæuo ac uiolēto pp subiectas tēpestates dixit:flectis āt ex supiore hic quoq; audiēdo. Vuidus:iugis ma
didus.s.pp uinū. Nodo coer.u.s.f.c.Bistonides thraces sunt q̄ cū i sacris liberi pr̄is crinib⁹solutis uersant̄:an
gues:& i capite:& i māib⁹gestāt. Sine.f.aut sine noxa aut sine iniuria ītelligēdū. Tu fle.a.,p eo qđ ē domas
positū ē tāq̄ decursus eoꝝ declinet quo uelit an qa multas terras subegit an uero qa mūeri eius miscent̄:& in
suauiorē usum flectunt̄. Tu.s.u.in iugis sepatis:secretis ac remotis nūc significat. Rhetū.r.l.u.&.h.m.sic dr̄
illud apud Virg.Maculis quē thracius albis Portat equus.Bicolor maculis: sed idē pacis erat mediusq; belli,
hoc ē tā belli q̄ pacis potēs. Te uidit.i.c.nō semp insons:sed tibi īsons.i.q nocere nō potuit. Aureo cornu de
coꝝ.Cornua libero patri:& nōnulli alıis assignant̄:qm̄.s.uiolentia,pteruitatē:& cōtumaciā addere solet q̄ per
cornua significatur.Leniter atterens caudā:suauiter ut solent dominis canes facere blandientes.

¶CHRI. Bacchū.in remotis carmia rupib⁹.In tutela bacchi eē poetas nemo ambigit.Vnde & hædera coro
nant̄ poetæ:q̄ frōdes illi sacræ sunt Vir.Hāc quoq; sine tpa circū īter uictrices hæderā tibi serpe lauros.Et Lu/
canus.Nec si te pectore uatē Accipiā cyrrhea uelim secreta mouētē Sollicitare deū:bacchūq; auertere nysa.Er
go se bacchū uidisse carmia docētē testat̄:& eius numie plenus exclamat. Bacchū: hūc deū eundē eē quē so
lem Macr.multis argumētationibus oñdit. In re.r.nā secreta nemoꝝ:& bacchi sacris: & poetis ēt apta sunt.
Quod oñdit Iuue.Cū desertis aganipes Vallibus esuriēs miraret i atria clio.Optie ergo i remotis.r.Et qa bac
chus ē:& qa poetas docet. Nymphas.d.p musis posuit.Sic Virg.Nymphæ noster amor lebetrides.Bacchū
igit̄ si idē & Apollo ē recte musis attribuit. Aures acu.dixit acutas:uel ut exprimeret formā auriū:q̄ cū in sa/
tyris caprinæ sint acutiores illis surgūt q̄ hoi:uel acutas.i.acuti auditus:ut oñdat illos attēte audisse.Sunt aūt
satyri:& ipsi ī bacchi tutela.Oui.Tu biiugū īsignia frēis Colla primis lyncū bacche satyriq; sequunt̄. Euoe:
uocē sibi dat q̄ bacchātes furore plenæ uti cōsueuerūt. Recenti metu: nā nup uiderat. Metu:,p religione q̄
horrorē icutit.Vir.Sacra comā multosq; metu seruata p annos. Lætat̄ tur.atq lætitia cūcta serenat:& a tur/
batiōe remouet.Sed uoluit oñdere qđ solet euenire in religiōe.Nam & si illa lætemur nō fit tn̄ sine horrore.
Thyrso:hasta pampinis inuoluta utebant̄ i sacris bacchi:eāq; thyrsum nūcupabāt. Thyadas:bacchi sacerdo
tes ab eo quod est θύειν.i.furere. Peruicaces:q̄ nullo pudore īpedite pagunt rē.Alii dicūt puicaces.i. ueloces.
Viniq; fon.ait Diodo.apud theias natū bacchū ibiq; fontē esse: e quo ppemō uinū manat. Vberes ri.la.poe
tice dixit.Sic Vir.Ipse lacte domū referēt distēta capellæ Vbera Ait aūt Acrō:iccirco hoc dictū:qa i spelūcis ui
no melle:& lacte Diony.sacrificabāt.At Hora.quasi aurea sæcula i hoc deo describit:de qb⁹ poeta. Flumia iā
lactis iā flumia nectaris ibāt.Flauaq; de uiridi stillabāt ilice mella. Cōiugis:Ariadnæ:hæc ex mioe nata The
seū quē ei⁹amore capta a miotauro liberauerat: idiā uel nassum usq; īsulā secuta ē:sed ei cū l,pfundiorē som/
nū,plapsa illū enauigātē nō sentiret:neq; ab eo excitaret̄:ac mox desertā se cognosceret:ppeaq; luctu atq; eiu.
latu oīa littora repleret:affuit p̄stoj bacch⁹q mulierē miserat⁹ eā in ꝯiugē assumpsit.Eratosthenes āt q creticā
scripsit:ait liberū patrē ad minoa uenisse:ut Ariadnā uxorē duceret: & coronā puellæ dono dedisset a Vulca/
no auro gēmisq; fabricatā:q̄ eo fulgore splēdebat:ut Theseum e labyrintho liberaret. Hæc corona quā græci
stephanō appellāt:cū deinde in dian siue nassum īsulā utriq; uenissent coelo affixa ē.Hēt stellas octo:ut refert

iginiusquaꝝ tres sunt splẽdidæ ad caput arcturi. Tectaq; pen. Filiæ Cadmi fuere semele: ex qua Bacchũ iuppiter suscepit. Autonoe q̃ Atheonẽ pepit: ino Learchũ & Melicertæ mr̃. Et agaue q̃ ex Echione uiro suo peperit Pẽtheũ: hic thebis regnãs Baccho sacra fieri ꝓhibebat. At iratus deus eũ furorẽ: & mr̃i & materteris iniecit: ut uenientẽ pentheũ aprũ crederẽt: ꝓpeaq; iterficerẽt. Leõtius hũc uirũ Abstemiũ fuisse tradit: & a mr̃e materterisq; temulẽtis ꝙ illaꝝ ebrietatẽ coercere temptaret interẽptũ: & eius domũ dirutã. Lycurgi. Ex Onone cuius fabulã paulo supra audisti: natus Hyppologus ẽ: & ex hyppologo Dryas q hũc Lycurgũ thraciæ regẽ gẽuit. Hic: ut ait Home. cũ bacchi nutrices india isula latentes inseq̃ret̃ & eo timore Bacchus ipse in mare fugisset: deoꝝ odiũ in se cõuertit: & ab illis ẽ oculis priuatus. Ser. aũt refert hunc bacchi cõtemptorẽ fuisse: & dũ illius uites iniuriose cedere parat sibi crura amputasse. Lactan. uero illũ thraciæ regẽ affirmat: & a Baccho in mare ꝑcipitatũ: ꝙ primũ aquã uino admiscuerit. Sunt q referãt i morbũ crurũ icidisse: qm̃ a uino abstineret. Alii cõtra. Nã dñt ex nimia temulẽtia hãc sibi calamitatẽ ꝑuenisse ex humore salso. Vñ fictũ sit ꝙ in mare fuerit ꝑcipitatus: De his Oui. penthea tu iactas bipenniferũq; lycurgũ. Tu flectis am. ad te amandũ: & allegorice demõstrat illũ aquam uio demulcere. Mare bar. ꝑ barbarica duritia posuit: uel tribuit huic q̃ sunt ægyptii bacchiq̃ dñt uniuersam indiã subiugasse ergo mare barbaꝝ. i. indicũ. Oui. Oriẽs tibi uictus adusq; Decolor extremo q̃ cingit̃ india gãge. Vuidus. q. d. uinolẽt⁹. Nã ut humidũ dicimus qd' externe humorẽ hẽt: sic uuidũ id qd' interne hẽt humorẽ. Hinc dicta ẽ uua q̃si uuida. Iugis. r. quia in remotis: ac desertis mõtibus sua sacra agebant̃. Atq; simul inuit uites cõmodius in locis editis seri. Hinc Vir. Bacchus amat collẽs. Bistõidũ: de sacris bacchii ubi id res postulauit dictũ ẽ abunde. Quod aũt in hoc loco de crinibus: & de uiperis dicit intelligẽdũ puto has barbaras mulieres ad colligãdos crines uittaꝝ loco adhibuisse angues: q̃ ligarẽt: & cõercerent illaꝝ crines sine fraude. i. sine nocumẽto. Nã pro miraculo põit ꝙ mulieres serpẽtib⁹ loco uittaꝝ uterent̃: sed bacchi uolũtas erat: ut serpẽtes mulieribus fideliter seruirẽt. Acrõ aũt rẽ mõstruosam põit. s. ꝙ bistonides hẽrent angues i capite loco crinũ tanq̃ furiæ: & põit sine fraude. i. sine cõptu: & ornatu: ut poetæ: qm̃ comati nõ possent crines q uipini essent. Veꝝ ego tale mõstrũ a poeta poni nõ puto: ut humana corpa fœminaꝝ angues ꝓ serpẽtibus hẽrent: sed potius suos crines uiperis alligarent: & tunc erit sine fraude. i. sine noxa: ut sit sn̄s: iubet bacchus bistonidas sine timore ulcite crines uiperis: neq; decipiunt̃ illæ. Tu cũpa. Nã ꝙ conuersus in leonẽ rhœtũ gigãtẽ interemerit dcm̃ est. Dictus: existimatus. Iocis q sunt in uerbis. Et lu. q ẽ in re. Nõ sat. pro satis. Idoneus: aptus q̃si iõ natus uel ad id natus. Nã q alicui rei aptus ẽ: & ad id: & pp id natus uidet̃. Sed idẽ mira laus: ꝙ idẽ medius sit pacis: & belli. i. sc utriq; rei cõem ꝓbeat. Te ui. inf. nã cum idẽ bacchus sit: & sol eandẽ triplicem ꝑtãtem habebit quã in supioribus Apollini tribuimus. Ergo & apud inferos fuit. Insons: inoxius. Cerberus: hũc canẽ Plutonis eẽ uolũt. Quẽ Hesio. ait natũ ex Thyphone & Aechidna: & dat illi centũ capita. Alii tricipitẽ esse uolũt. De quo nos multa allegorice in. iiii. li. nraꝝ camaldulẽsiũ disputationũ rettulimus. Aureo cor. i. pulchris cornib⁹. Nã & cornua suo capiti dari: & quare denturiã ni fallor: audisti. Leniter atterens. c. leui motu caudã percutiens. quod faciunt canes cũ nobis applaudent: & terigit pedes: & crura tu recedentis scilicet eum ad superos inde redires. Ore trilingui: idest tribus linguis: quæ & triplici essent ore.

Ode. xx. tricolos tetrastrophos de sua immortalitate.

Non usitata nec tenui ferar
Pẽna biformis ꝑ liq̃dũ æthera
Vates/neq; in terris morabor
Longius/inuidiaq; maior
Vrbes relinquam. non ego pauperum
Sanguis parẽtum/non ego/quẽ uocas
Dilecte/mecœnas obibo:
Nec stygia cohibebor unda.
Iam iam residunt cruribus asperæ
Pelles/& album mutor in alitem
Superne/nascunturq; leues
Per digitos/humerosq; plumæ.
Iam dædaleo ocior icaro
Visam gementis littora bosphori:
Syrteisq; getulas canorus
Ales/hyperboricosq; campos.
Me colchus/& qui dissimulat metum
Marsæ cohortis dacus/& ultimi
Noscent geloni/me peritus

Argumentum. Odes. XX.

CANT. Oñdit se uerti in Cygnũ auẽ canorã: suaq; carmina totũ orbẽ aditura. Renuit itaq; nenias: & funeris laudes: supuacuosq; sepulchri honores: eius. n. carmina ꝑpetuã sibi laudẽ: & memoriã ꝓbebunt: hinc imortalis erit. Nõ usitata. n. t. f. Ode est similis nonæ: ẽ aũt ordo. Vates: ego biformis ferar ꝑ liq̃dum æthæra pẽna nõ usitata nec tenui. Nõ usitata pẽna: nõ. n. uolauerat prius: per id aũt eius famã itelligit. Vel nõ usitata pẽna. i. lyricis uersib⁹ qb⁹ adhuc latini nõ usi fuerãt uti & ipse. Nec tenui penna. i. nec tenui fama: uel nec tenui: & humili carmine. Biformis: uates uel qa lyrica scripsit: & hexametra: uel qa hõ erat: & nũc cygnus. Neq; in terris morabor: hoc ait qa dixerat: ferar ꝑ liq̃dum æthæra. Inuidia. m. sp q̃ppe maiorib⁹ iuidet̃: hic iuidi minoris sunt cõditiõis. Nõ ego. p. oñdit se nullo pacto mortalẽ fore. Est ãt ordo. Nõ obibo ego sanguis paupeꝝ parẽtũ. Nõ obibo ego quẽ tu Mecœnas uocas dilecte: potes & dilecte Mecœnas dicet. Cohibebor: coercebor: ut alii quoq; nulla fama supstes. Residũt: hærescũt. Aspæ q̃les. s. cyguorũ sunt. Mutor i alitẽ. se i cygnũ mutari dicit nõ ab re: bõus. n. poeta Cygno canoro cõparat̃ sicut malus anseri obstrepẽti. Supne. i. in pte superiori: sicut. n. crura sic manus & humeri pẽnis uelabant̃ ẽ aũt periphrasis alaꝝ. Dædaleo ocyor icaro: hic nulla sit synalempha: tradũt aũt fabulæ Dædalũ & icarũ fabricatis alis euolasse: icaꝝ rñ cecidisse solutis alis calore solis de quo lege i Iuue. sat. i. latius. Ocyor: ꝑ id idicat se nõ casuꝝ: ut icarus cecidit. Visã inuit se totũ orbẽ suis carminib⁹ adituꝝ. Gemẽtis: sonãtis & fremẽtis. Bosphori: angusti maris apud thraciã: lege lati⁹ ode. xiii. hui⁹ lib. Str. li. xii. scr. Bosphoꝝ eẽ apud

Discet hiber/rhodaniq; potor.
Absint inani funere neniæ:
Luctusq; turpes/& querimoniæ:
Compesce clamorem/ac sepulchri
Mitte superuacuos honores:

Byzantiũ mare angustũ. Syrtes ge.loca sunt ꝑiculosissima i mari libyco de qbus latius in Epodo nona. Getuli:aũt natio freqns
Getuli & multiplex iuxta libycũ mare est:ut docet Mela. Canorus.a.cy
hyper/ gnus intelligit͛. Hyporeos cãpos:hyporei icolũt ultra aqlonẽ
borei teste Solino.apud eos mũdi cardines eẽ creduntde qbus latius di
Colchi ximus li.iii.ge. Colchus:cholchica regio:& iberia sibi coniunctæ
Iberia sunt in põto ꝓuincia ad septẽtrionẽ de qbus Ptolo.lib.v. Marsæ
Daci co.i.itali exercit⁹. Dacus:diuidunt͛ daci a germãis danubio.ut scri.Tacitus:de qbus late Str.li.vii. Geloni ul
Iberia timi hi ppli sunt in scythia de qbus latius ode.x.huius libri. Iber pitus:iberia & hyspania eadẽ dr̃ut scri. Str.
hyspãia lib.iii.a priscis aũt uocabat͛ iberia tractus uniuersus extra rhodanũ.Iusti.itẽ li.ul.scri.hyspaniã ueteres ab ibero amne iberiã primũ:postea ab hyspalo hyspania cognominasse:ꝑterea iber iberis gentile nomẽ est.sunt.n.iberes gẽs ab iberis ꝓfecta q ultra armeniã habitãt.Luca.li.vi.ẽt ait.Si tibi durus iber aut si tibi terga dedisset.Pri/
Rhodãi scia.li.vi.id scri.de iberia aũt iũcta colchis multa Stra.li.xi. Rhodani potor.Rhodanus igẽs:fluui⁹ ẽ in Gallia apud lugdunũ.ubi Arar Rhodano cõmiscet͛:de quo multa Stra.li.iiii. Inani funere nihil mortuo ꝓfuturo.

Neniæ:ẽ nenia cãtus lugubris:& laus i funere honoratoꝝ uiroꝝ:latius dcm̃ ẽ ode.i.li.ii. Turpes turpitudinẽ iferẽtes. Supuacuos honores:ei⁹.n.carmia sibi honori accedẽt:hic supuacui eẽ uident͛ ei honores sepulchri.

¶ACR. Nõ usitata nec tenui ferar pẽna.allegoricos significat se in cygni figurã mutãdũ:& carmina sua totũ orbẽ impletura:uñ & se imortalẽ futuꝝ ꝓmittit:auis.n.i quã se trãsfigurãdũ dicit:canora ẽ:ut poetæ merito cõueniat:& apollini cõsecrata. Nõ usi.aũt ppea quia nõ uulgaria nec cõia scripsit:ordo ẽ.ego biformis uates ferar p liquidũ æthera nõ usitata nec tenui pẽna. Inuidiaq; maior ego q maior sum iuidia relinquã urbes. iuidia.n.maiorẽ se dicit:qa maiorib⁹ iuidet͛. Non ego pau.i.nõ ero ignobilis q putor humilib⁹ parẽtib⁹ natus.

Nõ ego.q.u.ordo ẽ.mecœnas nõ obibo ego quẽ uocas dilecte nec cohibebor stygia unda. Significat carmina nõ obire p q̃ æternitatẽ ipse mereat͛. Iã iã resi.iã se dicit in formã cygni trãsire. Syrtesq; ge.libycas.Virg. nũc ꝓmitte uires nũc aĩos qb⁹ i getulis syrtib⁹ usi. Visam.g.l.b.toto orbe se uulgãdũ ꝓmittit:ut ẽt pueniat ad barbaras natiões:nã p cõmemorationẽ gẽnũ oẽs terræ ptes designat. Hyporeos.c.thracios: hi ultra aqlõis flatus septẽtriõi subiacẽt:ut ẽ.Quin & hyporeo septẽ subiecta triõi Gẽs effræna uiꝝ. Marsæ.c.pro Italiæ militibus dixit:ut oñderet solos romanos dacis esse terrori. Rhodaniq;.p.hyspani & galli. Neniæ carmẽ funebre. Luctusq; tur.pp habitũ lugẽtiũ dixit. Supuacuos.h.supuacue.n.honorari.mortuos multi dixerũt.Maxime Hora.q imortalitatẽ se uideri uult p carmina cõsecutuꝝ:nã & Vir.Vano & mœsti comitamur honore.

¶POR. Nõ usitata.n.t.f.p.poetice significat se i cygni formã trãsituꝝ dulcedie cãtus totũ orbẽ ipletuꝝ.Nõ usitata hoc ẽ non uulgari:nec.n.uulgaria scribit. Biformis:biformẽ aũt se dicit ꝙ & lyrica scribat:& hexametros:nõ ego paupeꝝ sanguis parentũ:hoc est nõ ego ignobilis quẽ putatis humilib⁹ parẽtibus natũ. Nõ ego .e.q.u.d.M.o.negat se obituꝝ:quod p allegoriã itelligi uult carmina sua semp floritura. Iam residũt.c.a.iã dicit se in cygnũ transfigurari.Iam.d.o.u.g.l.b.hoc significat carmina sua ad extrema usq; orbis terrarũ: & barbaras ẽt gentes puenturo. Gemẽti aũt bosphori hoc est pstrepẽtis ac sonantis. Hiperboreosq;.c.qui ultra flatus aquilonis septẽtriõi subiacent. Et qui.d.m.m.c.d.italoꝝ militum accipe.marsi.n.itali sunt. Absint.i.s.n. neniæ.n.sunt cãtus funeꝝ. Luctusq; turpes.Turpem aũt ipsum luctum ait. Ac se.m.s.h.superuacua.ẽ enim sepultura eis qui imortalitatem uidentur per carmina consequi.

¶CHRI. Non usitata.n.t.f.Allegoricũ huius cantus carmen est:quo indicat se imortalem futurum: & qui in cygnũ se iam uerti uideat p oẽm orbem uolatuꝝ. Biformis.quia hactenus hõ iã cygnus fio:p quem oñdit se euasuꝝ in optimũ poetã.Nam mali uates anseribus:bõi uero cygnis ꝯparant͛.Vir. Nam neq; adhuc uaro uideor:nec dicere cinna Digna:sed argutos iterstrepere anser olores:Et Cic. in philippicis malũ uatẽ indicans:pellant͛ inqt anseres ex agro falerno.Nã anserũ molestus est ex clãgore strepitus.Cygnorũ aũt canora uox ẽ.Præterea apollini sacri sunt cygni:& suæ mortis præscii.Quare aduẽtante illa suauius canũt. Oui.Sic ubi fata uocãt udis abiectus in herbis.Ad uada mæãdri cõcinit albus olor:Poeta ergo sua cãdida uoce.i.suaui stilo uolat:qa imortali fama p oia fert͛:& deserit terras qa eleuat͛ ad cœlestia. Inuidiaq; maior:qd' in uita humana difficile arduũq; oino est iuidiã supare.Est.n.iuidia iter pares:aut paulo supiores. Illi aũt q suis ægregiis uirtutibus lõgo iã iteruallo cæteros a tergo reliqrunt oi carẽt iuidia:& potius sunt i admiratiõe:qa iã despamus nos illos asseq posse.Hinc græci q ꝓclarissima:& maxia sunt αφθονα.i.ανευφθονου.i. sine iuidia appellãt:Quapp ut miseri sic & ii q i maxio gradu sunt iuidia carẽt.Quoniã alteri minores alteri maiores inuidia sunt.Hinc Micipsa apud Salu.Postremo quod difficillimũ iter mortales est gloria iuidiã uicisti. Vrbes.r.qa relinquã humana:& sequar diuina. Nõ ego:Ordo est.o dilecte mecœnas ego sanguis paupeꝝ parentũ non obibo.Et ego quem tu sæpe uocas nõ obibo. Sanguis:genus:& progenies.Vir.Reuocato a sanguine teucri.

Pauperũ.p.pr̃.n.ut in eius uita demonstratũ est:& libertinæ cõditionis fuit:& paup qppe qui ꝑconia arte sibi uictũ cõpararet.Ergo in hoc loco demõstrat neq; diuitias neq; generis nobilitatẽ:sed solas uirtutes reddere hoies imortales.Quẽ tu uocas.q.d.quẽ tu amas:quẽ tu ẽt ita ignobilẽ nõ nihili facis. Nec stygia.c.u.mortuorum.n.aiæ cũ iã apud inferos descẽderint arcent͛ a stygia palude nc redeant.Vir.Fata obstant:tristisq; palus inamabilis undæ Alligat: & nouies styx interfusa coercet.Ego aũt imortalis effectus nõ ꝓhibebor illa palude:qn p oia uolitẽ Nec tristitia mœroreq;:nã id significat styx:ipediar.Et certe q doctrina exculti sunt oib⁹ pturbationibus uacãt. Iã iã:oñdit quo pacto in cygnũ uertat͛. Residũt.i.uehemẽter adherent. Nam i humano crure nõ hæret cutis ossi:quia interponit͛ caro.In illa uero aue nulla caro est iter pellẽ & tibiam. Asperæ pelles.i.cutis iã cõuersa in asperã pellẽ.ea.n.est cygnis in crure. Albũ alitem:optime cũ p cygnũ fœlicia oñdat alitẽ in masculino gene.e posuit:Nã cũ infœliciora auguria notãt poetæ in.g.f. cõsueuerũt alitẽ ponere:

Supne.e pte supiori. Leues:epithetũ ẽ pẽnaꝶ. Per digytos.f.manuũ. Et humeros:brachia:nã cũ iã crura in olorina crura mutata essent nũc manus& brachia in alas mutari oñdit. Ocior icaro.Fabula nota iam est Cõparatio uero non absurda.Volauit icarus sed temerarie:quapropter decidit:eiusq; uolatus retardatus est. Ipse aũt oñdit se ocius uolaturũ:Quia nõ temere:ut ille:sed sapiẽter procedet. Icarus a uota q̃ oporteret petẽs decidit.Poeta aũt nihil supra uires suas conatus ẽ.Ergo potuit pficere qđ faciẽdũ susceperat:Neq; oblitus est qđ aliis in sua poetica pcepit.Sumite materiã uestris q scribitis æquã Viribus.Nunq̃.n.aggrediet sapiens scriptor:quæ sunt supra uires suas:ne forte decidat. Visam:nã pennis sublatus potero cũcta q̃ sunt uidere. Bosphori:de quo iã scriptũ ẽ. Gementis:ex æstuatiõe fluctuũ gemitũ emittẽtis. Neq; syrtes omisim⁹ getulas. Vir.Hũc ego getulis agerẽ si syrthibus exul. Canorus:nã ut dixi bõi poete optime canũt. Hyperboreosq;.c. cãpos iuxta mõtes hyperboreos:q mõtes extẽdunt usq; ad septẽtrionalẽ oceanũ:& positi sunt sub polo:& uertice:& cardine cœli:dictiq; sunt hypborei:qa ide spiret boreas. Colchus:hæc scythiæ ps ẽ & hẽt in se iuga caucasi:atq; hic caspiũ:& hyrcanũ hẽt mare:hinc meotiũ. Dacus:quos ẽt getas appellant:& ipsi i scythia sunt. Vir.[Et ꝯiurato descẽdes dacus ab hystro. Dissimulat;timẽt.n.oẽs isti ppli romãos:sed pp ferocitatẽ dissimulãt. Marsæ co.marsos p oĩ italo exercitu posuit.Sunt hi populi i quarta italiæ regione iuxta lacũ fuciniũ:q a marsia lydoꝶ duce denoiantur eoꝶ oppidũ archipe a lacu fucinio haustũ Galliãus scr.Pli.uero refert illos a circes filio originẽ duxisse : & nim hẽe cõtra serpẽtũ ictus.De gelõis dcm̃ ẽ Hyberi aũt ppli hyspãiæ sunt denoiati ab hybero flumie:q apud cãtabros oriẽs p .xl.passuũ milia fluit:& i mare balearicũ exit. Rhodani:q.p.hic fluuius a rhodão oppido denoĩatus ẽ. Orit ex alpib⁹ q̃ italiã a gallia diuidũt:nõ lõge a fontib⁹ rhẽi & dãubii:fertq; p lacũ lemãnũ:& uersus occidẽtẽ p galliã fluẽs arari suscipit:īde admeridiẽ ꝯuersus & isarã druẽtiãq; suscipiẽs apđ heracleã uno hostio & paulo ulteri⁹ duob⁹ aliis i mare tyrrhenũ irrũpit. Neniæ.p oĩ funeris põpa posuit.Cæterum qđ sit nenia nõ te latet. Inani fu.recte inani:qa nihil mortuis pdest:Nã siqđ est id oẽ ad uiuentes spectat . Vel iani funere:quasi si nõ moriar inane erit. Turpes:qa deturpãt uirilem grauitatẽ. puerilis.n. res est aut mliebris ipe luct⁹. Alii dñt turpis qa lachrymæ faciẽ deturpãt.Est ãt loc⁹ iste sũpt⁹ de Ennii epithaphio:qđ ẽ hui⁹.Nẽo me lachrymis decoret:nec funera fletu faxit cur uolito docta p ora uiꝶ. Cõp:sce cla.Expolitio ẽ color rhetoricus:nã eadẽ sñia. Compesce .c.& mi.h.s.s.quæ fuit. Absint neniæ inani.f.&.t.l.



Tertii Libri ode prima tricolos tetrastrophos de hominũ uariis curis/uariaq; fortuna/ & æqua morte.



Di pfophanum uulgus/ & arceo:
Fauete linguis/ carmina nõ prius
Audita musarum sacerdos
Virginibus/puerisq; canto:
Regum timẽdorum in proprios greges
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari giganteo triumpho:
Cuncta supercilio mouentis.

¶ Argumentum primæ Odes uoluminis tertii.

[T]Ertii uoluminis hac ode prima edocet reges dñari aliis regibus uero Iouem cunctis ergo homines metuunt illi reges:isti numina . Ostendit postea uaria esse hominum ministeria:uariasq; fortũas : & gradus.unã tñ esse mortis conditionẽ. Ostendit item diuites nõ ocio non somno frui.pauperes uero his omnibus gaudere in auaros inde inuehitur : qui nõ contenti terrestribus ædificiis:in mari ẽt edificabant . Ait demum si dolor nõ domibus ornatissimis nec purpureis uestibus tollitur: nõ optimo uino nõ odoribus summis.Cur ipse uelit talia exoptare.Cur item sabinam uallẽ diuitiis maximis pmutare : ubi qdem securam uitã agebãt. Odi prophanũ uulg⁹ & arceo: Ode est similis nonæ li.i.Dicit aũt se hẽe odio indoctos.sed tanq̃ musaꝶ sacerdos cantaturum carmina pueris:& uirginibus hinc linguis fauere debent.i.bona fari uel silere. Prophanũ.i.doctum:& sacris musarum nõ initiatum prophani.n.dicebant sacris nõ initiati:qui fanum intrare nõ poterant. Fauete linguis:fauete inqt festus est bõa fari. Aut ueteres poetæ p silere usi sunt fauere.Erat aũt sacerdotũ uerbũ in sacris quo silẽtiũ iperabat:ut rite sacra pagerent:nulla uoce mala obstrepẽte:uelut bona uerba dicerẽt:hinc Tibullus ait:Dicamus bona uerba:uenit natalis ad aras. Quisqs ades lingua uir mulierq; faue.Plura tñ diximus ẽt ex Cice . in Iuue.Saty. xii.ibi.Ite igit pueri linguis animisq; fauẽtes. Non prius audita:qppe ipse lyrica primus romanoꝶ scripsit cõmendãda qdem. Musaꝶ sacerdos.Musaꝶ ministri sunt eruditi oẽs pprieq; musici apollinis uero sunt:& isti:& uates uniuersi:ut inquit

ANT.

Fauete linguis

Stra.lib.x. Virginibus puerisq; cantoiut.s.in tenella ætate uirtutis iter arripiant.Regum timendorũ.Ordo est.Imperiũ regũ timẽdorꝫ est in ꝑprios greges:imperiũ Iouis est in ipsos reges. Gigãtheo triũpho:clari.mul

gigãtes to magis igitur timẽdus est ab regib⁹:& hoibus ipsis.Macr.li.i.Sat.ubi de Hercule meminit:ita scribit.Gigantes aũt qd aliud fuisse credẽdũ ẽ q̃ hoium quãdã impiã gentẽ deos negantẽ:& ideo extimatã deos pellere de cœlesti sede uoluisse. Supcilio.i.ipso nutu Vir.li.x.æn.de ioue inqt.Annuit & totũ nutu tremefecit olympũ.

¶ACR. Odi.p.hæc uox in sacrificiis freqntabat̃ quasi significarẽt:ut bona oia haberent̃:qđ oportune hic poeta posuit q sacerdotẽ musaꝝ se dicat:ar⁹erat iferi⁹:ut ꝓdicẽdo ꝓfanos sacroꝝ se meminisse mõstraret. Vir. Procul.o.p.e.p.Profani dicebant̃ sacris nõ initiati.q fanũ intrare nõ poterãt:hic tñ per allegoriã ꝓfanos iperitos dixit q merito doctis exosi sunt. Odi mõ pñtis est tpis:aliqñ tñ pro ꝑterito ponit̃. Fauete:silete mõ.Sic .n.Ser.in.v.æne.exponit̃ubi dicit Vir.ore.f.o.&.c.t.r.ore fauete apto sermone usus est: & sacrificio:& ludis:nã in sacris taciturnitas in ludis necessarius fauorẽ:fauet aũt ore ẽt qs p taciturnitatẽ.Hora.fauete linguis. Carmina.n.p.a.m.s.Carmina ordo est:ego sacerdos musaꝝ canto uirginibus:& pueris carmina nõ prius audita a romanis.s.quis lesbius lyrica carmina añ Hora.scripserit:ut illa nõ ad plena:& exacte facta mõstraret. Cãto.ꝓmittit se carmina proditurꝫ.quo teneras ætates ad utilia instituat:qbus ad uitã beatam peruenire possent.

Regũ.t.Ordo:Imperiũ regũ timẽdoꝝ ẽ in ꝓprios greges.Imperiũ Iouis clari gigãtheo triũpho cũcta mouẽtis supcilio ẽ in ipsos reges:uñ & Vir.O pr̃ o hominũ diuũq; æterna ptãs:ut ꝑhice oñdat neminẽ hoiũ eẽ a metu imunẽ oẽq; uindicte numinũ subiacere. Cũcta su.mo.Virg.Annuit & totũ nutu tremefecit olympũ.

¶POR. Odi.p.u.& ar.indoctos detestat̃.Hæc aũt ode multipliciter per uarios deducta est sensus. Odi.p. prophanũ allegoricos indoctos dicit certe.ꝓphani ꝓprie dñr sacris nõ initiati:ergo quasi musaꝝ.ꝓphanos dixit. Fauete linguis:hic mos in sacrificiis usurpat̃:& significat bona oia hẽe qđ opportune hic poeta intulit q & ꝓphanos ꝓdicendo:& musaꝝ sacerdotes subiiciẽdo sacroꝝ meminerat. Virginibus.p.c.dicit se carmẽ proditurꝫ quod teneras ætates instituat qbus ad beatã uitã peruenire possint. Regum.t.in.p.g. zeugma est:& hic imperiũ:ut ad superiorẽ sensum referamus:quia totũ tale est.Regũ timendorũ in ꝓprios greges imperiũ ẽst: & p hoc oñdit neminẽ hominũ a metu mortis imunem esse:ac p hoc:& infimos:& maximos iisdem conditionibus subiectos esse. Carmina non prius audita.Romanis unq; non prius audita:quãuis liuius lyrica ante Horatium scripserit:sed uidetur illa non græcorum lege ad lyricum characterem exacta.

¶CHRI. Odi.p.u.& ar.Aegregiũ atq; artificiosissimi huius tertii libri principiũ:& quod ꝓhœmii uim maximã obtineat.Nam maximã captat attentionẽ:cum dicat se non prius cantata carmina cantaturꝫ.Maximã inde beniuolentiã:cum ꝓbeat se auctorẽ rerum nõ prius auditarũ:& earũ quæ pueros puellasq; deceant cum deniq; arceat indoctũ uulgus.Sunt deniq; quæcunq; hic describit ꝓcepta ad uitam beatã summopere spectãtia.Nam ostẽdit neq; in imperio neq; in diuitiis illam consistere:sed in animi tranquillitate.Quæ sñia a teneris annis pueris puellisq; ꝑsuadenda sit. Odi prophanum:hoc nomẽ non simplicem notionẽ habet.Nam cum is prophanus sit q procul a fano iure haberi poss&:dicit̃ prophanus q sacris nõ est initiatus.Ille.n. ea ratione procul a fano est.Virgi.Procul o procul este prophani Cõclamat uates:totoq; absistite luco.Est itidem id procul a fano:quod impiũ aut scælestũ sit:& aduersum omni religioni.Statius. Fraternas acies alternaq; bella prophanis.Decertata odis.Ergo cũ carmina tanq̃ poeta ꝓmittat: ostẽdit sacra esse musarũ quaꝝ poetæ sacerdotes sint.His aũt sacris soli docti initiati sunt:ergo uulgus quia idoctũ est prophanũ erit.Vel dicito simpliciter.ꝓphanũ scælestũ:quia q inscitia abundat:eos grauissimo omniũ phoꝝ testimonio uitiosos esse necesse est. Et arceo:remoueo a sacris:quia prophanum:& quia impium. Fauete lin.cantate mecum ait Acron. Vel attendite cũ silentio:ut alibi iam demonstratũ est.Nam indicebat̃ silentium:ne malum omẽ intercederet. Audita.s.a latinis. Sacerdos:nam nisi musarũ sacerdos sit:non erit bonus poeta. Virginibus.p.q.c.Nã tenera ætas a primo uitæ initio his præceptis informanda ẽ. Regum.t.sñia est quod reges quidem timent̃ ab his qui sub regno sunt.Sed & ipsi nõ carent metu:nam sub imperio sunt deoꝝ.Ergo stultissima est cupiditas regnandi:si credũt non esse imperium supra se. Clari.gi.triump.Ergo nõ est ab hominibus contemnendum imperium Iouis qñ quidem potuit imanissimos gigantes superare. Supercilio:cilia oculoꝝ tegumenta sunt dicta:q cillere cõmouere sit.Supcilia uero infima pars frontis pilis uestita q̃ ciliis ꝓminet:q cũ cõmouentur seueritatem præferũt.Vnde in hoc loco supercilium Iouis pro ipsius maiestate aut seueritate posuit.

¶ANT. Est ut.u.u.Ordo talis erit. Est ut uir latius uiro ordinet arbusta sulcis hoc est accidit:ut alius alio plura in agricultura possideat.Varia:qppe hic hoium ministeria narrat:uariasq; fortunas. Alius.n.agricola alio ditior est.Alius generosus cum ignobili:sed bono uiro contendit de magĩatu. Illiq; turba clientiũ maior est. Tñ mors oĩb⁹ æqua est.Vnde summos:& infimos attrahit. Arbusta:arbores dicunt̃ uitibus cõnexæ.item loca arboribus ac uitibus cõsita. In campũ.s.martium tpe cõmitiorum. Petitor.s.magĩatus:alicuius. Contendat.s.cũ illo generosiore. Illi.s.ditiori alicui.Aliqs .n.genere.Aliquis uirtute.Aliquis gaza pollebat. Necessitas.i.ipsa mors. Omne nomen:& insignũ:& infimorũ. Vrna:dicũt.n.sorte quadã mori hoies. Districtus ensis.Ordo est.Siculæ dapes nõ elaborabunt dulcem saporem illi.cui super impia ceruice pendet distri

Est ut uiro uir latius ordinet
Arbusta sulcis.hic generosior
Descendat in campum petitor.
Moribus hic/meliorq; fama
Contendat/illi turba clientium
Sit maior/æqua lege necessitas
Sortitur insignes/& imos
Omne capax mouet urna nomen.
Districtus ensis/cui super impia
Ceruice pendet/non siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem.
Non auium/citharæq; cantus

Somnũ reducent/somnus agrestium
Lenis uirorum/nõ humiles domos
Fastidit umbrosamq; ripam
Non zephyris agitata tempe.
Desiderantem quod satis est/neq;
Tumultuosum sollicitat mare:
Nec sæuus arcturi cadentis
Impetus/aut orientis hædi:
Non/uerberatæ grandine uineæ
Fundusq; mẽdax/arbore nũc aquas
Culpantæ/nũc torrentia agros
Sidera/nũc hyemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altum molibus/huc freqs
Cementa demittit redemptor
Cum famulis/dominusq; terræ
Fastidiosus/sed timor & minæ
Scandũt eodẽ quo dominus/neq;
Decedit ærata triremi/&
Post equitem sedet atra cura.

ctus ensis. Districtus ensis. Allusio est ad exemplum illud Dionysii syracusanoꝝ tyrãni. Nã quũ quidã ex eius assentatorib⁹ Democles cõmemoraret in sermone copias eius. Maiestatem Dñatus: reꝝ abũdantiam: magnificentiã ædiũ regiaꝝ: negaret q̃ unq̃ beatiorem queq̃ fuisse: Vis igit' iq̃ o Democle: qñ hæc te uita delectat: ipse eandẽ degustare: & fortunã expiri meam: Quũ se ille cupe dixisset: Collocari iussit hoiem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo magnificis opibus pictoi Abacosq; q̃ plures ornauit argento auroq; cælato. Tũ ad mensam eximia forma pueros delectos iussit cõsistere eosq; ad nutũ illius itueutis esse aderant ungẽta coronæ icendebant' odores: Mẽse cõquisitissimis epulis extruebãt'. Fortunatus sibi Democles uidebat' i hoc medio apparatu fulgẽtẽ gladiũ e lacunari seta equina appẽsum demitti iussit ut ipẽderet illius beati ceruicib⁹ itaq; nec pulchros illos admistratores aspiciebat nec plenũ artis argẽtũ: nec manũ porrigebat i mẽsã iã ipse defluebãt coronæ. Dẽiq; exorauit tyrãnũ ut abire liceret: q̃ iã btũs nollet eẽ: Satis ne uidet' declarasse Dionysius nihil eẽ ei beatũ: cui sp aliqs terror ipẽdeat: hæc oĩa ex libr. ultio tusc. qõnũ Cicerõis. dionisii ensis augusti somn⁹

Impia cer. i. crudeli & tyrãnica: q̃lis fuit Dionysius. Siculæ dapes q̃ amplissime paratæ fuerũt Democli. Nõ auiũ. &c. Trãqllus de augusto scribit q̃ nõ amplius septẽ horas do[r]miebat: ac ne eas qdẽ cõtinuas sed ut illo tpis spacio ter aut quater expgisceret' si iterruptũ somnũ recupare ut eueuit ñ poterat: lectoribus aut fabulatorib⁹ accersitis resumebat pducebatq; ultra primã sæpe lucẽ. Cui tñ timor iminet nullo pacto sõnus reducit'.

Tempe: loca amœnissima sunt in thessalia p q̃ labit' peneus fluuius: de qbus late suplus. Desiderãtẽ: oñdit mediocritate gaudẽtẽ carere anxietate timore: & cura. Arcturi cadẽtis. Arcturus stella ẽ quæ ursæ cauda iterptat'. Plau. i rudẽte itroducit arcturũ sic loq icrepui hibernũ: & fluctus moui maritimos. nã Arcturus signũ sum oĩum acerrimũ. Væhemẽs sum exoriẽs: quũ occido uæhemẽtior: occidit ãt sæpius ut oñdit Pli. & Colu. Et nos late li. i. g. Oriẽtis hædi: hædi sũt duæ stellæ. Oriunt' ãt ut scribit Columel. li. xii. quito cal. octo. fauonius flat nõnunq̃ auster ẽ cũ pluuia. Oriunt' item pridie nonas octo. Pli. li. xyiii. scri. hædos oriri. iii. kal. oct. hoꝝ exortus tẽpestates iducũt ut idẽ inqt li. ii. Manilius quoq; li. i. inqt. Tũ subeũt hædi claudẽtes sidere pontũ. Mẽdax: nõ. n. fructus pduxerat uti debebat. Torrentia: desiccantia. Contracta: ostẽdit cupidos nõ cõtentos ædificiis terrestribus ẽt i mari ædificare: quo etiã curæ accedunt: nisi reliq̃rint penitus ifinitã habẽdi sitim. Cæmẽta: a cedẽdo cæsuræ lapidũ dicunt': sunt q dicãt Cæmẽta eẽ ipsa fundamẽta uel res ipas necessarias ad fabricã. Cæmẽta lapides: nõ magni modi: qbus ædificia cõsurgũt: ut inqt Nonius. Freqns redẽptor: ordo ẽ. freqns redẽptor & dñs fastidiosus terræ cũ famulis &c. Arctur⁹ Hædi stellæ Cæmẽta

Frequẽs redẽptor. i. architectus aliqs & susceptor fabricæ: is. n. a prio emptore ur' redimere quũ aliquid ædificandum conducit. Fastidiosus: erat. n. fastidio sibi in terra tñ habere ptoria & ædificia. nisi in mari quoq; habuisset. Potes ẽt dicere fastidiosus timor: supiori tñ melius iungitur. Sed timor & minæ. ode ẽt in superiori. xyi. ait patriæ qs exul se quoq; fugit. Scandit æratas uitiosa naues: Cura nec turmas equitum relinquit ocior ceruis & agente nimbos ocyor euro. Post eqtem. i. post eius terga in clunibuse qui.

¶ACR. Latius or. digerat in ordinẽ uineaꝝ satorẽ dicit. Hic gene. descẽ. in cãpo. n. martio comitia erãt. p. r. & ibi descẽdebãt. q honorẽ petere uoluissent. Cõtẽdat: nõnulli ãt distiguũt ut hic melior fama & moribus ptẽdat cũ supradicto. s. q generosior petitor descẽdit in cãpũ: põt ãt & sic dici: hic ptẽdat. i. uiuat melior fama & moribus: ut oñdat uarios actus hoĩum una necessitate pire. Necessitas. i. mors: & p hoc ostẽdit studia qdẽ diuersa eẽ hoibus ad moꝝ & honorũ gradus: conditionẽ tñ mortalitatis unã eẽ. Omne. c. m. u. n. aut qa in urna hoĩum noia: q honores petebant: mitti consueuerãt: ut q sorte egressi fuissent de ipsis iudicaret': aut sm opinionẽ illã uulgarẽ: qua affirmabãt sorte singulos ab orco ad mortẽ trahi: ut est & uana uersat i urna. Mouet: autem est uoluit ad sortiendũ fatum. Cui sup: desuper ut ligna super foco: & per allegoriam significat nemimẽ delitiose & libenter uiuere sub metu: & sumpsit exẽplũ a Dionysio syculoꝝ tyranno magnæ sæuitiæ: cuius dum potẽtia & copiæ a diogene quodam philosopho laudarent': quod ad luxum ei cuncta suppeterent rogato eodem pño ad prãdium: districtũ gladium super ipsum tyrãnus a culmine iussit ligatum seta pendere: quo metu perculsus philosophus regalibus & apparatis copiis uti non potuit. Tunc Dionysius timenti respondit: hoc modo tyrãnos uiuere & inter sũmos apparatus iminẽtibus urgeri periculis. Nõ auiũ cytharæq; cantus: pp illos syculoꝝ reges: qui aut pro sollicitudine aut pro delitiis sine auium cantu & sine cytharæ sono dormire non poterãt. Sõnus agrestium lenis. n. altus quo rustici aut lassitudine laboris utunt': aut animi securitate. Vir. At secura quies: & ordo ẽ: lenis somnus agrestiũ uirorũ nõ fastidit humiles domos & umbrosam ripam: & non fastidit desiderantẽ quod satis. Tẽpe. loca nemorosa & amœna ruris. Quod satis est quod sufficit ad uictũ cultũq; agri non ad ambitũ diuitiaꝝ: hic aũt cõuertenda est oratio ut tumultuosum mare: & sæuus impetus cadentis arcturi: aut orientis hædi non sollicitet sõnum & cætera similia. Aut hædi cadentis & orientis: qui aut in ortu aut in occasu faciunt tempestates ut præterea tam sunt arcturi sydera

ra nobis. Hædorũq.d.s.&.l.a.& alibi.Pluuialibus hædis. Fũdusq mendax:qa agricolæ spẽ nil ferẽdo decepit:ordo est:& nõ sollicitat fundus mẽdax.arbore culpante nũc aquas nũc sydera torrẽtia nũc agros nũc iniquas.i.nimias & graues hyemes. Arbore q̃ florũ ubertatẽ nõ proferat ad fructũ pomoꝝ:ut Virg.cum de fructifero loquit᷑.Quotq in flore nouo pomis se fertilis arbos Induerat: totidem autumno matura tenebat.

Contracta pisces æquora sentiunt:bene dixit pisces non belluas:ut augeret breuitatẽ angustiati maris:quã exiguitas tanta sentiret. Iactis in altũ molibus:uerbo ipo usus est fabricantium:ulaci.n.in mare moles dicunt᷑ quotiens excludit᷑ aqua. Cæmenta:fundamẽta ubi ædificium cõsistit. Redemptor:fabricæ susceptor:aut certe qui redimat terras cum famulis & easdem fastidit maria struens:ordo est:frequens redemptor & dñs fastidiosus terræ cum famulis dimittit huc cæmẽta. Sed timor &.m.scandũt eodẽ:ad illa rettulit quæ beatam uitam adimãt oñdens nec mari nec terra quenq̃ posse auaritiæ aut ai sui uitia effugere. Post eqtem sedet atra cura.i.quocũq ierit auarus:siue in mare:siue in aera:siue p terrã semp illum sequit᷑ atra cura.

CPOR. Est ut.u.u.l.o.ar.s.&c.p hoc ostẽdit studia quidẽ & gradus bonoꝝ & mores diuersa eẽ hoibus.Cõditionẽ tñ mortalitatis unam esse. Hic generosior.d.in.c.p.campum magistratuum petendoꝝ locum significat. Aequa.l.n.necessitatẽ mortẽ dixit qa necesse sit mori. Omne.c.m.ur.n.hæc secũdum illam opinionẽ uulgarem dicunt᷑:qua affirmat᷑ sorte ductus ad mortẽ ab orcho trahi. Districtus en.c.s.i.c.p.p allegoriam significat neminem libenter posse uiuere sub metu:& sumpsit exẽplum diogenis:super quem Dionysius siciliæ tyrãnus seta gladium suspẽdit:antepositis epulis q̃amplissimis & cæteris:quæ ad uoluptatem aios aduocare possunt:per quẽ ostendit similiter regiam uitam splẽdore reꝝ suarum uti non posse,quia semp insidiarum metu suspecta sit. Non auium cytharæq cantus somnum reducet:hoc ideo dixit:qm̃ quidam regum siculoꝝ p nimias delitias ad cytharæ & ad auium cãtum dormiebãt. Somnus agrestium lenis uiroꝝ uõ humilis domos fastidit.Ordo est:nõ fastidit humiles domos:& ideo humilis a nõ particula subdistinguẽdum.

Dolentẽ uinci. Nam iniquo aio fert uinci uir fortis. Hydra ignorantiam allegorice nonnulli interpretatur: q̃ igne. i. ingenii feruore interimiť. Eusebius autẽ de tpibus ubi de ægeo pandionis filio mentionẽ facit: refert auctore Platone: hydrã calidissimum sophistam fuisse. Ergo ut placuit Collucio salutato conciui nostro Hercules. i. doctus phs ad hydrã accedit: nã cum per dialecticã rõnem uerũ inueniri posse existimet: & illam duplicem aiaduerterat: ut altera ueris rõnibus agat: altera q̃ sophistica diciť falsis putat sophisticã tollẽdam: & cũ in ea uno capite sublato plura nascanť: quia ex uno errore plures subsequunť: tem igni. i. ingenii uehementia conficit. Colchi: profectus est ad uellus aureũ diripiendũ Iason. Veq̧ cũ auxilio Medeæ & tauros ignem euomentes domuisset: & serpentẽ aurei uelleris custodẽ luci draconem iteremisset: fuit illi & terra tauris excolẽda & in ipsa arata terra dẽtes serendi: ex qbus singulis singuli equites armati subito ex sulcis erũpebãt. Ergo ex uno monstro plura nata sunt. Echioniæue thebe. Vrbẽ thebanã condimrus Cadmus ad ꝓpinquũ fontẽ comites aquatũ misit. Sed illi oẽs a serpẽte illic marti sacro cæsi sũt. Interfecit serpẽtẽ Cadmus: & cũ de reparatione socioꝝ oraculũ cõsuleret: iussus est serere dẽtes serpẽtinos: & ex iis nati sunt armati eqtes q subito tumultu mutuis uulneribꝰ ceciderũt: exceptis qnq̧ q illi cõites ad urbẽ cõdẽdã fuerũt iter quos fuit Echion: qui Agauẽ unã ex filiabus cadmi uxorẽ duxit: ex eaq̧ pentheũ suscepit: a matre deide & materteris laniatus: cum sacra bacchi fieri ꝓhiberet. Ergo ut ad poetæ orõnẽ redeã: nõ tm̃ ilex & hydra & duo serpẽtes pullularũt quãtũ troiana gens. Merses: subaudi si: ut Iuue. Græculus exuriẽs in cœlũ iusseris ibit. i. si iusseris. Ergo si. i. quis merses. i. frequẽter mergas & obruas profundo: tñ emerget. Pulchrior. i. fortior: sic Virg. Satus hercule pulchro Pulcher auẽtinus. Luctere: ꝓ lucteris. i. si ẽt lucteris & pugues: ipse ꝓruet te uictorem. i. q antea uiceris.

Integrũ: cui nõ sit exercitus iminutus: & de se loqť. Cũ laude. Quia ita ꝓruet ut laudẽ mereať. Cõiugibus: qa dolebũt maritos aut seruos eẽ cæsos. Supbos: ex uictoria ut post trebiensem: trãsimenẽsem: cannẽsemq̧ ꝯflictũ misit. Curæ sagaces. Occulte. n. oñdit ad res magnas pagẽdas opus eẽ diuino auxilio: sed illud nũq̃ affuturũ: nisi sũmã solertẽq̧ curã adhibeamꝰ. Nã ut ẽ apud Sal. Nõ uotis neq̧ suppliciis muliebribus auxilia deoꝝ paranť: sed uigilãdo agẽdo & recte cõsulẽdo ꝓspere oia cedũt. Per acuta. i. per res difficillimas belli.

Ode. v. dicolos seu tetracolos tetrastrophos ad Augustum absentem.


Diuis orte bonis optime romulæ
Custos gẽtis/abes iã nimis diu:
Maturũ reditũ pollicitus patrũ
Sãcto concilio/redi
Lucem redde tuæ dux bone patriæ.
Instar ueris enim uultus ubi tuus
Adfulsit populo/gratior it dies:
Et soles melius nitent.
Vt mater iuuenẽ/quem notus inuido
Flatu/carpathii trans maris æquora
Cunctantem spacio longius anno
Dulci detinent a domo:
Votis/omnibusq̧/& præcibus uocat:
Curuo nec faciem litore dimouet:
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit patria cæsarem.

¶Argumentum. ODES. V.

¶ANT. Absentẽ ab urbe augustũ ad reditũ exhortať: cũcta eteni ipm optabãt: cũ ꝓferti iã oia bella qeuissent: & pax ubiq̧ nec timẽda regio ulla romanis eẽt iã cũctis pene subactis eũ postea uti deũ coli ab oibus scribit qd' qdẽ ex historia sũpsimus Sue. ait ꝓuinciaꝝ plærasq̧ sup tẽpla & aras ludos quoq̧ qnquẽnales pene oppidatim augusto ꝯstituisse.

Diuis orte. ode ẽ similis sextæ. Est ãt ordo: o optie Romule orte bonis diuis &c. Est. n. augustus ortus ab ænea Romulo & Iulio cæsare p adoptionẽ: nam re uera filius fuit Acciæ filiæ iuliæ sororis cæsaris. Optie romule. i. auguste: qdã. n. censuerũt augustũ romulũ appellari oportere: qsi & ipm cõditorẽ urbis: legito Trãqllũ latius: & Lu. florũ in fine. Gentis. totius. s. Pollicitus: id p litteras actũ esse intelligamus: aut p oratores. Vt mater iuuenẽ: ordo est: ut mater & uotis oibus & præcibus uocat iuuenẽ cunctantẽ longius ãno spacio: quẽ notus liuido. i. odioso flatu trãs æquora carpathii maris detinet uel destinat. i. diuidit a dulci domo. Carpathii maris: id mare tẽdit usq̧ rhodũ cretãq̧ ac cyprũ: ut Strabo docet li. iii. Tutus bos: ostẽdit p cæsarem augu. oia tuta eẽ: & crimina cuncta fugata. Florus. n. scrib. φ augustus clauso iani templo cõuersus ad pacẽ: primũ in oia mala & i luxuriã fluẽs sæculũ grauibus seuerisq̧ regibꝰ coercuit. Faustitas: fœlicitas uel iucũditas. Culpari metu it fides: oẽs iã fidi sũt. Mos & lex: mos est istitutũ patrũ p

Tutus bos etenim rura perambulat.
Nutrit rura ceres/almaq; faustitas.
Pacatum uolitant per mare nauitæ.
Culpari metuit fides.
Nullis polluit̃ casta domus stupris.
Mos/& lex maculosũ edomuit nefas.
Laudantur simili prole puerperæ.
Culpam pœna premit comes.
Quis pthũ paueat̃/qs gelidũ scythẽ̃
Quis germãia quos horrida pturit:
Fœtus incolumi cæsarẽ/qs feræ
Bellum curet iberiæ̃
Condit quisq; diem collibus i suis:
Et uitem uiduas ducit ad arbores:
Hinc ad uina redit lætus/& alteris
Te mensis adhibet deum.
Te multa prece/te prosequitur mero
Diffuso pateris/& larib⁹ tuum
Miscet numem/uti græcia castoris
Et magni memor herculis.
Longas o utinam dux bone ferias
Prestes hesperiæ/dicimus integro
Sicci mane die/dicimus uuidi
Cum sol oceano subest.

tinens maxime ad religionẽ cærimoniasq; deo℞ antiqnotũ: ut f: stus ait quod idem Macro.li.iii.Lexẽ recta ratio in iuben/do:& uetando:ut scribit Tul.libr.i. de legibus Maculosum ne/fas.i.stupra & adultera.nam eam lgem tangit quam de adulteriis coercẽdis sanxit:ea erat lex iulia. Vnde Trãquillus de augusto ita scribit:Leges retractauit & quasdã ex integro sanxit: ut sumptuar iã: & de adulteriis:& de pudicitia:de ambitu:& de maritandis ordinibus. De lege autem iulia latius legito in Iuuenalis satyra.ii.ibi.s.ubi nunc lex iulia dormis. Simili prole:non.n.nothi non spurii generant̃:ue℞ legitimi & genitoribus similes. Quis parthũ:per augustũ deuictas prouĩcias enumerat. Condit:diẽ abscondit solẽ & finit diem colẽdo agros: id aũt pacem ubiq; esse indicat. Alteris mensis.i.secũdis: q̃ in deo℞ honorem exhibeant̃:unde poeta li.i.æneĩ. ait de didone: Postq̃ prima quies epulis mensæq; remotæ Crateras magnos statuunt & uina coronãt.Hic regina grauem gẽmis auroq; poposcit Impleuitq; mero pateram:& postea iuppiter hospitibus nam te dare iura loquũtur.Hũc lætũ tiriisq; diem &c.Valerius aũt li.ii.scribit primos ionas:secundæ mensæ ponẽdæ consuetudinem repetisse:at Macro.li.ii.saty.docet bellaria significare omne secũdæ mẽsæ genus.Nã quæ πεμματα græci uel τραγήματα dixerunt:ea ueteres nostri appellauere bellaria:uina quoq; dulciora est inenire in comœdiis antiquioribus: hoc uocabulo dictaq; ea liberi bellaria. Laribus.i.penatibus colebantur.n.in domo lares:hinc Naso.li.i.tristium de uxore inquit.Illa sed ante lares sparsis prostrata capillis. Contigit ex tinctos ore tremente focos:sunt ẽt lares urbiũ custodes: de quibus idẽ li.v.fast.ait.Stant quoq; pro nobis & præsunt mœnibus urbis. Et sunt præsentes auxiliũq; ferunt.De laribus tñ latius Epodo secunda uideto. Castoris:ode tertia &. xii.lib.i.de castore & polluce dictũ est.Herculis. Athenienses græco℞ primi ut deũ sacrificiis herculem coluerunt:suæq; pietatis erga illum deum exemplum reliquis præbentes:uniuersam primum græciam deinde cæteras oẽs gentes ad eius cultum conuertere scribit ea Dio.li.v. Longas o utinã:ordo est. Sicci mane:integro die dicimus o utinam bone dux uel o bone dux utinam præstes hesperiæ longas ferias: huuidi cum sol oceano subest dicimus o bone dux utinam &c. Ferias:solebant induci feriæ ab imperatoribus pp uictoriam:poeta igitur illas fore longas exoptat. Ferias:ut scribit pompeius antiq festa uocabãt:& aliæ erãt sine die festo ut saturnalia.De feriis autem plurima legito in macr.de uarietate dierum libr.i.saty. Sicci ieiuni:sobrii. Huuidi:uinosi.

¶ACR. Diuis orte:de augusto scribit̃ qui in transmarinis partibus diu resides senatus ac populi pcibus legatione missa reditũ suum promittens imorabatur. Romulæ:p romuleæ. Diuis orte: ut diis genitæ & geniture deos. Custos gentis.i.romanæ. Lucẽ redde:plus dixit q̃ salutẽ.Si quidem lux pro salute poni cõsueuit ut O lux dardaniæ spes o sanctissima teucrũ. Instar ueris:p similitudine ueris qa lux dixerat superius:iõ cõpatatione uerni temporis posuit. Vt mater iuuenẽ:ita patriã augusti desiderare psentiam:sicut a matre reditus absentis filii cõsueuit:ordo est:ut mater uocat eum oibus uotis & pcibus iuuenẽ cõstantẽ trãs æquora carpathii maris quẽ notus inuido flatu destinet a dulci domo lõgius anni spatio. Votisq; o tanq̃ uota pro reditu faceret:& oia aduersa timeret. Curuo nec.f.ut affectũ desiderãtis oñderet eas ptes sollicite dixit attendita qbus sperat reuerti. Sic desideriis:tanq̃ patria desiderio augusti pcuteret̃:dũ pro eius salute esset sollicita. Tutus bos &.e.uirtute dicit & dispõne cæsaris pstitã agris quietẽ ut ille meas errare boues ut cernis & ipm Ludere q̃ uellẽ calamo pmisit agresti. Almaq; faustitas: noua fœlicitas dicta. Pacatũ.u.p.m.n.cõpressi.n.ab eo fuerãt pyratæ. Culpari.m.f.tanq̃ cuius tpe nec creditũ nec depositũ negaret̃. Casta pudica:ut Casta pudicitiã seruet domus. Mos & lex.m.e.n.legẽ significat quã de coercendis adulteriis sanxit. Laudant̃.s.p.p.tanq̃ abesse matrimonio culpa plis parẽtũ similitudie demõstraret:ut Si qs mihi paruulus aula Luderet æneas:q te tñ ore referret. Culpam pœ.c.comes inqt culpæ pœna ẽ:nec differẽdo uindictã pstat peccãdi licentiã. Quis.p.p.nullas gẽtes dicit incolumi cæsare formidare. Feræ:indomitæ & bellicosæ hispania℞ gẽtes. Cõdit.q.d.c.finit explet.Virg. Cantando lõgos memini me cõdere soles.& uitẽ uiduas ducit ad arbores:bñficio augusti p hostiũ pstitã utilitatẽ agro℞ cultu crescere:uiduas uero arbores sine uitibus dixit. Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos. Hinc ad.u.r.a labore ad cõuiuia. Et.a.t.m.a.d. secũdæ mensæ dicebant̃ q̃ in honorẽ deo℞ exhiberi consueuerãt:ut non ego te diis & mẽsis accepta secũdis trãsierim rhodia. exhiberi ergo & augusto significat honorẽ deo℞ per easdẽ celebritates. Vti græcia.Sic a romanis pmittit augustũ diis penatib⁹ sociãdũ:sicut a græcis Hercules Castor & pollux:quos & ciuica animi familiaritas cõmẽdauit:aut quos labor diligi fecit & uirtus. Et.m.m.h.beneficio℞. Dux.b.s.aut pp continuationẽ uictoriarũ lõgas optauit ferias:aut abominãdo uitam prolixã. Integro:toto die. Sicci:ieiuni. Vuidi:plenit ut Vuidus

hiberna uenit de glande menalcas. Subest:subter est.i.in occasum conditus est.

¶POR. Diuis orte bonis:hæc ode ad augustū scripta est:diutius in trāsmarinis,puīciis morātē populi ac senatus legationibus missis reditum eius pcantis. Instat.n.ueris uultus ubi tuus affulsit: hoc est præsentia tuæ adinstar uernæ gratiæ exhilarant oia.Vt mater iuuenē quem notus inuido flatu carpathii trās maris æquora cunctātem spacio longius annuo.Dulci destinet a domo notisq; oibus & precibus uocat:ordo est:ut mater uocat iuuenem cunctantem spacio longius annuo:uotis oibus & precibus. Cunctantem:aūt demorantem significat ut est apud Virgilium. Reginā thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant.

Sic desideriis icta fidelibus quærit patria cæsarem.Icta participialiter dicitur,& significat percussa. Nutrit rura ceres almaq; faustitas:ad notādū nomē faustitas sic dictū:quasi fœlicitas aut iucūditas. Mos & lex maculosum edomuit nefas:elegāter uidet eam legem signare:quā de adulteriis coercēdis faxit. Culpā pœ. p. comes:comite comes inquit pœnæ suæ.i.nō differt pœnā suam delinquētibus:p hoc significat igenerose nihil aut negligenter fieri. Et uitē uiduas ducit ad arbores:suauiter & uiduas arbores dixit priusq̄ uites adiunctas habeant q eum habent maritari dicūtur rusticis. Et alteris te mēsibus adhibet deum.i.secundis. Et .m.m.h.memor beneficiorum eius dicimus. Vuidi.i.poti ac madidi.

¶CHRI. Diuis orte bonis.Maxime laudes augusti in hac ode exprimunt:cū tāto desiderio populū ex illi⁹ absentia affici oñdat.Quod nūq̄ esset nisi sua multa maxiaq; merita in patriā extarēt. Miserat senatus populusq; ro.legationes ad augustū in trāsmarinis ptibus diutius īmorātē:ut q̄primū reuerteret supplicātes.Verū cū diutius opiniōe moraret:scripsit ad eū poeta. Orte diuis pp ænea romulū & cæsarem q in gēte iulia dii fuerūt. Bonis:propitiis & fauētibus. Gentis romulæ:p romulæ fm Acronem.Ego autem puto uocatiui casus esse:ut appellet eū romulū.Nā ut supra ostēdimus a triplici ordine tribus est donatus noibus:ut cæsar ut romulus & quirinus:aut augustus uocaret.Erit ergo o optime romulæ custos gentis.i. humani generis qa impator eēt romani imperii. Maturū:celerē. Redde lucē.Nā tua p̄sentia oia fœlicia sunt.Sic per cōtrarium in superioribus dixit tenebris fugatis. Instar ueris.Instar.n.indeclinabile est:& sine præpositione ponitur. Videtur aūt non formam demōstrare:sed quātitatem.Hinc Vir.Instar mōtis equū di.p.ar.ædificāt:nō .n.formā mōtis:sed magnitudinē equū habuisse demōstrat:Cic.de of.Idq; si accedat mortis instar putemus. Ergo est poetæ snia:q; augusti uultus tm̄ splēdoris afferat quantū affert uer in anno: Veluti dicat q absente augusto fuerit hiēs:in qua oia tenebræ sūt reuertēte aūt illo redeat uer: in quo & dies gratior ē: & soles mollius ridēt.s.q̄ cū abest. Vt mater:nō potuit efficatius exprimere amorē populi in octauianū nam maternus amor oēs affect⁹ supat:mirifice ergo octauianū amat populus. Iuuenē:ergo magis dignus amari eū sit nō puer:quæ ætas adhuc ipfecta est:nō senex qua ætate iam uitæ terminus est: sed sit in ea ætate q̄ perfecta sit.

Quem notus:nā & absentia diuturna & periculū amorē augere uident. Præcib⁹ & uotis .Nā præcat deos & uota concipit:& cupidā uidendi nō dimouet oculos a littore quo appulsurus est:cōpone uerba patria icta fidelibus desideriis sic quærit cæsarem:ut mater uocat iuuenē quē notus destinet cunctantē. Tutus.n.bos oñdit eām tanti amoris esse q terra mariq; oia cæsaris uirtute pacata sunt. Nutrit rura : dat uim terræ qua fruges fertilescant. Faustitas:ab eo q est faustus:parum autem tritum est. Alma:pro sancta ueneranda q; accipitur:cæterū ab alendo uerbum deriuatur.Quapropter utplurimū hoc epitheton his rebus dat:unde nobis ad uitā degendā auxilia sint:sic cererē:sic uenerē:sic diem almam dicimus. Mos & lex.i.consuetudo q̄ a lege puenit.Fuerat.n.lex iulia de qua Iuue. Vbi nunc lex iulia dormis:quā augu.de coercendis adulteriis:tulerat. Laudant.s.p.p.laudant puerperæ prolem similem patri. Nā q edat filium patri similē castitatis signū est. Puerpera partu leuatā significat:nam fœta & q̄ peperit & q̄ prægnās est iure dicit.Laudat ergo & q pacem tranquillitatemq; peperit:pp quā rura optime culta fertilē ferūt annonā. Laudauit q optimus legibus rem ministrat:Laudat nūc q nō solū bella cessant:uerū ēt q ois belli metus remotus sit.Nam & parthos:scythas & germanos & hispanos ita coercuerat:ut nihil inde timēdū sit. Hiberiæ: hispaniæ a flumine hibero.

Condit:finit.Vir.Cantando longos memini me condere soles. Diem.uitam:nam cessante bello non coguntur in longinquas expeditiones proficisci. Alteris.i.secundis.Duas.n.mensas adhibebāt antiqui : primam carnibus similibusq; rebus dabant.Secūdam uero pomis: Appellabantq; has secūdas mēsas bellaria. Et qa tunc optima uina dabant.Appellabant uina preciosa bellaria bacchi.Virg.Non ego te mensis & diis accepta secūdis Trāsierī rhodia. Te deū.Nā uiuēti adhuc Octauiāo diuini honores istituti sūt.Vn̄ alibi. Præsentiq; tibi maturos largimur honores. Et laribus:de qbus dictū est. Ergo ut græcia obscuros & herculē iter lares deos enumerat:sic nos te. Ferias.i.dies.festos quos pro ociosa pace ponit. Nā de feriis dictū est. Sicci: sobrii:cum nondum biberimus. Integro:nam integer est in primo die:nam quia nondum consumi cœptus est. Vuidi.i.madidi:idest bene poti & opponitur sicco.

Ode.vi.dicolos tetrastrophos de laudibus apollinis.

Diue quē ples niobea magnę
Vidicē ligue,titiosq; raptor
Sensit,& troiæ prope uictor altæ
Phthius achilles
Cæteris maior,tibi miles impar:
Filius quamuis thetidos marinæ

¶Argumentum. ODES.VI.

¶ANT. Apollinis hymnū poeta scribit:laudat.n.illū:q nobes prolē & tition in latonæ matris ultionē peremerit: q itē achillem cæteris maiorē militibus apud troiā occiderit: commendat deindæ apollini sua lyricam:nam phœbus spiritū phœbus carminis artē: phœbus poetæ nomen dederat sibi hortat postea pueros puellasq; nobiles i apollinis & diāæ laudes sua carmina decantare.Diue quē proles niobea magnæ:niobea proles fuit niobe tātali filia:quæ filios septē totidēq; filias peperit sūmo decore præstātes: tali prole superbiens admodū gloriabatur se latonæ præferēs numero filiorū: itaq; ita motam fa/

Dardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax:
Ille mordaci uelut icta ferro
Pinus/aut impulſa cupreſſus euro
Procidit late/poſuitq; collum
Puluere teucro.
Ille non incluſus equo mineruæ
Sacra mentito male feriatos
Troas/&lætam priami choreis
Falleret aulam:
Sed palã captis grauis/heu nefas heu
Neſcios fari pueros achiuis
Vreret flammis/etiam latentes
Matris in aluo.
Ni tuis uictus/ueneriſq; gratæ
Vocibus diuum pater annuiſſet
Rebus æneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen thaliæ
Phœbe/qui xãtho lauis amne crines:
Dauniæ defende decus camœnæ
Leuis agyleu.

bulæ latonam ferũt apollini: ut niobes filios. Diãæ: ut filias arcu interficerent mandaſſe. Quibus matri obtemperantibus contigit eodem tpe & abundare filiis niobem & carere. Dio. ita ſcri.li.y.legito item li.yi.met. & li.ulti.iliados & apud Gel. multa. Nos etiã plurima ſat.yi.luue. Magnæ.l.i.ſuperbæ:un de li.yi.met.niobe: Quis furor auditos inquit præponere uiſis Cœleſtes/aut cur colitur latona per aras: Numen adhuc ſine thure meum eſt &c. Tirioſq; ra.de Titio uideto lib.ii.ode.xiii. item lib.iiii.ode.iii. Raptor:ſtuprator:uoluit.n.latonæ uim in ferre. Prope:fere:quaſi. Phthius achilles: ordo ẽ. Et phthius achilles prope uictor altæ troiæ miles cæteris maior tibi impar quamuis filius thethidis marinæ: poſtea ſequitur. Pugnax tremenda cuſpide quatere dardanas turres. Phthius. Strabo lib.ix.dubitat an phthia urbs an regio ſit in theſſalia: quam dicit achilli ſubiectam fuiſſe: habuiſſeq; thethidis fanũ. Pli.lib.iiii.oppidum eſſe docet. Ille procidit de achillis morte legito,ode.xy.li.i. Ille:non incluſus:ordo eſt:ille achilles non incluſus equo mentito ſacra mineruæ &c. Oſtendit autem achillẽ nõ fraude & clã:ſed apte troiãos potuiſſet opprimere niſi apollo eum occidiſſet. Equo mineruæ. Euerſionem troiæ cum ſinone ſuo & equo ligneo cæteriſq; omnibus: quæ librum ſecundum faciunt æneidos a piſandro pene ad uerbum tranſcripſit Maro inquit Macro.li.y. ſat. Male feriatos: ocioſos:& quietos:ob ligneum equum in ilion ductum ut Maro docet. Lætã choreis: de hoc late legere poteris li.ii. ænei.

Ni tuis uictus ſenſus eſt:uiuentem achillem potuiſſe troianos ad unũ interimere: ita q non ualuiſſet æneas in latium p gere:& urbis romæ conditores pducere uerum diuum pater apollinis pcibus & ueneris motus permiſit achilis interitum quo æneas romãæ urbi fundatores generatet. Ni tuis:ordo eſt:ni.diuũ pr uict⁹ tuis uocib⁹ o apollo:& gratæ ueneris ãnuiſſet reb⁹ æneæ muros ductos potiore alite. Reb⁹ æneæ:rebus datiui caſus eſt. Ductos muros:romanos muros iam ductos intelligit. Potiore alite.meliori auſpicio. Doctor argutæ thaliæ.li.i.ode autem.xxxii.diximus apollinem citharæ eiuſq; muſicæ inuentorẽ fuiſſe: thalia autem dici poteſt capacitas:ſeu cælebritas:q in longũ tps poetarũ laus paria uireſcat. Xanto amne troiæ:fluuius eſt:qui oues efficit ruffas: ut Plini.ſcribit lib.ii. ξανθοσ aũt flauus interpretatur. Lauis:antiq; dixit illi.n.lauo lauis & lauas dixerunt.

Dauniæ:uenuſinæ & apulæ. Læuis agyleu. αγυια agya uia dicitur λειοσ leuis politus: porphyrio aũt ſcribit Varronẽ dicere q ex reſpõſo oraculi in uiis publicis urbis ſuæ athenienſes ſtatutis altaribus ſacrificare apollini inſtituerunt.& agyleum appellauere. Leuis:polytus:imberbis.

ACR. Diue quem.p.hymnũ hic apollini dicit:& cõmendat carmina ſua ſæcularibus ludis qui celebrantur poſt centũ annos ſupra thyberin aut in capitolio. Quem.p.n.laus apollinis de factis: quia in uindictam matris latonæ niobẽ cũ filiis ſuis iteremit. Tytioſq;.r.qui latonæ inferre conatus eſt. Altæ:magnæ ut hoſtis hẽt muros ruit alto a culmie troia:aut p uitupationem:ut magn⁹ latro:aut altæ ſtellæ:aut temerariæ. Phthius.a.a ciuitate dictus ut Virgi. Phthiam claraſq; micenas. Tibi.m.i.ut Dardana qui paridis direxit tæla manuſq; corpus in æacide. Thetidis.m.ſubauditur deæ:ut longe illi dea mater erat. Ille.m.achilles ruens cadẽti arbori comparat. Teucro:pro teucrio:ut dardanus pro dardanius. Virgi. Et longo ſoluit ſe teucria luctu.

Ille non.i.achillem dicit nihil fraude feciſſe:ſed palam ſuper uirtutis fiducia dimicaſſe:ut nec equi caua conderetur in aluo. Luce:palam. Equo.m.Virg.inſtar montis equũ diuina palladis arte ædificant. Male.f.ut nos delubra deũ miſeri quibus ultimus eſſet ille dies feſta uelamus fronde per urbem. Fal a.aulam pro toto illo poſuit:neq;.n.ſolum regẽ fefellerunt achiui:ſed cunctos. Sed.p.c.g.aperto ſup bello achilles nõ inſidiis grauis ut non furto melior:ſed fortibus armis. Heu.n.dolenter exclamat poeta achillẽ uiuum ad internitionem interimere oẽs potuiſſe troianos:ut nec æneas profugere ad romã omine meliore condendã poſſet:nec ab eo uel infantibus parceret:qualeeſt illud crimine quo parui cædem potuere mereri. Quæ tñ in laudem cõmemorantur apollinis. Neſcios.f.fantes paruos. Matris in aluo:etiam in grauidas mulieres ſæuiendũ fuiſſe. Ni.t.hoc eſt apollinis. Rebus.æ.troianis:equorũ genere meliori alite.hoc eſt uultur: auſpicio erat roma cõdenda. Doctor ar.f.t.doctorem Apollinẽ non thaliæ muſæ.ſed artis lyricæ dixit eũq; ad ſtudium ſuũ referens. Lauis pro lauas. Xantus fluuius eſt troiæ.ut Xanthiq; fluenta deſerit:ac delõ maternam inuiſit apollo.

Dauniæ.d.dauniã a dauno rege apuliæ unde oriundus Hora.erat. Leuis:in uerbis. Agyleu:uero athenienſi lingua uici dñi:quo noie ideo apollo uocatus eſt:quia ex oraculi reſpõſo in uicis publicis urbis ſuæ ſtatutis altaribus ei ſacrificia inſtituerant:unde agyleus dictus eſt.

POR. Diue quẽ.ples niobea.m.hæc ode hymnũ apollinis ptinet qua cõmẽdat ei carmia ſua & ſimul alloquit pueros puellaſq; quos carmen ſæculare docet. Et.t.p.u.a.i.pene uictor.hoc aũt ad illud ptinet quod dr paris in achillem ſagittam apolline dirigente tetẽdiſſe. Cæteris.m.t.m.i.tibi impar achilles.ſ. Teucro puluere.ergo principali p poſſeſſiuo noie uſus eſt:ut hauriat hũc oculis ignẽ crudelis ab alto dardanus: p eo quod

eſt dardanius. Falleret.a.aulā ſine dubio pro toto illo poſitū eſt.neq.n.ſolū regē fefellerāt græci adhibitis i
ſidiisueru totū populū:Neſcios fari pueros περισσικῶς. Annuiſſet reb⁹ æneæ potiore ductos alite mu
ros.i.annuiſſet ut meliore alite hoc eſt meliore auſpicio æneas urbē conſtitueret.Qui xantho lauis amne cri/
nes.Lauis ueteres dixere & lauere non lauare ſupra oñdimus. Dauniæ:defende decus camœnæ leuis agi/
leue.dauniæ camœnæ ſuæ muſæ dicit Hor.i.ſui carminis ſi qdem daunia apulia eſt in cuius finibus natus ē.
Leuis agyleu:agyla eſt uia & græce dicitur.Varro aūt quod ex reſpōſo ſui oraculi in uiis publicis urbis ſuæ
athenienſes ſtatutis altaribus ſacrificare apollini inſtituerunt & agyleum appellauere.

¶CHRI. Diue quē proles: ſunt qui credunt in ludis ſæcularibus carmen hoc in apollinis honorē a poeta
ſcriptū ſed de ludis i ſuo loco dicet.Interim qd ſibi uelit poeta inueſtigem⁹.Laudat apollinē:& i primis a pie
tate quā in matre ulciſcēda adhibuerit. Proles.n.niobe ex tātalo phrygū rege: ut placet Euſebio nata eſt: &
amphyoni thebano nupſit:ex eo ꝗ ſm Oui.ſeptē mares totidēq fœminas pepit.Verū cū illa latonæ ſe præ
poneret apollo ſuis ſagittis oēs pemit ſed de numero filioꝝ uaria opinio eſt:nā homerus pueros puellaſq ſe
nos fuiſſe ait:euripedes.xiiii.Sapho.xviii.Pidarus.xx.Quidā alii ſcriptores tres dūtaxat. Magnæ: magnificæ
.i.ſupbæ & iactabūdæ.Vt legim⁹ uerba magnifica.i.iactātia plena.Ergo magnæ:qa magna de ſe iactabat. Vi
dicē ultorē. Proles niobea filii niobes. Tytios græcus noiatiuus. Raptor: i ſtuprator:ut & rapti ganimedis
honores.Nō aūt qa rapuerit.i.ſtuprū ītulerit:ſed qa iferre uoluerit:ſic Virg.Et gener auxiliū priamo phrigi/
buſq ferebat.Nō.n.erat gener:ſed eē cupiebat. Prope uictorinā ſi opa apollinis ſublatus fuiſſet oino troiam
expugnaſſet. Phthius:ex phthia theſſaliæ urbe.Mordaci qa paulati exeſt arborē q̄ icidit.Falleret.p fefelliſſet.
Snia ē.Achilles niſi opa tua extictus fuiſſet:nō fraudibus & īſidiis:ſed apto marte troiā expugnaſſet. Male fe
riatos.Feriati ſūt q ferias & dies feſtos celebrāt:ergo male.i.in pnicië ſuā.Nā celebrabāt eū die:i quo pitur erāt
Vir.Nos delubra deū miſeri:qbus ultimus eēt Ille dies feſta uelamus frōde p urbē.Laudat āt achillis fortitu/
dinē:ut oñdat maius in troianos Apollinis beneficiū fuiſſe.De morte āt achillis qd diō ſentiat in ſupioribus
diximus.Vt āt græci fabulāt raptus ē amore polixenæ achilles.cōuenitq cū hecuba:q illū fallebat: ut noctur
no tpe ſolus templū apollinis tymbrei intraret puellā a matre acceptutus. Vbi a paride i inſidiis poſt dei ſi/
mulachrū collocato ſagitta calcaneūq ſolus uulnerabilis in eo corpore erat trāſfodit:atq interemit adiuuā
te apolline.Hinc Vir.Phœbe graues troiæ ſemp miſerate labores Dardana qui paridis direxti tela manuſq
Corpus i æacide. Fidicē doctor.Nā & cytherā pulſas:& alios pulſare doces. Xātho.Sic Maro.Xanthiq flu/
enta Deſerit ac delon maternā inuiſit apollo. Argutæ:ſonoræ. Dauniæ:apulæ: & de ſe intelligit qui prius
ſit apud latinos lyricus. Leuis.i.imberbis.Nā leuis ſine pilis ſignificat.Vir.& ſæpe in leui quæſiſſent cornua
fronte.Agyleus ideo dicit apollo:qa athenienſes in uicis publicis urbis ſuæ ſtatutis altaribus phœbo ſacrifi/
cabant.Vici autem ab athenienſibus agylei uocantur.

Spiritū phœbus mihi/phœbus artē
Carminis/nomēq dedit poetæ.
Virginum primæ/puerique claris
Patribus orti.
Deliæ tutela deæ/fugacis
Lyncas/& ceruos cohibentis arcu:
Leſbium ſeruate pedem/meiq
Pollicis ictum:
Rite latonæ puerum canentes:
Rite creſcentem face noctilucam:
Proſperam frugum/celereq pronos
Voluere menſes.
Nupta iam dices/ego dis amicum
Sæculo feſtas referente luces
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis horati.

¶ANT. Virginū primæ.Ordo ē:o priæ uirginū:& pueri or/
ti claris pribus:appoſitio tutela deliæ deæ arcu cohibētis fuga
ces lyncas & ceruos &c. Leſbiū pedē.i.lyricū carmē hortat.n.
illos cātare ſuū carmē in apollinis & dianæ laudes. Face lu/
mine. Noctilucā lunā:quaſi nocte lucētem. Proſperā frugū:
luna.n.nocturno tēperamento maturādis frugibus moderat
ut ēt Macro.edocet. Celeremq pronos uoluere mēſes. Tēpo
ra duoꝝ tempoꝝ ſunt:unū annale qd ſol circuitu ſuo finit. Al
teꝝ mēſtruū:qd luna circūiens cōpræhēdit:id Varro ſcribit li.
i.de re ruſt.Cic.aūt in lib.de na.de.ait ꝙ lunæ curſus qa menſe
ſpacia cōficiunt mēſes noiantur. Nupta iā.i. poſtq̄ nupta eris:
nam uirgines græce & latinæ carmia & pæanas canebāt. Sæ
culo.f.r.luces de ſæculari carmie & laudis ſæcularibus lati⁹ ui
deto poſt carmen epodon in carmine ſæculari.

¶ACR. Virginū primæ.p.q.c. Puellas alloqt qbus dianæ
carmē lyrico ſono cātari ꝯſueuerat i rithmū opis ſui i canēdo
cuſtodiāt. Leſbiū:alcæi lyrici poetæ q leſbius fuit. Meiq.p.i.
modulationē lyrici carminis ueluti ipſe lyrā percutiā. Rite.l.p.
ſolēni conſuetudine. Face.n.eodem.n.& dianæ:honori cēle/
batur.Vnde & diana luciferæ nomē accepit. Proſperam.f. ro
re nocturno nutrientē:ut quantū lōgis carpēt armēta diebus.
Exiguam tm̄ gelida ſe nocte reponet. Celereq pronos.u.m.
quia ita tempora per lunæ curſum ſicut ſolis peraguntur: ſed
circa lunam proprie menſes dixit:ſic.n.ſingulis menſibus zodiacum circulum luna pertranſit: quemadmo
dum ſol toto anno. Volueret menſes:quia conditionem mortalitatis temporibus anni comparauerat ne
crederentur & homines renaſci:tempora immutationes elementorum ſiue temporum reparari dixit.Con/
ditionem uero mortalitatis:ut communem nobis & omnibus ita irreparabilem. Nupta iam.d. loquendo
ad unam de omnibus dicit: dum fueritis nuptæ dicetis. Amicum: amabile. Reddidi.c. non difficulter
Homerus carmen reddidiſſe ſe refert uel cecinīſſe.

¶POR. Virginū.p.p.c.p.o.d.t.d.fugacis.i.q eſtis tutela deliæ deæ:hoc ē σχῆμα ἐφεξῆς. Leſbiū ſer/
uate pedē.i.alcæi lyrici po.tæ qui leſbius fuit meiq pollicis ictum.i.modulationem lyrici carminis:& ſuaui/
ter hoc dicitur quaſi ipſam lyram pcutiat. Rite.l.p.c.i.apollinem latonæ filium. Celereq pronos uoluere

menses quia similiter per lunæ cursum uidentur tẽpora peragi:sed & circa lunã proprie mẽsis dixit ꝙ sin/gulis mẽsibus zodiacũ circulum pertransit:quem sol toto anno. Nupta iam dices:quoniam fueris iam nu/pta. Sæculo festas referente luces:idest die singulo festum referente.

CHRI. Spiritũ:quasi dicat diuinũ illum furorẽ. Artẽ & nomen. Ergo oĩa recognoscit ab apolline. Pri/mæ primariæ. Tutela:nã in tutela dianæ.i.lunæ dicũtur pueri ꝓpter uim uegetatiuã:quæ ita ab illa est ut sensitiua a sole. Seruate lesbium pedem:quasi canite lyricũ carmẽ ita:ut obserueris numeros & modulatio/nẽ. Canẽtes puerum.i.idest phœbum & lunã. Prosperam frugum:quia:ut diximus plantandi uegetandiq; uim hẽt. Crescentẽ:quia crescit & decrescit luna. Cereremq;.Nã & hæc dea ad lunam refertur. Voluere: idest sua reuolutione perficere.Nã ut ad cursum solis annus ita ad cursum lunæ mensis instituit. Sæculo referentem:de quo dicemus in carmine sæculari. Horati.pro horatii uatis docilis modorum.

Ode.vii.dicolos distrophos ad Torquatum de liberalitate.

Diffugerẽ niues/redeũt iã grãina cãpis:
Arboribusq; comæ.
Mutat terra uices/& decrescentia ripas
Flumina prætereunt;
Gratia cũ nymphis/geminisq; sororib⁹ audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne speres/monet annus/& almũ
Quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt zephiris/uer ꝓterit æstas
Interitura simul.
Pomifer autũnus fruges effuderit/& mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant cœlestia lunæ:
Nos ubi decidimus.
Quo pi⁹ æneas/quo tullus diues/& ancus:
Puluis/& umbra sumus.
Quis scit an adiiciant hodiernæ crastina uitæ
Tempora dii superi:
Cuncta manus auidas fugient hæredis amico
Quæ dederis animo.
Cũ semel occideris/& de te splendida minos
Fecerit arbitria:
Non torquate genus/non te facundia/non te
Restituet pietas:
Infernis neq; enim tenebris diana pudicum
Liberat hippolytum.
Nec lethæa ualet theseus abrumpere caro
Vincula perithoo.

Argumentum. ODES.VII.

ANT. Hac ode ueris aduẽt⁹ describit. Oñdit in de nil imortale & ꝑpetuũ eẽ ab exẽplo uarietatis tẽ/poꝝ. Ver.n.hyemẽ fugat:uer æstas:æstatẽ autũnus: autũnũ hyems:i.q̃ tñ oĩa uicissim redeũt hoies uero ubi semel occiderit ꝑpetuo iacẽt in puluerem uersi redituri nunq̃. Cumq; ẽt mortaliũ uita sit incerta & lõge breuissima Torquatũ hortat ad liberalitatem: nã illa sola hæredis man⁹ effugiũtq; amicis donãt. Cũ itaq; ab inferis reditũ sperare nõ possit bonis su/is nõ amplius potiet:amicis ergo donãdũ donec ui/xerit. Diffugere:ode est dicolos distrophos in qua duo dactyli cũ pẽtimemeri heroica subdũt hexame/tro. Decrescẽtia.i.ualde crescẽtia. Prætereũt.i.trãse/unt ripas:uerno.n.tpe niuiũ solutione flumina cre/scũt.Sunt & aliq textus q descẽdentia habent:potes deniq; decrescẽtia exponere quoq; deficiẽtia ꝑterita hyemis pluuia: & tũc ꝑtereũt.i. iuxta ripas eunt di/es:nõ.n.alueũ exeunt. Gratia cũ nymphis: Quar/ta ẽt ode li.i.describẽs item ueris aduẽtũ ait:iam cy/therea cohors ducit uen⁹ iminẽte luna:iũctæq; nym/phis gratiæ decentes alterno terrã q̃tiũt pede. Ge/minisq; sororib⁹ de gratiis multa uideto li.i.ode.iiii.

Immortalia:ne speres:nil esse ꝑpetuũ exẽplo uarie/tatis tempoꝝ probat. Zephyris:ii.n.ueri initiũ præ/bent:de qbus supra. Proterit:cõterit: destruit dissi/pat. Damna tñ sensus est: ꝙ tempoꝝ uicissitudies certo spatio mẽsiũ redeunt & reparant hoies uero ubi semel occiderint nũq̃ redierunt. Damna tñ:or/do ẽ:tñ ubi nos decidimus lunæ celeres reparãt cœle/stia dãna.i.ipsoꝝ tẽpoꝝ uicissitudines. Quo ꝓ ubi .s.est metri necessitate positũ:uel quo supple iuerũt.

Tullus diues & ancus:de iis supius late patuit:oñ/dit ãt regibus ẽt mortẽ iminere atq; inesse. Tullus diues creuer at.n.roma albæ ruinis duplicatoq; ci/uiũ nũero:q de re cæli⁹ mõs urbi addit⁹ deuictis in/de sabis ĩ magna gloria magnisq; opib⁹ regnũ tul/li ac tota res romana fuit. Q̃d liuius scribit. Quis scit:uitæ breuitatẽ & incertitudinẽ indicat. Cuncta manus. Torq̃tũ hortat ad liberalitatem: illa.n.sola hæredis manus effugiũt q̃ amicis donant:cũq; ab inferis reditum minime sperare possit:bonis suis nõ amplius potiet:ergo amicis donandum donec uixerit.

Quum semel occideris:non aliqua generis nobilitate:non eloquentia:non pietate ab inferis reuocaberis inq̃t:nõ aliquoꝝ deorum fauore. Splẽdida arbitria:clara & digna iudicia:minos.n. iustus est iudex. Libe/rat hippolytum:per æsculapium illum equis discerptum ab inferis diana reuocarat:q ꝑpea uirbus dictus est obiit tandem iterum.Non enim ab dea perpetuo liberari ab morte potuit. Theseus: de iis supius patuit: ostendit autem nec summa aliqua amicitia quenq̃ ab inferis reuocari posse.

ACR. Diffugere niues:ad torquatũ scribit per uerni tpis descriptionem oium rerum uicissitudinem: de quo & Vir. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor liquit. Mutat.t.u.per tationẽ temporum dixit etiam ipsam naturam mutari. Prætereunt:inter ripas labuntur. Gratia.n.frigoribus hyemis finitis amœ/nitate iam temporis ad ludum & lætitiã nymphas & carites prouocari. Immortalia:nil immortale eẽ dũ etiam tempora finiuntur. Frigora.m.per uices tẽpoꝝ probat æternũ non esse quod temporale est. Quo tullus & ancus. Tullus & Ancus reges romani fuerunt:per quos ostendit mortẽ potentibus & paupibu cõ

munẽ eẽ. Quis scit an.a.i.p incertũ uitæ nesciri utrũ hoiem usq; ad diẽ quẽ egit sequẽs adiiciat̃.cũ facile & p horas possit occidere. Cuncta.m.a.f.h.a.ipsi in lucrũ uenire q̃ impensa fuerunt uoluptati peritura heredibus derelicta. Et de te.s.m.ut q̃sitor minos urnã mouet.Nõ torquere genus:nec nobilitatẽ : nec eloq̃ntiam: nec pietatẽ quẽquam morti præripere. Diana.p.aut fabulose dicit hippolitũ ab inferno reuersum.Aut̃ nil ei ad cõditionẽ mortalitatis ꝓfuisse qa ab equis suis tractus uitæ restitutus est:dum i eandẽ fuisset sortem reuersus:nec mortẽ ꝑpetuo potuisset effugere. Abrumpere.c.u.p.Theseus & perithous amici fuerunt:quos dicit coniurata amicitia morti eripi nõ posse:nam uolentes proserpinam rapere apud inferos remanserunt.

¶POR. Diffugere niues.hoc carmẽ uerni tpis hẽt & continet descriptionẽ:scribit̃ autẽ ad torquatum. Et decrescentia.r.f.p.i.præter ripas suas eũt flumina qđ significat ripas suas non excedere:sed intra alueum labi. Audet.d.n.c.nuda qa iã frigora exclusa sunt. Immortalia ne.s.m.a.i.neqd putes immortale esse atq; perpetuum.Respice anni tpa ꝙ nunc quoq; celeriter occidẽs alii cedit. Damna.t.c.r.c.l.cũ conditionẽ mortalitatis nostræ tpibus anni cõparasset ne uiderent̃ hoies renasci ut tpa: intulit. Quo.p.æ.q.t.d.&.a. hoc ideo dicitur oñdat cõditionẽ mortalitatis oĩbus cõem esse : qs inqt scit an adiiciant hodiernæ crastina summæ tpa dii supi. Quis scit:ad summã annoꝝ uitæ:quã hodiernum usq; ægisti.Crastinus dies adiungat̃.i.qs scit an cras uicturus sis.Cũ facile & q̃cunq; hora possis occidere. Cuncta.m.a.f.h.a.i.illud tuum erit tñ quo dũ uiuis functus fueris. Et de te.s.m.f.a.nõ dicit cũ splendidũ ornatũq; fecerit minos iudicio suo: sed cũ de te splẽdide ac digne iudicauerit minos:ita splẽdida arbitria ad minois laudẽ & gloriã ptinẽt iudicãtis:nõ ad eũ de quo iudicat. Inferis.n.e.t.d.p.l.h.atq Virg.ait hippolitũ rediisse ad auras æthereas ita peoniis reuocatum herbis & amore dianæ:sed nũc nõ ad illud refert ꝙ post distractionẽ illã quam ab equis suis passus est in uitã suã restitut⁹ fert̃:sed ad cõditionẽ mortalitatis quã nõ potuit ꝑpetuo effugere p dianæ fauorẽ. Nec.l.u.t.a.c.u.p.nota historia.Theseũ & pithoũ ad ĩferos descẽdisse rapiẽdæ ꝓserpinæ cã nũc dicit uictos ibi remansisse.

¶CHRI. Diffugere niues.nõ solũ describit uerũ ẽt pingit q̃ uolatile sit tps & q̃ momẽtaneo iteruallo fluat. Diffugere niues:qa aduẽtu ueris fugat̃ hyems. Redeũt iã.g.c.q̃ hyemali frigore aruerãt. Mutat.t.u.lõginscule ꝓsequit̃ ueris descriptionẽ. Gratia cum.g.s. uñ & tres esse:& q̃re tres sint dictum est. Hæc aũt ois descriptio poetica est:nã uernum tps cæteris gratius est. Decrescẽtia.Duplex:sed cõtraria pt̃ esse snia:ut sit uel decrescẽtia.i.ualde crescẽtia.Nã uere liquescẽtibus niuibus augent̃ flumina:& tunc dicã ꝑtereunt ripas.i.transiliunt ripas & suo alueo egrediunt̃:uel decrescẽtia:ꝙ deprimet:& sit snia ꝙ minuant̃:& tũc erit ꝑtereunt ripas .i.eunt ꝑter.i.iuxta ripas neq; illas trãsiliunt. Immortalia ne spe. Cum tps qđ est mensura motus semp fluat nihil erit sub tpe quod duraturũ sit. Almũ:qa alatur sole a quo dies est oĩa alunt̃ & crescunt. Frigora mitescunt.Mirum poetæ ingeniũ q cũ uer ad uoluptatẽ legẽtis latius descripserit.Nunc uelocitate oĩonis uelocissimum tpis cursum ante oculos ponit.Est.n.boni poetæ:& i rebus ociosis ociari:& in iis quæ raptim gesta sunt ꝑcipiti q̃dam oĩone ipsam celeritatem exprimere.Quod ẽt in multis aliis locis apud maronẽ:& ꝑcipue in narratione troianæ captiuitatis apparet:in qua tũ lente & ociose:tum raptim & festine.ut ipa res exigit:ex industria narrat. Frigora:p hyeme ponit. Zephyris:p uere: nam & medici a flatu huius uenti uer inchoare uolũt. Poterit:qa ad exitiũ pducit:Vel respexit rapidam uim caloris: quo herbæ q̃s uer sua clementia & pduxerat & aluerat uæhementer arescunt. Damna tñ.Fluũt qdem assiduo lapsu tpa cum oĩbus rebus quæ sub tpe sunt:Sed hoc tñ interest ꝙ tpa quidem redeunt:quæ aũt orta sunt cũ ad interitũ uenerint nunq̃ redeunt. Celeres lunæ.i.luna cũ suis cursibus celerimis. Reparat restaurat dãna cœlestia . Nã si nunc ĩminuit̃ paulopost crescet:Vnde cœlestia nullũ sentiũt damnũ. Mortalia uero sentiũt.Nã nos ubi.i. postq̃ decidim⁹ .s.ad inferos. Puluis & umbra.Nam corpus in puluerem redit. Vmbra.i.aĩa sola restat.Nec me fugit seruii opinio:q refert fuisse ꝑhos:q dicerẽt ex nobis simulachrũ ĩferos petere umbram corpus sequi . Spiritũ uero ad cœlum redire.Sed huiuscemodi inq̃sitio altior ẽ q̃ huic loco ꝯueniat: Quapp alio differat̃. Quo pater æ. oñdit mortẽ ita oĩbus esse cõem:ut neq; fortibus regibus neq; opulẽtis pcat. Diues: pp amplam uictoriam quã de albanis reportauit.Nã & populũ ro.ex albanis ciuibus quos in ciuitatẽ romanã recepit:uæhementer auxit. Quid scis.q.d.scire nõ potes.Ergo duplex est ĩfœlicitas:prima ꝙ uita breuissima & sine reditu sit.Secunda ꝙ ẽt illa eadem breuitas incerta sp sit. Cuncta hortat̃ ad liberalitatẽ: nã ut̃ esse hominis officium liberalitate uti cũ tñ sua oĩa bona hæredi auaro & cupido relicturus sit. Amico liberali:nã q alteri dat illi amicus est. Cum se.oc.Eãdem sniam repetẽs in eo imorat̃ quo maxie Torquatũ liberalẽ reddere possit. Splẽdida:uel qa uerissima sunt uel qa ab illis nõ est ꝓuocatio. Non tor.g.neq; nobilitate generis:neq; eloquentia neq; uirtute q̃ oĩa in te sunt:poteris te ab inferis eximere. Infernis neq;.n. Nam si dea amicissimũ optimũq; uirũ & p summã iniuriã cæsum a morte uendicare non potuit:qs ab ea unq̃ liberabit̃ . Quo i loco poetica licẽtia aliter fabellã hippolyti narrat q̃ ab aliis narret̃.Dicunt.n.theseo ad inferos descẽdẽte phedrã thesei uxorẽ amoꝛ hippolyti pulcherrimi adolescẽtis:suiq; priuigni captã de adulterio illũ ĩterpellasse: sed cũ castissim⁹ adolescẽs ꝓcaci mulieri nõ obtẽparet:illa amorẽ in odiũ cõuertẽs redeũti theseo eũ accusauit:tanq̃ ipse eã ĩterpellasset:iratus pr̃ iterimere hippolytũ uoluit. At ille quadriga uectus paternã sæuitiã fugiebat:quapp cũ aliter illũ conseq nõ posset:ægeũ patrẽ orauit theseus:ut ex tribus optatis q̃ sibi datuꝝ pollicitus fuerat hoc concederet:ut piret hippolytus:imisit phocas ægeus:qbus deterriti eq:& in fugã uersi adolescẽtẽ p inuia raptarũt donec discerptus laniatusq; ẽ:ppeaq; hippolytũ uocitatũ uolũt:ꝙ ab eqs laniat⁹ sit:nã hyppos equus λῦω ãt soluo significat.Veꝝ cũ adolescens cælebs uixisset dianæq; deditus uenationibus se exercuisset: orauit diana Aesculapiũ apollinis filiũ:& medicinæ deũ:ut illum in uitã reuocaret:reuocatumq; i italiã trãstulit:ægeriæq; nymphæ cõmendauit:& mutato noie ꝓ hippolyto uirbium appellari iussit:at iuppiter indignatus ꝙ aliquis hominẽ iã uita functũ reuocare ualeret.ipm æsculapiũ fulmine iterfecit.de quo Vir.Pæoniis reuocatũ hærbis & amore dianæ At pr̃ oĩpotẽs aliquẽ ĩdignatus ab umbris Mortalẽ ĩfernis ad lumia surgere uitæ:Ipse re

ptorē medicinæ talis & artis Fulmīe phœbigenā stygias demisit ad undas. Theodoti⁹ rē ad historiā referēs. scribit illū nō fuisse interfectū. sed uehemēter uulneratū: & ariciā quādā acticæ regiōis mulierē: quē ille clācu/lū amabat: ab æsculapio ipetrasse: ut hippolytum quē theseus piisse credebat: sanaret: quæ qm̄ uenatiōib⁹ exercebat: diana putata est. Hippolytus aūt iam uirbius appellatus in italiā ualitudine recupata profectus est: & urbem ariciā de amatæ mulieris noīe appellatam cōdidit. Verum hanc fabulam horatius nunc puertēs ne/gat dianā illū ab inferis liberare potuisse. Theseus: theseus pithousq; adeo amici fuerūt ut inter illa rarissima paria amicoꝝ enumerent̄. Hii coniurarūt nullam nisi iouis filiam uxorem ducturos. Quapp cū theseus helenā rapuisset: ad inferos descenderunt: ut raperent ꝓserpinam pithoo. sed perithous ibi interēptus ē. Theseus autem in uinculis retentus. donec ab hercule liberatus est: sed & hic in aliqua parte fabulam uariat.

¶ Argumentum. ODES. VIII.

¶ ANT. Asserit hic poeta se non pateras: non æra non tripodas: nō statuas donaturū: sed carmia tm̄ qbus sane perpetua maiorq; laus acqrit̄ nā dignū laude uirum musa emori uetat. Donarem pate/ras: ode est similis primæ: commodis sunt textus q commodis: sunt qui commodus habent: utrunq; cōuenit: commodus autē. i. utilis: benignus: humanus. Tripodas: trium pedum mensas pulcherrimas. Vnde agamemnon inter alia dona achilli miserat ob briseida tripodas septem pondere & arte pares: homerus item inter dona priami: quæ achilli attu/lit li. ult. iliados ait. Tum geminos tripodas fuluosq; ex ære lebetes quattuor. Parrhasius: is pictor fuit ephesi natus: qui primus dedit argutias uultus: ele/gantiā capilli uenustatem oris: confessione artificū in lineis extremis palmā adept⁹. Auctor pli. li. xxxv. ca. ix. Et Fab. li. ii. meminit. Scopas: fuit is marmorarius optimus certans cū praxitele: fecit aūt dignissi/ma opera: de quibus legito pli. li. xxxvi. ca. v. Et preciū dicere muneris. i. dicere carmina esse pcium mu/neris: ac si diceret pciosum munus. ait. n. Oui. li. i. de amoribus. Ergo cū silices cū dens patiētis aratri Depræcant æuo: carmina morte carent Cedant carminib⁹ reges: regūq; triūphi. Cedat & auriferi ripa beata tagi. Hæc uis: ut donate quæam prædicta. Aut animus. i. talia tu etiam non desideras.



Ode. viii. monocolos ad Censorinum.

Donarem pateras/grataq; commodis
Censorine meis æra sodalibus:
Donarem tripodas/præmia fortium
Graiorum/neq; tu pessima munerum
Ferres/diuite me scilicet artium:
Quas aut parrhasius protulit aut scopas:
Hic saxo/liquidis ille coloribus
Solers nunc hominem ponere/nunc deum
Sed non hæc mihi uis/non tibi talium.
Res est/aut animus delitiarum egens.
Gaudes carminibus/carmina possumus
Donare/& precium dicere muneri.

¶ ACR. Donarem pateras. ad cēsurinū scribit di/cēs facultates suas tātas nō esse: ut possit pateras uel pciosa uasa donare: sed p diuitiis: qd' maius est lau/di ei⁹ se carm̄ dictuꝝ. Pateras: uasa argētea. Cōmodus benignus utilis humanus. Aera: statuas. Tri/podas: mensas. Vir. Sacri tripodes. u. c. Et palmæ p/ciū uictoribus. Præmia. s. epexegesis. Pessima: ui/lia de carminibus dicit. i. si diuitias haberē: carmia non donarem. Quas a. p. parrhasi⁹ atheniēsis pictor fuit. Protulit: hoīb⁹ diuulgauit. Scopas: signorū sculptor. Hic: scopas. Ille. Parrhasi⁹: nā uicinio ri tēdit. Solers: pitus ponere: pingere formare ut posuitq; inania rēpla. Sed nō hæc mihi uis diuitia/rū. s. aut alus nō tibi talium: hic ē sensus: nec ego ta/lia largiri possum: nec si possem tu ea desiderares: ut q carmina diuitiis oībus antefers. Et. p. d. m. dicere q̄ pciosum sit carmen ostendere nō quo speraret pcium.

¶ POR. Donarē. p. g. c. hac ode idicat sibi facultates tātas nō eē: ut possit phialas & alia pciosa donare: sed q maius ē carmē se censorino largiri. Deīde præfert carmina oībus diuitiis quas aut parrhasius ꝓtulit aut scopas parrhasius athenis pictor clarus fuit. Scopas. γλυπτης μαρμορων fuit. i. signoꝝ marmoreoꝝ. Solers. n. h. p. n. d. ponere nūc cōstituere ac fingere. Sed nō hæc uis mihi. Nec tibi ta. r. est aut animus delitiaꝝ egens sensus est nec ego largiri possum: nec si possem tu ea desideras: qa carmina tibi diuitiis pponēda sunt. Carmina. p. d. & p. d. m. i. ostendere q̄ preciosum munus sit carmen.

¶ CHRI. Donarē pateras: ē argumētū nihil eē q mortales hoies magis imortales reddere possit q̄ carmīa poetarū. Hoc ipse summa arte demōstrat. Grata æra: cōmēdat se a libertate: q̄ nō ex donis: sed ex aīo illius q dare cupit cognoscit̄: & æs ponit p æneis statuis. Commodus: sic. n. legit Acron: q̄si utilis. Vel cōmodis sodalibus. Tripodas: accusatiuus græcus. Tripodes. n. sunt mēse militares. Erat autem domum apud græcos egregiū. Hinc Ouid. Et tripodes septē pōdere & arte pares. Non pessima. i. optata. Liptote est cum minus

dicimus & plus itelligim⁹. Diuite mei si essem diues. Artiū.i.reꝝ arte fabricataꝝ. Parrhasius ephesius:fuit pictor egregius:ac primus q capillos i picturis distingueret:& uarios in facie uultus faceret:& mō acremimō lætū pingeret. Pinxit & currētes ita:ut i cursu sudorē emittere uiderent. Pinxit & armatos ita arma exuētes ut p labore hanelare uiderent. Fuit aūt supbia intolerabili. Quapp cum certaret cum Thymate de picturai lumq; superasset:tñ suffragiis populi ꝑlatus est Thimates:qm̄ pp suam supbiam oderat Parrhasium popul⁹ Scopas:sculptor fuit nobilitatus maxie i uenere & phaetōteq samothracie sanctis cærimōiis colūt. Habuit æmulos:Briaxen:Thimotheū & Leocarē:cū qbus celauit mausoleum mausoli cariæ regis sepulchrū qd iter septē orbis miracula reponit. Opus q̄dratū fuit:& singula latera singulis celāda locata sūt. Hic.s.Scopas. Ille.s.parrhasius. Precium dicere.m.i. q̄ preciosum munus sit.

Nō incisa notis marmora publicis
Per q̄ spiritus/& uita redit bonis
Post mortē ducib⁹/nō celeres fugæ:
Reiectæq; retrorsum ānibalis minæ:
Non incendia carthaginis impiæ:
Eius qui domita nomē ab aphrica
Lucratus rediit/clarius indicant
Laudes/quā calabræ pierides/neq;
Si chartæ sileant/quod bene feceris
Mercedem tuleris. quid foret iliæ:
Mauortisq; puer/si taciturnitas
Obstaret meritis inuida romuli?
Ereptum stygiis fluctibus æacum
Virtus/& fauor/& lingua potētium
Vatum diuitibus consecrat insulis.
Dignum laude uiꝝ musa uetat mori.
Cœlo musa beat/sic iouis interest
Optatis epulis impiger hercules.
Clarum tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.
Ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducit ad exitus.

ANT. Notis publicis.i.uteris palā parētibus:& ab rep.traditis titulis:solēt.n.in sepulchris gestoꝝ tituli apponi:qd ēt de magnifico roberto in diui petri æde in uaticano tpe nostro factum est:ubi inter alia illud scriptum est. ueni.uidi. uici. Vita redit:per titulos.n.sepulchroꝝ uiuere quodammodo uidētur strenuissimi uiri. Non celeres fugæ: ostendit bene facta parum esse nisi fuerint carminibus apte reposita. De Annibalis fuga ex italia:& eius clade i patria latius supra patuit. Ei⁹ idest Scipionis africani prioris. Calabræ pierides ennium innuit: qui ut scribit Eusebius tarenti natus a Catone quæstore romam translatus habitauit in monte auentino parco admodum sumptu contentus & unius ancillæ ministerio septuagenario maior articulari morbo periit sepultusq; est in scipionis monumēto uia appia intra primū ab urbe miliarium scripserat autem scipionis gesta:de quo Naso lib.i.amorum ait. Ennius arte carens:animosiq; accius oris Casurum nullo tempore nomen habent:Scribit etiam Fabius Quintilianus plura li. x. Mercedē tuleris:sensus est:nisi carmibus tua gesta narrent: laudis mercedem & pmium non habueris. Nam carmine fit uirtus uiuax. Iliæ puer:de romulo latius li.i. Stygiis fluctibus .i.ab inferis & a morte liberatum. Aeacum: de hoc late superius. Diuitibus insulis.i.fortunatis insulis & campo elysio. Strabo scribit li.i.homerum ostendere eorum mortalium fœlicitatem & aeris tēperiem:q occasum incolunt: nam ibi & fauonius spirat:& elysius est campus:ubi erat flauus rhadamantus. Victus facilis:nix nunq̄ nec multa hyems:i fortunatas etiā insulas contra mauritaniæ finem esse dicit ad occidētem ubi hyspaniæ terminus habetur fœlices autem dictæ:quia hmōi locis propinquæ forent. Interest:pñs est. Tyndaridæ:castoris & pollucis quibus supra diximus neptunnum dedisse ptātem naufragis saluti eē. Liber uult herculem castorē & pollucem:& liberꝝ deos effectos carminū beneficio.

ACR. Nō incisa.n. uictoriaꝝ titulis:quibus defuncti duces quandam mortalitatem cōsequūt. Impiæ: quia tergescit bellum contra romanos. Eius qui.d.n.ab.a.Scipionem aphricanum significat. Lucratus: quia africanus dictus est:ut Sal. Cui postea africano cognomen ex uirtute fuit. Quam calabræ.p.facta inqt clarorum uirorum:nisi carminibus illustrentur ætatis suæ memoriam non excedunt: & significat ennium qui facta africani describit oriundum de rhodino oppido calabriæ:ideo calabræ musæ. Si charthæ.s.si non contineantur scriptis uel libris. Quid.f.i.Quem fructum hēret Romulus:nisi laudaretur. Si.t.o.m. nisi carminibus laudaretur romulus quid prodesset illi fecisse talia. Ereptum.s.f.æ.iouis filium immortalitatem dicit consecutum laudibus poetarū. Insulis constitutas:quas in oceano fortunatas appellant siue insulas beatorum. Cœlo.m.b.cœli possessione beatum facit.i.reddit carminibus memorabilem. Sic iouis interest: carminibus poetarum & ingeniis fortis hercules nominatur iunctus conuiuiis deorum. Clarum tyndaridæ sydus. Castorem & pollucem dicit:quorum nauigantibus salubræ sydus carminibus memoratur. Quassas eripiunt:carminibus poetarum i dignoscuntur castor & pollux esse dii. Liber.u.b.d.a.e. & sic a supioribus: aut deus carminibus poetarum:aut fœlicia faciens uota pcantium.

Alpibus impositas tremendis
Deiecit acer/plus uice simplici
Maior neronum/mox graue præliũ
Commisit/immanesq; rhetos
Auspiciis pepulit secundis:
Spectandus in certamine martio.

¶ACR. Quæ cura patrum quæue quiritium : negat ullos a senatu: uel populo romano dignos honores inueniri : qui pro meritis uel triumphis augusti æternitati ipsius consecrentur. Per titulos:qui ad commemorationem bonorum uel rerũ gestaꝝ inuenti sũt:ipsi enĩ fasti dicũtur idices uirtutis : siue i quibus memoria temporum continetur. Aeternet:æternum faciat:& laudibus consecret. O q̃ sol habi. inhabitabilis propter inhabitabilem cecaumenem. Quem le.expertes.i.latinitatis nescii uel ciuilitatis: augusto imputat de uindelicis drusi uictoriam:quia eius ordinatione & exercitu uicerat. Milite nam tuo : hyperbatõ:ordo enĩ rect⁹ ẽ.drusus acer nõ simplici uice deiecit gelonos &cæ. Implacidũ gen⁹:iplacabiles geloni & brẽni gẽtes galliaꝝ. Plus uice simplici:aut i simplicẽ uicẽ:qa dupla quã dederãt clade pculsi sũt:aut q dixit acer non simplici uice. Maior neronũ.Drusus q maior natu fuit. Spectãd⁹.Famosus terribilis bellator.

¶POR. Quæ cura patrũ quæue quiritium:negat ullo senatus populiue romani obsequio posse pro meritis dignos honores inueniri uirtutibus Cæsaris quibus in æternum consecret. Per titu.m.q.f.æ. fictum uerbum est æternet. Quem legis ex.l.u.d.n,q.m.p.non sic hæc dicit quasi ab augusto Cæsare uindelici debellati sint:sed ꝙ drusus exercitib⁹ auspiciisq; augusti eos debellauerit. Gelonos brẽnosq;:cisalpie gẽtes sũt hæ Et ar.al.im.tre.nõ arces tremẽdas ut dcm ẽ:itelligam⁹:sed hos tremẽdos.i.timẽdos q eas hitãt. Deiecit acer plus uice sim.:uult itelligi i uastãdis hiis nõ tãtã illis cladẽ itulisse q̃tã ipi dederãt:sed duplã hoc ẽ eã nõ simplici uice reddẽtes. Maior neronũ:ordo est.Drusus est maior neronũ:hic enim maior natu fuit.

¶CHRI. Quæ cura pa.Diuersi argumẽti & stili a supiore ode:q̃ amatorias nugas cõtineret est hæc: q̃ grauiore charactere laudes augusti cõtinet:cũ ostẽdat q̃ anxia uniuersa ciuitas sit pro salute sua.Et tñ nullos satis dignos honores sibi tribuere possit. Quæ cura : q̃ anxia sollicitudo patrũ senat⁹. Quiritiũ:po.ro. Aeternet.i.æternas redat tuas uirtutes.Snia ẽ:uirtutes suas eẽ maximas:sed eẽ op⁹ ea munera ĩ illũ cõferri:q̃ illarũ memoriã æternã cõseruẽt. Per titulos:q iscribunt statuis. Fastos:ĩ qbus memoria reꝝ gestaꝝ cõtinet. Memores.i.q ad memoriã reducũt. O maxĩe pricipiũ oium:q ubiq; sunt.Nã hoies alibi eẽ nõ possunt q̃ in terris habitabilib⁹ & a sole illustratis. Quẽ trita:locutio ut dicamus quẽ uindelici didicere quid possis: ut si dicamus.Noui te qd feceris. Marte.i.in re militari. Tuo militi.q.d.tuis auspiciis.Sed de uictoria drusi paulo supra dictum ẽ. Plus ui.s.quia dupla quã dederãt clade affecti sũt. Maior ne.Drusus maior ex filiis nerõis.

¶ANTO. De uota pectora.s.rhetoꝝ & uidelicoꝝ:q ut liberi eẽnt morti se exponebãt. Indomitas ppe:ordo est:impiger hostiũ uexare turmas & mittere frementem equum medios per ignes qualis auster choro pleiadũ scidẽtẽ nubes exercet undas prope indomitas. Pleiadum choro: sũt pleiades in cauda tauri septem stellæ:quas appellauere uergilias ut scri.pli.& Gelli⁹.li.xii.Vtq; hyginius ait:existimant choreã ducere stellis:& columella scribit uergilias.xi.kalen.maias cũ sole oriri:esseq; aphricũ uel austrũ & humidũ diẽ:lati⁹ tñ di

Deuota morti pectora liberæ
Quanti fatigaret ruinis:
Indomitas prope qualis undas
Exercet auster pleiadum choro

Scindente nubes/impiger hostium
Vexare turmas/& frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic tauriformis uoluitur Aufidus:
Qui regna Dauni præfluit Apuli
Cum sæuit/horrendamq; cultis
Diluuiem minitatur agris
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata uasto diruit impetu:
Primosq;/& extremos metendo
Strauit humi sine clade uictor.
Te copias/te consilium/& tuos
Præbente diuos/nam tibi quo die
Portus Alexandrea supplex
Et uacuam patefecit aulam:
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus
Laudemq;/& optatum peractis
Imperiis decus arrogauit.
Te cantaber non ante domabilis:
Medusq;/& indus/te,pfug9 Scythes
Miratur o tutela præsens
Italiæ/dominæq; Romæ.
Te fontium qui cœlat origines
Nilusq; & Ister /te rapidus Tigris
Te beluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis:
Te non pauentis funera Galliæ:
Duræq; tellus audit Iberiæ.
Te Cæde gaudentes Sycambri
Compositis uenerantur armis.

ximus.li.i.Geor. Thauriformis aufidus:habens thauri formam.fluuii.n.cũ cornibus pinguntur:& propter aquaȝ murmur & impetũ:& propter retortas ripas. Claudius tyberius de claudia domo ut latius supra patuit. Alexandrea .Alexãdria & alexandrea dicitur:ut Priscia.docet li.ii.qui hunc locũ Alexãdrea per elegit:quõ aũt cœpit alexandriã lege superius : & etiã carmen epodon. Peractis imperiis.i.omnibus tuo imperio subditis. Optatum decus:scribit florus q augustus ob ingẽtia facta dictator perpetuus & pater patriæ dictus est. Tractatũ ẽt in senatu:an quia condidisset imperium romulus uocaret. Sed sanctius & reuerentius uisum est nomẽ augusti.ut iam tũ dũ coleret terras ipso nomine & titulo cõsecraretur. Præterea scribit Sueto.quũ Augustum senatus cum po.ro.consalutauit patrem patriæ:respondit Augustus lachrymãs hiis uerbis. ipse enim sicut messalæ opposuit compos factus uotorũ meorũ patres cõscripti quid habeo aliud deos immortales ꝑcari q̃ ut hũc cõsensum uestrũ ad ultimũ uitæ finẽ mihi ꝑferre liceat. p hæc igit̃ uerba ego intelligo optatũ decus cognomen patris patriæ. Arrogauit:descripsit deputauit tribuit. Cantaber:de cantabris latius supra : de medis item. Indus : scribit Eusebius q indi ab augusto per legatos amicitiam postularunt .Strabo autem lib.xv. sic ait.Hiis ea addi possunt quæ a Nicolao damasceno dicuntur:refert enim se antiochiæ : quæ apud daphnem est:indorum legatos uidisse : qui ad cæsarem augustum uenerant:qui quidem plures ex epistola significabantur:sed tres tantum seruati erant:quos uidisse se ait: ceteri longitudine uiæ magna ex parte perierant:addit etiam epistolam græcam fuisse in membrana scriptam : in qua significaretur porum esse qui scriberet : & cum sexcentis regibus imperaret : cæsaris tamen amicitiam multifacere : & paratum se quocunq; uoluerit aditum exhibere & in quibuscunq; rectum fuerit opitulari:hæc dicit in epistola contineri. Allata præterea esse dona octo seruos nudos in subligaculis aromatibus delibutos:esse autem dona alia mercurium a puero brachia exertum:quem nos uidimus.Item uiperas ingentes:& serpentem.x.cubitorum:& testudinem fluuialem trium cubitorum:& perdicem uulture maiorem &c. Te profugus scythes:parthi q̃ quibus latius supra scytharum exules dicti sunt.

Nilus:nilus incertis oritur fontibus secundũ quosdam immenso longitudinis spatio ambulans:demum pluribus in locis & latens & exiens aphricam ab æthiopia diuidens medios æthiopes secat:longo postea interuallo in ægyptium mare se euomit.hæc & plura Pli.lib.v.c.x. Ister:ister ut Strabo ait li.ix.oritur ab extremis germaniæ partibus: superiores autem fluminis partes in fontes uersus usque ad præcipites eius decursus:quos catarattas nominant. Danubiũ uocant:qui maxime per dacorum agrum delabuntur : alias uero inferiores usque in pontum per gethas istrum uocitant. Rapidus tigris:oritur tigris in regione armeniæ maioris fonte conspicuo in planicie : a celeritate autem tigris dicitur: ita enim appellant medi sagittam:auctor Pli.lib.vi. Bæluosus oceanus:in eo enim uariæ sunt bæluæ ut alibi diximus ex plinio. Britannis.augusti tempore uniuersa fere britanniæ insula romanis propria familiarisque habita:ut docet Stra. lib.iiii. Galliæ:de gallia & iberia multa superius. Sycambri:diximus etiam supra augustum germanos ultra albim submouisse : ex quibus sueuos & sicambros dedentes se traduxit in galliam:atq; in proximis rheno agris collocauit:ut tranquillus ait. Compositis.pacatis & repositis accollocatis.

¶ACR. Deuota.m.p.l.Rhetiorum gentis libertatis amore morti animos destinatos fuisse dicit. Quantis.s.r.tempestati furenti uiri fortis animum comparauit. Pleiadum:pleiades dictæ sunt:quæ & uergiliæ:harum ortus tempestuosus est. Scindente nubes:ita pugnantem drusum scidisse dicit hostium turmas:ut uentus nubes undasque consueuit. Mittere equum : irrumpendo in hostium cuneos. Per ignes in medium pugnæ furorem. Sic tauriformis uoluitur aufidus:omnium famosorum fluminum uultus cum cornibus finguntur:ideo tauriformis propter impetus & mugitus aquarum. Vt cor niger hesperidum fluuius regnator aquarum. Diluuiem meditatur agris:inundationem fluminis uiro forti comparat p drusi laude:ut aut rapidus mõtano flumine torrens sternit agros. Primosq; & extremos metẽdo:ut ꝓxima quæq; manu gladio metit. Sine clade:sine damno suorȝ militũ dicit. Te copias te.c.augusti auspiciis Drusum dicit hostes fudisse & fœlicitatẽ habuisse. Nam tibi:quo die portus alexandrea supplex : fœlicitati

assignat augusti drusi uictoriam demonstrando ante annos duodecimo die alexandriam ab augusto captam quo drusus uindelicos superauit. Pompei enim mortem actiaco bello augustus est. Et uacuam patefecit aulam:sine damno:sine hoste:sine domino. Et optatum peractis.Immortalitatem & consecrationē uidetur significare peractis.n.imperiis diuinos honores meruit augustus:ut idem i secundo epistolarum præsenti tibi maturos largimur honores.iurandasque tuum per nomen ponimus aras. Non ante domabilis: non ante cæsarem uictus. Profugus scythes:aut sub aquilone interius constitutus: aut qui nunq̄ in eodem loco maneret. Tutela præsens.sic idem alibi Res italas armis tuteris:moribus ornes. Præsens. aut potens.siue propitius:ut Vir.Et uos agrestum presentia numina fauni. Te fontiū qui celat origines.origo. enim nili nescitur:ut Et gens si qua iacet nascenti conscia nilo.Gētes fluminū cōmemoratiōe designat. Obstrepit oceanus britānis:britāni enim,interfuso oceano a terris omnibus separantur:ut & penitus toto diuisos orbe britannos. Non pauentis.s.g.Galli.n.mortem non pauent. Duræq.laboriosæ:ut aut impacatos a tergo horrebis hyberos. Te cæde.g.s.bella optantes assidua.& qui germani. Compositis uenerantur. a pacatis moribus & feritate deposita.

❡POR. Deuota morti pectora liberæ.eleganter non metuens mortem liberam perpetuo epitheto dictū accipe.Quantis fatiget ruinis.hostium ruinis.s. Indomitas prope qualis undas exercet auster pleiadū choro scindente nubes impiger hostium uexare turmas.mirum quod sequitur.cum.n.prædixisset qualis nō intulit quod erat constans talis:sed impiger:ergo sic totum intelligendum:qualis est auster cum ortu uergiliarum pleiadum concitatus cum exercet undas iam impiger.Drusus hostium turmas uastabat. Per ignes: ignes nunc pro acerrimis concitatisq; periculis accipere debemus. Sic tauriformis uoluit aufidus:omnia fluminum genera taurino uultu & cornibus pingitur propter impetus & fremitum ipsarum aquarū. Cū sæuit horrendāq; cultis diluuiem meditatur agris:male dixit meditatur:quia in ipso actu est:nec debet cogitare aut condiscere id quod iam facit. Primosq; & extremos metendo:sic & Vir.proxima quæq; metit gladio. Sine.c.u.i.sine suorum clade. Te.c.& tuos.p.d.hoc ideo dicitur quia auspiciis cæsaris hæc egisse dicitur.Nam tibi quo die:ita euenit ut post annos.xv.Drusus eo die rhetos uindelicos uinceret qua die augustus alexandriam uicerat.Et optatum peractis:immortalitatem & consecrationem uidetur significare cum dicat peractis imperiis. Te profugus scythes:profugus dicitur qui nunq̄ eodem loco manet.Vnde & nomades dicuntur. Te non pauentis funera galliæ duræq; tellus: per zeuma ex inferiore uersu accipere debemus: non pauentes autem gallos funera ait: quia uel ferocia uel una persuasione rursus renascendi mortem non timebant: de quibus Lucanus ait: Animæq; capaces mortis & ignauum rediturae parcere uitæ. Compositis uenerantur armis: idest pacatis.

❡CHRI. Deuota:nam difficile est illos superare:qui mortem pro libertate oppetere parati sunt. Indomitas:talem stragem edidit in hostibus:qualis est in mari quando auster in ortu pleiadum sæuit.Pleiades enim ortum tempestuosum habent. Choro:quia plures sunt. Sic tauriformis.Flumina enim cum cornibus taurinis pinguntur propter mugitum aquarum.Ostendit autem non minori impetu irruisse Drusum i hostes q̄ aufidus appuliæ fluuius cum auctus est diluuio. Regna dauni:appuliam in qua ipse regnauit. Primos & extremos.A prima acie ad ultimam:sic Virgilius.Proxima quæq; metit gladio. Sine clade:suorū militum:quod maioris est laudis. Te copias.Ostēdit iccirco laudē ad Octauianū pertingere:qm̄ quicquid a Druso gestum est:id omne militibus consiliis & fortuna & diuinitate augusti gestū est. Alexandrea:pro alexādria secundum Priscianū. Tertio.l.Quindecim enim annos interfuerūt a uictoria alexandrina ad hūc diem. Vacuam.Mō Antonio:Nā iam extinctus erat. Arrogauit:attribuit. Decus impiis.s.diuinos honores. Indus.Indi ab eo nō sunt deuicti neq; ab alio romanorū duce ante Traianū imperatorē: ipse enim eos uicit:sed tñ nō triūphauit:quia rediēs in sicilia mortuus est.Nihilominus tanta fuit Augusti per orbem fama:ut indi quoq; legatos ad fœdus faciendum miserint. Profugus.qa sine certis sedibus uagatur. Te fontiū.Ordo est.Nilus qui celat origines suorum fontium.i.de cuius origine nemo nouit:audit te. Et hyster & tygris:de quibus omnibus dictum est. Belluosus:belluis plenus.Bellua enim maiora animalia intelligimus. Obstrepit:circunsonat. Remotis:non a se sed a nobis. Et tellus galliæ non pauentis funera.i. mortem audit te:Nam ferocitate sua isti populi in mortem sine timore irruunt.

❡Argumentum ODES .XV.

❡ANT. Augusti Cæsaris laudes hæc ode cōtinet uti & præcedēs:ille.n.a pthis crasso ablata signa resumpsit. Ianiq; ēt templū oī bellor; remoto furore clausit. Phœbus uolētē:ode ē similis pcedenti.Est autē ordo.phœbus īcrepuit me lyra uolētem loq prælia & uictas urbes. Parua uela.lyricos uersus intelligit non aptos qdem cantandis pliis. Tyrrhenū per æquor. metaphora.intelligit aūt maxima cæsaris Augusti gesta. Tua cæsar ætas.Augustū laudat a pace q̄ sane bona cūcta pueniūt ut fruges & similia. Signa.de iis uideto in fine odes secūdæ. li.i. Ianū qrini:numa pompilius mitigādū ferocem populū armor; dissuetudine ratus:ianū ad īfimū atgiletū indicē pacis belliq; fecit:apertus ut in armis esse ciuitatē clausus pacē circa ois populos significaret.bis deinde post numæ regnū clausus fuit.semel Tito manlio cōsule post primū punicū pfectū bellū ex; augusti tpe post bellū actiacum pace terra mariq; parta.

Ode.xv. tricolos tetrastrophos Augustum celebrat.


Hœbus uolētē plia me loq̄
Victas & urbes:increpuit lira
Ne pua tyrrhenū p æquor
Vela darem.tua cæsar ætas
Fruges & agris retulit uberes.
Et signa nostro restituit Ioui.
Direpta Parthorū superbis
Postibus.& uacuū duellis
Ianum Quirini clausit.& ordinem

Rectum/& uaganti frena licentiæ
Iniecit/ amouitq; culpas
Et ueteres reuocauit artes:
Per quas latinum nomen/& italæ
Creuere uires/famaq;/& imperi
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab hesperio cubili.

hæc ex Liuio Suetonius etiam de augusto sic Ianū quirinū semel atq; iterū a condita urbe ante memoriā suā clausum: i multo breuiore temporis spacio terra mariq; pace parta clausit. Florus itē sic. Ausus q; tandē cæsar augustus septingētesimo ab urbe condita anno ianum gemmum claudere: bis ante se clausum sub numa rege:& uicta primum carthagine: hinc conuersus ad pacem primum in omnia mala & in luxuriam fluēs sæculum grauibus seuerisq; legibus coercuit &c. Plutarchus quoq; de numa & iano sic: Est & eius templum romæ duabus portis quod belli ianuam uocant. Legitimum.n. est ipsum aperiri quum bellum sitin pace autem claudi meminit item de iani templo Oui.li.i.fasto. Ianum quirini. Mac.lib.i. sat. scribit ianum quirinum dictum quasi bellorum potētem ab hasta quam sabini curim uocant. Et ordinē re. augustus.n. ut diximus conuersus ad pacem primum in omnia mala & in luxuriam fluens sæculum grauibus seuerisq; legibus coercuit. Veteres ar. quatuor uirtutes intelligit: prudentiā: iusticiam: temperanciā: fortitudinē: nam ars: ut et Diomedes scribit. απο της αρετης ab arete.i. ab uirtute dicitur. Maiestas amplitudo & dignitas. Impi: pto impii. Procudit.i. cudēdo extēdit ac fabricat.

CACR. Phœbus uolentē prœlia me loqui uictas & urbes increpuit lyra: nō lyra increpuit: sed uolentē me prælia lyra loqui: q; est lyrico carmine phœbus increpuit: amoribus.n. aptum hoc est metrum: ut Cū canere reges & plia cynthius aures uellit & admonuit. Ne parua.t.p.æ. per allegoriam significat magnam materiam non sufficienti ingenio & humili generi carminis non debere cōmitti. Fruges &.a.r.hu. Seu qa in pace diligentior cultus uberiorem fructum facit: seu quia ipse deus cæsar faueat frugibus. Vt ecce dionei processit cæsaris astrum: astrum quo segetes gauderent frugibus. Et signa nostro.r. i. quæ interfecto crasso cum exercitu augustus a pthis susceperat. Et uacuum duellis ianum significat omnia pacata sub cæsare tēplo iani clauso: quod belli tpe semper patere consueuit: unde ad significationem futuræ pacis apud Vir. Claudentur belli portæ. Duellis: bellis. Ianum: quirinum. Euaganti.f.l. leges tulit quibus mores regerentur. Emouitq;.c. remouit eiecit: ut emoti procūbunt cardine postes. Et ueteres reuocauit.a. in hiis.n. uirtutib[9] ueteres uitæ artes esse dicebant: prudētia: iusticia: fortitudie: & temperantia: per has oēs constare uoluerūt disciplinas.

Ad ortum solis ab hesperio cubili: ut impium oceano famam qui terminet astris: ab oriente ad occasum imperium significat peruenisse romanum: ut & q̄ sol inter utrunq; recurrens respicit oceanum.

CPOR. Phœbus uolentē plia me loqui: qdā separāt hanc odam a supiore: sed pōt illi iungi: qm̄ hic laudes dn̄r augusti. phœbus uolentē plia me loq uictas & urbes increpuit lyra & nō lyra increpuit: sed uolentē plia me lyra loqui.i. lyrico carmie. Ne parua tyrrhenū p æquor Vela darē: allegoricos significat ne magnā materiam humili generi carminis committerē. Et signa nro restituit ioui: signa q̄ adēpta romanis iterfecto exercitu a pthis crasso duce augustus recupauit. Ianū quirini clausit.i. pacē ubiq; fecit: tūc.n. claudebat: belli uero tpe patebat. nā & Vir. uolēs ostēdere perpetuā pacē futurā sic ait. Claudent belli portæ. Et ordinē rectū uaganti frena licentiæ iniecit. ordo est. iniecit frena licentiæ ordinem rectum euaganti.

CCHRI. Phœbus uolentē. Excusat tenuitatē ingenii. quæ magnitudini rerū gestarū ab Octauiano par esse nō possit. Aitq; cū pararet illa describere a phœbo phibitū esse. Est aūt tale figmentū: quale. Virgi. quoq; in bucolicis adhibet. Ait.n. Cū canerē reges & plia cinthius aures. Vellit & admonuit pastorē tytire pingues Pascere oportet oues deductū dicere carmē. Increpuit. Familiariter admonuit Vir. Tū bitiæ dedit increpitans ille impiger hausit. Dare aūt parua uela.i. nauigia per æquor tyrrhenū allegorice est tenui stilo tractare res alias.

Tua ætas. Laudat a fertilitate: quæ propter pacē prouenit. Et ne desidiosa pax uideri possit: demonstrat ita pacē partā esse: ut tū parthi qui crassiana signa abstulerāt: coacti sint per Venditiū bassum qui eos superauit: ea reddere. De hiis meminit & Luca. Cūq; superba foret babylon spolianda tropheis Ausoniis: umbraq; erraret crassus multa Bella geri placuit nullos habitura triūphos. Clausit ianū. Templū iani romæ in bellis patebat. In pace clausum erat. Ter aūt euenit ut clauderet. Primo regnante Numa pōpilio. Secūdo post bellū punicū secundū. Tertio post bellū actiacū imperāte Augusto. De hoc Virgi. Claudētur belli portæ furor impius intus. Refert aūt Macrobius q; in bello sabino: quod pro raptis gestū est uirginibus: romani portā in radicibus collis uiminalis: deinde ab euentu ianualē uocatā claudere uoluerūt. Sed cū ter clausissent: & totidem sua sponte patuissent: stabant pro custodia armatiq hostes irruētes ab ingressu arcerent. Mox accepta fama romanos a Tacio pulsos relicta custodia fugerūt. Et erant iā per portā irrupturi sabini: cū e tēplo iani p hāc portā magna uis aquarū torrentiū feruētibus undis erupit: & multas hostiū cateruas aut feruēti exustas aut uasta uoragine deuoratas ferūt. Vn̄ mos fuit ut in bello ianua iani ad auxiliū pateret. Vacuū ianū quirinū.i. tēplū ianiq Quirinus dr̄. Nā auctore eodē Macrobio Ianus dr̄ Cōsiuius a cōserendo.s. propaginē generis humani. itē Quirinus quasi bellipotēs ab hasta: q̄ lingua sabina quiris dr̄. Appellat: itē Patultius & Clausinius: quia bello ualuæ eius patebāt pace claudantur. Sed ut semel de Iano plura tum historicæ tum physice ex quadam allegoria referamus: Ianus sm̄ sigiuium: qui plutarchi testimonio nititur: olim regiōem: ubi nūc roma est cum camese indigena gubernabat: ut regio camesene oppidum Ianiculum diceretur. Extincto Camese solus regnauit. Et quoniam summa prudentia ex præteritis futura prænosceret: & illa duo cōiungeret bifrons fuisse putatur. Et eadē ratione Anteuorta & postuorta suæ diuinitatis comites a romanis colebant. Hic Saturnum a filio pulsum hospitio suscepit: ab eoq; agriculturam doctum in societatē regni accepit: & cū primus æra signasset in altera parte saturni effigiem: in altera nauis qua uectus est imaginem expressit. Concordiam horum maro testatur. Ianiculum huic illi fuerat saturnia nomen. Et duo ptinui menses illis dicati

sunt.Nā & december saturnalia sacra habet:& ianuarius a iano nominat᷑.Ianus cū saturnus nusq̄ appareret regionem saturniam parentē nominauit:& saturno aram sacraq̧.i.saturnalia īstituit & simulachrum suū fal ce quia agriculturæ repertor fuerat:insigniuit.Scribit Zeno ꝙ ianus in italia primus templa & ritus sacrorum instituerit.Ob quod in sacrificiis præfationem perpetuam meruit.Et qm̄ eo regnante omnium domus reli gione plenæ essent:iccirco ingressus exitusq̧ ædium illi sacri sunt.Hæc igitur ex historia. Physici āt ianum di cunt phœbū eundem atq̧ dianam esse. Nam phœbo græci aras ante fores statuunt:& exitus introitusq̧ illū potentem indicant:ut de iano diximus.Pingit᷑ præterea ianus cū claui & uirga tanquā portarū custos & uia rū rector.At ēt diana uiis præest. Vnde ſm Nigidiū diana a iano dicta est apposita d littera:quæ sæpe decoris causa apponitur:ut redire & redintegrare:ianum igitur solem esse uolunt:& ideo geminum:id est bifrontem q̄si utriusq̧ cœli ianuæ potentē:& inuocari prius cū alicui deo sacrificat᷑:ut p huius portas pces ad illū trāseāt. Et ut āni dimēsio q̄ a sole fit:demōstret᷑ i simulachro iani dextra māus trecētorum sinistra sexagita qnq; nume rū hēt:qa ex totidē diebus cōstet annus.Alii mūdū & cœlū esse uolūt ianū:& ab eūdo dictū ꝙ mūdus sp dū in gyrum agit᷑ eat.Vnde Cornificius lib.iii.rithmorum inquit Cicero non ianū:sed Eanū nominat. Frena licentiæ .i.leges quas utiles tulit. Veteres artes.Quia reduxit populū romanū ad pristinā disciplinam & mores.

¶ANT. Edicta iulia.i. augusti in iuliam gentem adoptati. Nosq̧:ostendit se die quoq; diis sacrificaturum cantaturumq; strenuos duces & ueneris progeniem: unde iulia gens ortum
Iulus habuit.Nam ex uenere ortus est æneas: inde ascanius a quo iu lus:cui regni loco apud albā sacra est potestas attributa atq; ho nor:cuius familia fuit maxia atq; clarissima omnium: auctor est Dionysius li.i.Ex eadem familia iulius cæsar ē:unde Maro ait iulius a magno demissum nomē iulo : qd᷑ non de ascanio
Profesti intelligendū est : sed de iulo ascanii filio : qui magnus fuit q̄tū ad sacram ptātem & honorem:ut ostendimus. Profestis luci
cōuiua/ bus:profestū diē dicebant q festus nō erat:ut Pōpeius ait. Mo
rū tibia, re patrum.Valerius li.ii.sic ait:Maiores natu in cōuiuiis ad tibi as ægregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant: quo ad ea imitanda iuuenē alacriorē redderent. Cicero itē li.i. tuscu.scribit esse in catonis originibus solitos esse in epulis ca/ nere conuiuas ad tibicinē declarorū hominū uirtutibus. Li/ dis tibiis:de iis late supius. Iocosi:dantis iocos lætitiam:iucū/ ditatem. Veneris progeniem:iuliā gentē:ut diximus.

¶ACR. Exuet:excludet. Procudit : incudibus producit en/ ses & fabricat. Et.m.i.u.inimicas facit. Miseras: aūt tanq̄ bel/ lum facientes. Non qui pfundū.d.b. gētes a fluuio:ut q tybe/ rim fabriq; bibunt. Edicta.r.i.a nullis gentibus dicit leges au/ gusti cōtemni:in iuliam.n.gentem fuerat adoptatus augustus. Insidiq; persæ:crassum enim securum de pace persuaserant. Nō.t.p.f.o.scithæ. Nosq;.p.l. diebus pfesti dies dicebantur qui ante festos erant. Iocosi:lætitiam iubentis:ut adsit lætitiæ bacchus dator & bona iuno. Apprecati: inuo cantes. Virtute.f.m.p.d.duces inquit optimos parentum pietate uenerant᷑ : inter quos augustus est. Lydis remixto.c.t.lydis tibiis læta cantabant᷑:phrygiis tristia:tres.n.modos hēbant tibiarū ionicū:lydium & phry gium quē & barbarum in honorem aūt lydiorum dictū ꝙ ipsi primi tibias inuenerūt. Troiamq; & anchisen & almæ.p.u.c.in honorem augusti uenerem laudari uult : qa ab iulū descendit origine. Ordo : nos apprecati deos canemus duces fūctos uirtute more patrum remixto carmine tibiis lydis & Troiam.

Custode rerum cæsare/non furor
Ciuilis/ aut uis exiget ocium:
Nō ira/ quæ procudit enses:
Et miseras inimicat urbes:
Non qui pfundum danubium bibūt
Et dicta rumpunt iulia/non getæ:
Non seres/insidiue persæ.
Non tanaim prope flumē orti:
Nosq;/& profestis lucibus/& sacris
Inter iocosi munera liberi
Cum prole/ matronisq; nostris:
Rite deos prius apprecati:
Virtute functos(more patrū)duces:
Lydis remixto carmine tibiis:
Troiamq;/ & anchisen/& almæ
Progeniem ueneris canemus.

¶Q.Horatii Flacci Libri
Quarti Carminum Finis.

¶POR. Non furor.c.aut uis.e.o.exiget nunc excludet sit quasi extra agitur Teren.spectādæ an exigendæ. Non ira:q procudit enses procudit hoc est fabricat. Et miseras inimicatur:inimicat fictū uerbū est.i.ini micas facit. Non tanaim ppe flumen orti:scythas signat. Lydis remixto carmine,tibiis: aūt tres modos ti biarum esse ionicum lydium barbarum. Et almæ progeniem ueneris canemus.i. gentem iuliam : quæ a iulio nepote ueneris oriunda existimatur.

¶CHRI. Custode:suprema laus in principe ut nō putet ob suum commodū illi datum imperium : sed ut sit optimus custos & ueluti pastor populi.Vnde latini regem dixerunt a regendo: nō autem dominos: ut nunc corrupti mores appellant.Græci autem & maxime Homerus ποιμενασ λαων.i. pastores populorum & κοσμητορασ.i.temperatores & administratores nominarunt. Non furor ciuilis.ita.n. administrabit po/ pulum:ut nulla belli species ocium.i.pacem perturbet. Inimicat urbes.noue seu præter consuetudinem. Nā inimicari tibi:& nō inimico te:dicimus. Nosq; profestis. Cum in summo ocio & summa rerum affluētia uerse mur ingrati simus nisi sacris.i.festis diebus:& profestis rite deos precemur. Deinde:ex maiorum consuetudi ne canemus duces functos uirtute.f.troiam.anchisen & ueneris progeniem.f.æneam & domum iuliam q̄ æneæ:filii ueneris progenies est:ostendit aūt maximum ocium & summam copiam rerum : cum ēt diebus profestis:qui rebus agendis decreti sunt:non solum ipsis uiris:sed eorum uxoribus & liberis feriari liceat : nā ꝙ acron dies profestos eos intelligat:qui ante festos sunt.ego cum tantæ auctoritatis hoie nō pugno: placet tñ ut in trita eius notione sumat᷑. Lydis.tres.n.erant modi tibiarum dorius siue ionicus phrygius & lydius.nā sacadas argiuus eā quam in musicis strophem dicūt tribus tōis:dorio:phrygio:& lydio adinuenit.

Commentarium in Carmen Epodon Horatii Flacci: per Antonium Mancinellum Veliternum. ANTO.

EPodi dicunt͛ uersus metro quolibet scripti: & sequētes clausulas habētes particularꝫ ipsorꝫ uersuū quales sunt epodi Horatii.in qbus singulis uersibus singulæ clausulæ adiiciuntur. Vt nox erat: & cœlo lucebat luna sereno: inter minora sidera: & qcūqꝫ sunt similes. Dicunt͛ aūt epodi synecdochicos a partibꝰ uersuū: quæ legitimis & integris uersibꝰ ἐπᾳδονται.i. accinunt͛: hæc ex Diomede ex qbus colligimus ꝙ epodos ꝓprie dicitur uersiculus seqns tñ & superior & seqns simul epodos uocat͛ ꝑ synecdochen.s. unde & alibi ait: iambicum est carmen maledicum plerumqꝫ trimetro uersu & epodo sequēte cōpositum. Epodos autē mediā producit: nam per ω mega scribit͛: qd͛ etiam ꝓbat. Sidonius hoc phaletio hēdecasillabo. Sermonūqꝫ sales nouumqꝫ epodon: huiusmodi aūt uersus teste Maulio Theodoro ꝯstant spondeo: dactilo & tribus trocheis. Ausonius ēt ait choriambū carmē epodos græci quidē in ultima accentū faciunt: & ita mediā corripiunt. Epodon carmen dicitur ẜm Acronem: quando prior uersus maior est secūdus minor: sed continuo tenore primi uersus sensus uersu seqñti ꝯcludit͛. Epodos inquit Tortellius apud nos dici pōt carminis cantus: īde epodion diminutiuū .i. paruum carmē: quod ab lyricis clausula breuis dicit͛: quasi præcisos uersus integris subiiciat: hoc autē modo cōponeret͛ ab ἔπος & ᾠδή. Diomedis tamen sententia magis placet: ut epodi dicantur uersus illi: quia ἐπᾳδονται.i. accinūtur: ἐπᾳδω uero accino & incanto significat ἐπῳδή incātatio dicitur: ἐπῳδος incantator: ἐπᾳδω cōponitur ex ἐπί & ᾄδω.i. canto inde enim ἐπᾳδω.i. accino. Acron etiam putat posse dici ab epos: atqꝫ huius iambici metri inuētorem fuisse archilochū scribit Hora. sic dicēs. Archilochū ꝓprio rabies armauit iambo: hūc socci cepere pedē grādesqꝫ cothurni. De iābo latius dictū est: ode. xvi. libri. i. Epos dēiqꝫ ut Diomedes scribit: dicit͛ græce carmē hexametron diuinarꝫ rerꝫ & heroicarꝫ humanarūqꝫ cōprehēsio: epos latie prius digne scripsit Liuius iis q romanorꝫ gesta decē & octo cōplexus est libris: q & annales scribunt͛: ꝙ fere singulorū annorꝫ actus contineāt. Epos aūt appellat͛: ut græcis placet ab ἔπω dico: ꝓprie.n. epos est ἔμμετρος λόγος .i. metricus sermo: uel ab ἕπω.i. sequor: qm̄ hoc uersu uerba rñdēt mutuo: ἕπω ergo duo significat: dico uel sequor. Gel. itē li. xvii. c. ix. scri. epos.i. carmen dici ab ἐπεσταί καὶ ἐπεῖν.i. ab eo qd͛ est seq & dicere.

Q uinti Hora. Flacci Carmen Epodon incipit.
Prima ode dicolos distrophos ad Mecœnatē.

Ibis liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula:
Paratꝰ omne cæsaris periculū
Subire mecœnas tuo: (stite
Q uid nos: quibꝰ te uita super
Iucunda/si contra/grauis:
Vtrum ne iussi persequemur ocium
Non dulce/ ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturi/ decet
Q uem ferre non molleis uiros:
Feremus: & te uel per alpium iuga:
Inhospitalem & caucasum:
Vel occidētis usqꝫ ad ultimum sinum:
Forti sequemur pectore.
Roges tuum laborem qd iuuenē meo
Imbellis/ac firmus parum
Comes/ minore sum futurus in metu:
Q ui maior absentes habet:
Vt assidens implumbibus pullis auis
Serpentum allapsus timet
Magis relictis/non ut adsit auxilii
Latura plus præsentibus.
Libenter hoc/& omne militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ:
Non ut iuuencis illigata pluribus

Argumentum. ODES Primæ.

ANT. Mecœnas: uti etiam Apianus ostendit: secutus est Augustum in siciliam usqꝫ cū. M. agrippa cōtra sex. Pōpeiū: ubi tādē bello nauali pōpeius ipse supatus est: ut late oñdimus ode sexta li. i. secutus itē Augustū mecœnas ē cōtra. M. Antoniū & Cleopatrā apud actium epiri ꝓmontoriū: ubi naumachia liburnarꝫ ꝑsertim uictus Antonius in ægyptū usqꝫ fugit: augusto ēt ꝑsequēte: donec Alexādriā ui cepisset ibi Antoniꝰ sibi mortē cōsciuit: & Cleopatra. Hora. itaqꝫ mecœnatē alloquit͛ euntē in naumachiā cū ipso Augusto paratū omne cæsaris piculū suo ꝓtegere: hinc ei timēs dolet poeta se relictū esse in urbe: dicēs ociū sine mecœnate sibi nō dulce fore: sed libenter in mecœnatis gratiā militare uoluisse: nō aūt lucri cā quo fieret ditior: nā minime parare cupit: qd͛ aut auarus uti Chremes cōtinuo labore accumulet īde abscōdat: aut uti cōsumptor & ꝓdigus dissipet. Oñdit itaqꝫ se paruo & iā parco ꝯtentū: illoqꝫ parce fruiturum. Ibis liburnis &c. Ode est dicolos distrophos: hētqꝫ metrū iābicū: qd͛ binis uersibꝰ scādit͛. Pri

Aratra nitantur meis:
Pecus ue calabris ante sidus feruidũ
Lucana mutet pascuis:
Nec ut superni uilla candens tusculi
Circæa tangat mœnia:
Satis/superq; me benignitas tua
Ditauit/haud parauero (mam
Quod/aut auarus ut chremes terra p̃
Discinctus aut perdam ut nepos.

mus.n.iābicus hexameter ẽ uel trimeter si misceant̃ spõdei. Secũdus tetrameter uel dimeter spõdeis isertis. Meminisse tñ debemus: ut scribit Diomedes uitiũ nõ eẽ in huiusmodi uersib9: si prius pes tertius: & qntus spõdei iter cæteros iābos occurrẽt: aliqñ aliq ex trib9 aliqñ nullus. Eritq; sincer9 iābicus siñ alienis pedib9 hoc & i tetrametro obseruabim9: ut primũ pedẽ & tertiũ spõdeũ: si qñ occurrit recipiam9. Secũdũ & q̃rtũ iābos reseruemus. Tu āt lector aiaduerte Hora. in illo uersu. Roges tuũ laborẽ qd iuuẽ meũ posuisse spõdeũ in q̃rto loco: nã imitatus est ueteres comicos: q qdẽ spõdeũ in secũdo uel q̃rto loco posuerũt: q iuenerũt ẽt apud græcos comicos uetustissimos q̃uis tñ raro fieri hoc idẽ: de quo late Priscia. Mālius āt Theodo. metr iābicũ senariũ scribit recipe spondeũ dactilũ & anapestũ locis iparib9: pyrrhichiũ ultimo tñ loco: i secũda aũt epodo hos pedes. Flaccus Hora. posuit: ut dictũ est: quos locis suis oñdemus Priscia. qdẽ scribit Veteres comicos ac tragicos latinos i iābico oĩbus l locis idifferẽter posuisse quinq; pedes. s. iābũ tribracũ anapæstũ dactilũ uel spõdeũ: sed ultimo loco iābũ uel pyrrhichiũ solum. Ibis liburnis: erãt sub pfectis classium deni, tribuni p cohortes singulas ↄstituti: singulæ āt liburnæ singulos nauarchos. i. q̃si nauicularios hẽbat q exceptis cæteris nautaꝝ officiis gubernatorib9 atq; remigib9 & militib9 exercẽdis quottidianã curã & iugẽ exhibebãt idustriã: auctor ẽ Vegetius Mecœnas ergo uel tribun9 cohortis erat uel singulæ liburnæ pposit9 s. potius uero tribunus. Liburnis. Augusto dimicãte actiaco bello cũ liburnorũ auxilio pcipue uictus fuisset Antonius. expimẽto tanti certaminis patuit liburnoꝝ naues cæteris aptiores. Ergo similitudine & nõie usurpato earũdẽ istar classem romãi pricipes texuerũt: liburnia nãq; Dalmatiæ ps ẽ: cui9 exẽplo naues bellicæ fabricabant̃ & appellabant̃ liburnæ: minimæ āt hẽbant remoꝝ singulos ordines: paulo maiores binos: idoneæ mẽsuræ ternos uel q̃ternos: iterdũ q nos sortiebant̃ remigũ gradus: i actiaco uero bello lõge maiora cõcurrisse nauigia referunt: ut senoꝝ ẽt uel ultra ordinũ fuerint: hæc ex uegetio. Liburnis. Apianus li. ii. scribit illyrioꝝ gẽtẽ liburnos eẽ. Pli. li. iii. c. xxiii. sic ait. Liburniæ finis & initiũ dalmatiæ scardõa i amne ea. lxii. milib9 passuũ a mari Strabo uero li. vii. docet scardonã eẽ oppidũ liburnicũ Ptolæme9 itẽ li. ii. liburnoꝝ urbẽ scardonã ponit: pauloq; iferius dicit eẽ insulã in q̃ duæ ciuitates: scribit aũt scardũ eẽ mõtẽ. Amicenĩ cæsaris exponas uti porphyrionã stultissimũ qdem: sed ipsius Horatii satyra. n. sexta ait ad mecœnatẽ: ita te quoq; amicũ psertim cautũ: & paulopost: q te sortitus amicũ. Propugnacula: i maiorib9 liburnis ppugnacula turresq; cõstituebant̃: ut tanq̃ de muro ita de excelsioribus tabulatis facilius uulnerarẽt uel pimerẽt inimicos: ut itẽ uegetius docet. Quod āt amplæ naues altaq; ppugnacula i bello nauali apud actium fuerint Maro quoq; li. viii. ita oñdit. Alta petũt pelago credas i mare reuulsas Cycladas. aut mõtes cõcurrere mõtibus altos. Tãta mole uiri turritis puppibus istant. Subire tuo: ptegere tuo piculo. Quid nos: qbus te uita si supstite: in cũctis oĩbus antiqs codicibus id carmẽ hẽc legim9 si nõ sit: ut qdã legũt: itaq; talis erit ordo. Quid nos supple agemus: qbus uita iucunda supple sit uel erit: si te supstite adde sit uita nobis: si contra. i. si te haud supstite uita sit nobis: grauis erit & molesta: nec ullo pacto sit legẽdũ ẽt: sñia. n. nõ satis cõstaret Porphyrio quoq; si legit dicit. n. poetã posuisse bis pticulã si & semel abũdare: & uerbũ extrinsec9 accipiẽdũ sit: ut plena fiat elocutio: si igitur extrĩsec9 accipiẽdũ ẽ sit uerbũ si bis legẽdũ ẽ: nec pterea semel abũdat: ut dixit idẽ porphy. qd sane ordo noster oñdit. Vtrũne: sensus ẽ debem9 ne ociũ seq ñ dulce nisi tecũ simul: an patiemur bellicũ laborẽ laturi mẽte. i. quẽ mẽte solũ ferre debem9: qm̃ corpe nõ ualemus: quẽ. s. laborẽ decet ferre uiros nõ molles. Iussi: abs te q̃dẽ o mecœnas. Ociũ qetẽ & uacationẽ militiæ. Mẽte laturi: tolerat uri mẽte tñ ipsum laborẽ: corpe. n. ibecilli neqmus. Alpiũ iuga: alpes mõtes sũt altissimi: q italiã ab germania submouẽt teste Pli. li. iii. hoꝝ mõtiũ difficultatẽ legito apd' Liuiũ li. i. de bello pu. scdo: nono āt diei alpiũ iugũ puentũ fuit ab ãnibale. xv. uero die alpibus supatis i italiã attigit. Caucasum: Caucasus scythiæ mõs ẽ: dictus q̃si graucasus hoc est niue cãdidus: ut Pli. ait li. vi. Herodotus quoq; li. vi. scribit. Caucasum oĩum mõtiũ altissimũ eẽ. Inhospitalẽ: ihabitabilẽ: pp niues. Roges: rogare posses. Minore metu. ea si qdẽ metuã dũtaxat q̃ uidero: absens uero p diuersas suspitiones ẽt plura timebo q̃ q̃ accidere possunt. Assidẽs: icubãs. Nõ ut adsit: sensus ẽ: ut magis timet: relictis pullis auis: qa maior metus absentes hẽt. Et q̃uis adeẽt ñ tñ plus auxilii pñtib9 ferret q̃ relictis: sic ẽt Hora. magis timet absenti mecœnati q̃uis pñs plus auxilii ñ ferret. Nõ ut adsit: ordo ẽ: nõ ut adsit. i. q̃uis adsit latura sit pl9 auxilii pñtib9 supple q̃ relictis. Est āt legẽdũ: ñ ut adsit auxilii p apocopẽ. Vel ñ ut sit auxilii: sic. n. i antiquo ẽ codice. In tuæ spẽ gratiæ: ñ igit̃ in spẽ pdæ & lucri. ut. s. plura sibi aratra cõparet. Nõ: ut ordo ẽ: nõ ut aratra nitant̃ illigata plurib9 iuuẽcis meis. i. ut plures mei iuuẽci: aratris alligati nitant̃: & id p hyppalagẽ. Pecus ue calab. añ in secũdo pede tribrachus est q põt ẽt in q̃rto pede locari: qm̃ tpibus par est iãbo: de quo Priscia. Calabris lucana mutet pascua: dicit ut ante calorẽ pecus mutet lucana pascua calabris. s. pascuis: lucania. n. nõ multũ calet æstate Varro ait: neq; eadẽ loca æstiua & iberna idõea oĩbus ad pascẽdũ: itaq; greges ouiũ lõge abigũtur ex appulia i samniũ æstiuatũ & a cãpestri æstate exigunt̃ in altos mõtes. Lucania aũt: ut strabo docet li. vi. Iter tyrrhenũ siculũq; latus iacet: qbus samnites ppinq: accolæ uero tractũ oẽm post calabros appuliã uocãt.

Ante sydus feruidũ. i. añ æstatis initiũ qd' est. vii. idus maias teste Columel. li. xi. uel qa idib9 iunnis calor incipit: ut ibidẽ scribit. Sed potius de canicula: quæ. vii kalẽ. augustas apparet: fitq; caligo æstuosa: ut idẽ dicto li. edocet: q ẽt li. viii. de mõ pascẽdi iqt: Sed obseruãdũ ẽ sydus æstatis p emersum caniculæ. Supni tusculi. Thusculũ l romæ cõspectu erat i sũmo mõtis sitũ. Ciuitas egregiis ornamẽtis isignis: eã uineta coronabã: tectaq; magnifica: ex ea psertim regiõe: q in romanũ descẽdebat aspectũ. aderant & uillæ uariis decoratæ apparatib9. Hæc ex Strabone li. v. Erat āt tusculũ i colle sitũ: q oppositus est oppiduloq; qd' nunc Rocca papæ appellatur.

nā & nomē & uestigia qdā eo in loco adhuc retinet. Circa mœnia supni tusculi: id ait qm thelegonus Circes & ulyssis filius dr̃ tusculū ædificasse. Tangat.i.tāta sit uilla ut supni tusculi mœnia tangat. Villa candēs.i.splēdida & uario decorata apparatu: tales.n.uillæ sub tusculo erāt ut diximus. Benignitas: benignus, ꝓprie dicit̃ is qui bonis & dignis largit̃: ut festus ait. Ditauit. Epistolaꝝ primo ēt mecœnati inqt. Tu me fecisti locuplet etem. Haud parauero: sensus est: ꝙ nō parabit: qđ aut auarus ut Chremes cōtinuo labore accumulet: īde abscōdat: aut uti consumptor & prodigus dissipet p qđ ostendit se paruo & iam parco contentum illoꝗ parce fruiturum. Chremes terra ꝑmam. Terē. in heau. scribit Chremē multa suo labore bona inuenisse. Vt ꝗ clitipho eius filius ꝓdigus illa nō posset pderet: neq egeret: sibi proximis cōmisit & credidit ubi ei esset præsidium uictus & uestitus. Hora. adē contra auarū satyra prima scribit. Quid iuuat immēsum te argenti pōdus & auri furtim defossa timidum deponere terra. Maro ēt li.ii.geor. ait condit opes alius: defossoꝗ incubat auro. Discinctus nepos.i.negligens: dissolutus: incōptus: ineptus. Nepos.i.cōsumptor: ꝓdigus: luxuriosus. Nepos.n.ut scribit diomedes significat & certū cognationis gradum & consumptorem. Priscia. ēt ait lib.ii. Nepos filius filii & nepos luxuriosus. Nepotes inqt festus luxuriosæ uitæ hoies appellati ꝙ nō magis iis rei familiaris suæ cura est: q in his in quibus pater auusꝗ uiuunt: porphyrio uero dicit ita: Nepotem ueteres ꝓdigum ac luxuriosum dicebant: qa re uera solutiores delicatioresꝗ uictus soleant esse sub auo nutriente. Nepa aūt scorpius dicit̃. Cicero in aratro. Atꝗ oculos urget pedibus pectusꝗ nepai: pro nepæ.i.scorpii: ut & Priscianus li.vii. docet. Festus uero scribit ꝙ nepa sydus cancer appellatur: uel ut quidam uolunt scorpius Nonius pterea sic ait nepam qdam cancrū putāt: uam uere scorpius dr̃. Pli.li.xi. de scorpionibus scribit ꝙ quidam ab ipsis fœtum deuorari arbitrant̃: unum modo relinq solertissimum: & q se ipsius matris clunibus imponēdo tutus & a cauda & a morsu loco fiat. hunc esse reliquoꝝ ultoremꝗ postremo genitores conficiat superne patiuntur aūt undeni: hæc ille. Merito tergo a nepa.i.scorpione nepos deducit̃.i.consumptor.

ACR. Ibis liburnis. Metrū hoc iābicū dr̃: prius.n. uersus iābicus trimeter est: scđs dimeter iambicus. Epodon hoc carmē dr̃. primus.n. uersus maior est: secundus minor. Et primus uersus epidin.i.ꝓcanit: uel qa græce epos carmen dr̃ ideo epodon hic liber nominat̃: quia continuo tenor primi uersus sensus uersu sequenti ꝯcludit̃. Hui⁹ uero metri inētor fert̃ Archilochus. Duo sunt genera hmōi stili. Epodon & prodō: Epodō dr̃ quasi post cantatio: ut quid dicit primus uersus ordo sequētis explanet. Prodon per cōtrarium: quasi ante cātatio: hoc ipsum item epodon quasi prodū: hoc est post uocem post cantilenā: liber iste epodon appellatur & quæritur de noie ipsius. Soluitur sic aut quia in itinere posito mecœnati. h. d. aut quoniā ita uersus ordinati sunt: ut singulæ qbusꝗ clausulæ recinant. Clausulam dicūt lyrici preciosos: & non integros uersus. Præcedit semp trimetris iambicus: & sequitur dimetris. Trimetris aūt dr̃ qui habet. vi. iambos. Dimetris qui habet iiii. iambicus trimetris. Tragicus recipit pedes denos: uidelicet spondeū primum tertium & quintū. Sinistros iambos uidelicet. ii. quartū & vi. Diu potētes ferre uix satis opem. Comicus erit qui frequētes tribracos habet ut Agite qd dubitatis hylares dare choros. Satyricus medius. ut Musæ iouē. laudate & hylares date choros.

Ibis liburnis. mecœnatem prosequit̃ euntem ad bellū nauale cum Augusto aduersum Antoniū & Cleopatrā. Ad actiacum bellum iturus Cæsar aug. liburnis ꝓposuit mecœnatem. hac igitur illū poeta oratiōe solatur. Liburnæ nauiculæ textæ uiminibus. Amice propugnacul: aut in muro ita & in nauibus fiūt propugnacula post quæ dimicantes armati consistunt. Quid nos. eclipsis. deest faciemus. Superstite: pro præsenti posuit: ut plautus. Nemo adest hic superstes. Vtrū ne iussi. a mœcenate aut a Cæsare. ipso.n. agente Hora. ab Augusto meruerat militiæ uacationē quod iniucundū sibi sine ipso cōfirmat. An hunc.s. tecum suscipiemus laborem. quē molles ferre nō possunt. Inhospitalem: aut pp nimia frigora: aut inhabitabilē pp montis ipsius asperitatē: ut in hospita syrtis. Pectore: ratio metonymicos. imbecillē.n. se corpore in sequēti dicturus erat.

Quid iuuē meo. humanæ mētis rō est ut dilectis plus timeat̃ absentibus p diuersas suspitiōes dicit ergo ꝙ nō comitatu suo imbecillis fortissimū uirū posset iuuare: sed aut pñs cū eo timor esset: aut salutis eius minorē pñs sustineret sollicitudine. Luca. ut timorem sollicitæ mentis oñderet. Euentus belli sciat ultima cōiunx. Vt assidēs implumib⁹ pullis auis. a. apta inertiū curæ auiū ꝯparatio. Ille.n. nidos nō relinquūt cura pietatis: dum uindicare nō possunt serpentū allapsus: ut ipsa serpentū incursus timet magis pullis relictis. Libenter hoc & omne. m. b. noue & eloquēter dixit militabit̃ bellū: ut pugnā pugno seruitutē seruio. In tuæ spem gratiæ: non spe prædæ sed gratiæ mecœnatem se dicit nolle deserere. Ante. s. f. aute caniculares dies. Lucana. m. p. i. non ut saltus lucaniæ æstiuos accipiam: ad quos greges uitātes æstus calabriæ trāsferant̃. Superni. alti.i. in superiore positi. Candens: aut pro altitudine niuosa: aut marmoribus compta. Circæa. t. m. thelegonus circes filius tusculū condidit: aut circea mœnia campaniæ.i. nolo continuare agros tusculanos usꝗ ad circæum. Benignitas: liberalitas. Parauero: acquisiuero. Et est pronunciatū futuri tpis ut docuero. Vir. Donec me flumine uiuo abluero. Vt chremes: nomen in Terētio diuitis & tenacis. Discinctus: dissolutus & liberius agens: ut malchinus tunicis demissis ambulat. Nepos: luxuriosus negligens.

POR. Ibis liburnis inter alta. n. a. p. hic liber Epodos inscribit̃. s. ꝙ ita uersus in eo ordinati suntut singulis qbusꝗ clausulæ suæ succinant̃. Clausulas autem lyrici appellant quasi ꝓciosos uersus itegri subiectos qlis est scđs: amice ꝓpugnacula: & deinceps: alterni qbus tertia pars deest: qua minus sint præcedentibus similes ipsi sequentes quos merito hellines clausulas appellant & αλλιωσιϲ. Basi.n. tertia pars opus est ut integer fiat. Ibis liburnis inter alta nauium. a. p. non ui uerecūdiæ Horatii conuenire ut amicum se mecœnatis dicat: eum clientem debebat dicere. Nunqd ergo sic ordināda phrasis est ut amicū cæsaris intelligamus: & iō bis cæsaris accipiēdū erit: ut sit tale: amicus cæsaris mecœnas ibis liburnis paratis periculum cæsaris tuo periculo subire. Quid. n. q. t. u. s. i. n. s. c. g. bis posuit periculū: si semel abundat: melius.n. sic loqueretur quibus te supstite uita iucunda est si contra grauis est: ergo uerbum extrinsecus accipiendum ex eo fit ut plena fiat elo

cutio. Si contra grauis.i.supstiti contraria. Vtrum ne iussi psequemur ocium iussi a te aut nunqd a cæsare di.n.cæsar Aug. dedisse Horatio militiæ uacationem cũ aliis negasset. An hunc laborẽ mẽte laturi decet quem ferre non molles uiros feremus. Sensus ãt est hic:ait nunqd aio laboraturi per absentiam tuã suscepimus:i & corporis laborem tecũ eundo:corporis.n.labor uult nõ mollium uirorũ. Comes.m.sum.f.in.m. Qui maior absentes habet. Sensus est: si comes sim minorem metum patiar qui semper absentibus esset:i attende a singulari numero ad pluralem trãsitũ fecisse nũc. Vt assidens iplumibus pullis auis serpentũ allapsus timet:at tende elocutionem illis timet p datiuũ casum non p illis timet:sic Teren. Scyte nbi metuit. Nõ ut adsit auxilii natura plus pñtib⁹:sit uerbum hic deest:& si particula:qa ordo & sensus hic est:non ut plus auxilii pñtib⁹ sit latura si adsit. Pecusue calabris ante sydus feruidum Lucana mutet pascua:ambigua qdem elocutio ẽ:sed cũ ante sydus feruidum dicat & calabriam manifestissimũ sit calidam esse:apparet eũ hoc dicere nõ ut pecus ante feruidissimũ æstatis tps ex calabris in lucaniam transeat. Cyrcæa tangat mœnia:tusculum itelligendũ. qa thelegonus circes & Vlyssis filius hoc oppidũ condidit. Sensus est ãt:at neq; in tusculano possideã uillam q̃ ibi ædificia habeat usq; ad ipsam urbem. Satis supq;.b.t.d. Donatũ sibi in sabinis fundũ a mecœnate Hora. sæpe testatus. Quod aut auarus ut Chremes terra pmam:qm̃ chremes nomen senis est in comœdiis: ibi.n. senes fere auari finguntur:uf nõ imerito Chremetem auarũ dixisse:sensus autẽ nõ studebo nummos acquirere quos thesauris cõditos terræ subfodiam:p qd ait nolle nũmos habere plures q̃ opus sit ac p qd sollicitã hẽt uitã. Discinctus aut pdam ut nepos:discinctos pro negligentibus solent dicere:nepotẽ aũt ueteres pdigũ ac luxuriosum dicebant:qa tenera solutioris delicatiorisq; uictus soleant esse qui sub auo nutriuntur.

CHRI. Ibis liburnis:ãter alta nauium. Versus iãbicus est:sed prius iãbicus trimeter. Scds dimeter:nã q̃uis trimeter sit sex pedũ:tñ pp uelocitatẽ p tribus accipiunt. Epodon carmẽ est: ut placet Acroni in quo primus uersus maior est:minor secũdus & primi uersus επαδει.i.accinit. Vel qa epos carmen dr:iõ q; hunc librum epodon noĩari dicit:qa continuo tenore primi uersus sensus uersu sequenti concludit. Diomedis ãt grãmatici insignis eadem pene sentẽtia est. Ait.n. epodos dici uersus quolibet metro scriptos: & sequentes clausulas habentes particulares:in quibus singulis uersibus singulæ clausulæ adiiciunt. Dictos ãt eẽ epodos συνεκλοχικωσ a partibus uersuũ quæ legittimis & integris uersibus επαδονται.i.accinuntur. Ibis: demõstrat q̃ anxius sit de salute Mecœnatis:qui cõtra Antonium bello nauali decertaturũ. Octauianum comitabat. Liburnis. nauigii hic genus ẽ. A libi uero curtus a populis liburnisq iuxta sinum illyricum sũt. Vir. Regna libur norũ:& fontem superare timaui. Alta p. Nam & Vit. in hoc nauali plio alta nauigia describit. Credas ĩ mare reuulsas cycladas. Aut montes cõcurrere montibus altos: Tanta mole uiri turritis puppibus instant. Paratus subire periculũ. Cæsaris tuo.i. opponere te morti p illius salute. Quid nos sñia est:nos aũt q romæ restamus futuri sumus icolumes & læti te incolume. Si autem contra nos quoq; cõtra in luctu uicturi sumus.

Iussi nã intercedente mecœnate Hora. belli uacatiõe ab augusto donatus est. Feremus An. Contexe sic:an feremus hunc laborẽ laturi ipsum mente qa ibellis corpore non posset quẽ ferre decet nõ molles uiros. Comes minore. Scio si te sequar nihil me te iuuaturũ:Sed ero in minori metu. Nam si absim:oĩa q̃ accidere possunt timebo ẽt si nõ accidant. Si fuero tecum timebo tñ ea quæ accident. Vt assidens:i conueniens comparatio. nam q̃uis mater pullorũ auis non possit eos ab allapsu serpentum tutari:tñ in minori anxietate sunt psentes. In spem tuæ gratiæ.i. libenter militabo:ut tibi rem gratã faciam. Neq; tuã beniuolentiam cupio:i ut plura a te cõsequar munera:hoc aũt sic exprimit. Nõ ut aratra illigata plurimis meis iuuencis nitant.s. cõtra obstantẽ terrã.i.arent. Sed lege p hyppallagen ut sit:nõ ut plures iuuenci illigati aratris nitant.i.nõ ut habeã plura rura. Pecus ue. Nec habeã multa armenta. Est aũt de cõsuetudie ut hiemali tpe armenta in calidioribus locis:ut est calabria:æstiuo uero in frigidioribus:ut est lucania & quæcũq; alia regio montana pascant.

Candentis:ex niue aut pp marmora. Circea mœnia.i.mœnia ipsius tusculi cditi a Thelegono Circes & Vlyssis filio:Vel dixit nolo continuare prædia tusculani agri usq; ad circeos. Satis ditauit. Nam quæ satis erant dedisti. Nec uolo superflua quæ si essem auarus ut terentianus Chremes occultarem intra terram:aut si essem nepos.i.luxuriosus:& deses perderem. Discinctus:piger negligens.

Argumentum. ODES.II.

CANT. Hac ode rusticæ uitæ laudes & cõmoda poeta scrib. appellatq; ante omnia beatum illum:qui suis bobus pña rura exercet & colit:remotus ab omni fœnore militia foro & ciuium fastu scribitur aũt eodẽ metro quo & præcedens. Præterea cum duæ uitæ traditæ sint hominum rustica & urbana. antiquior est multo rustica:prius eni rura coluerunt homines: q̃ urbes haberent:neq; solum antiquior cultura agri:sed etiã melior. Vnde q eam colerent piã & utilem uitam agere credebãt oium.n. rerum ex quibus aliquid exquiritur nihil est agricultura melius nihil huberius:nihil dulcius:nihil homine libero dignius. Dirigit ea ad duas metas ad utilitatem & uoluptatem.

Vtilitas quærit fructum. uoluptas delectationem; hinc Homerus Laertem lenientem desiderium quod capiebat e filio colentem agrum & eum stercorantem facit beatus ille. Virgi. quoq; li.ii.g. ait. O fortunatos nimium sua si bõa norint. Agricolas:quibus ipsa procul discordibus armis:Fundit humo facilem uictum iustissima tellus. Si non ingentem foribus do//

Ode.ii.dicolos distrophos rusticæ uitæ laudes cõtinet.

BEatus ille/q pcul negociis:
Vt prisca gens mortalium
Pña rura bub⁹ exercet suis:
Solutus omni fœnore:
Nec excitatur classico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumq; uitat/& superba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta uitium propagine
Altas maritat populos:
Aut in reducta ualle mugientium

Prospectat

Prospectat errantes greges:
Inutilesq; falce ramos amputãs:
Fæliciores inserit:
Aut pressa puris mella cõdit ãphoris:
Aut tondet infirmas oues:
Vel cum decorũ mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit:
Vt gaudet insitiua decerpẽs pira
Certantẽ & uuam purpuræ
Qua muneretur te priape/& te pater
Syluane tutor finium
Libet iacere modo sub antiqua ilice
Modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ
Queruntur in syluis aues:
Fontesq; lymphis obstrepũt manãtib9
Somnos quod inuitet leues.
Aut cũ tonantis annus hybernus iouis
Imbres niuesq; comparat:
Atrudit acreis hinc & hic multa cane
Apros in obstanteis plagas:
Aut amite leui rara tendit retia:
Turdis edacibus dolos:
pauidũq; leporẽ/& aduenã laqo gruẽ
Iucunda captat præmia.
Quis nõ malarũ, q̃s amor curas habet
Hæc inter obliuiscitur?
Quod si pudica mulier in partẽ iuuet
Domum/atq; dulceis liberos:

mus alta superbis: Mane salutantum totis uomit ædibus undam &c.postea sequitur: At secura quies & nescia fallere uita: Diues opum uariarum at latis ocia fundis: Speluncæ uiuiq; lacus: a frigida tempe. Mugitusq; boum mollesq; sub arbore somni &c. Et Seneca epistola prima li.xiii. de Scipione maiori inquit. Abluebat corpus laboribus rusticis fessum. Exercebat .n. opere se terramq; : Vt mos fuit priscis ipse subigebat. Procul negociis. ab molestiis urbanæ uitæ. Vt prisca gens mortalium: hoies a principio genitos dicunt in agris pastum quærentes syluestri: & incondita uita uixisse. quibus herbæ & arborum fructus ultro uictum præberent : iidemq; nullo subsidio fulti duram agebant uitam. Erant .n. nudi: nullo neq; ædium neq; ignis adinuento usu : cibo in diem quæsito agrestes fructus in usum futurum condere & seruare ad ægestatẽ ignorabant. Experimento deinde edoctos & spelũcas aiũt quæsisse ad euitandam uim frigoris & fructus seruare cœpisse. Demum notitia utiliũ re℞ percepta: cæteras quoq; uitæ hoium cõmoditates breui tpe esse adinuentas. hæc & plura Diodo. in principio. Solutus oi fœnore. liber ab oi debito & usura. non .n. illi subiicitur aliquo pacto seu necessitatis seu lucri cã. Fœnore. fœnus ut Pompeius scribit appellatur naturalis terræ fructus ob quẽ cũm uũmorũ fœtus fœnus est uocatus. Marcellus uero ait: q fœnus dictum est quasi fœtus uel fœtura : eo q pecuniam pariat. Neq; excitatur. uitæ incommoda quibus rustici carent prosequitur. non .n. rustici auaritiæ cã militiam subeunt. non nauigandi curam. non salutandi tædia.

Scipio hoium uictus

Fœnus

Classico truci: terribili tubæ sonitu. Classicum præterea dicimus & tubam ipsam & sonum. Estque classicum tuba retorta, quod Seruius docet li.vii. æn. Priscianus uero li.v. de.xii. car. ait q classes equitum ordines uocãt qui maxime utunť tubis. Foriq; uitat. forum iudicatorum & litium est sedes: ut Marcellus docet. Fo℞ est negociatoris locus : forũ est in quo iudicia fieri solẽt: ut Festus asserit. Supba ciuium limia . per hæc salutationum officia innuit. hinc ait poeta li.ii geor. Si non ingentem foribus domus alta supbis : Mane salutantũ totis uomit ædibus undã. Ergo aut. Rusticæ uitæ cõmoda atq; oblectationes incipit explicare priusq̃ de uerno tpe. Vitium propagine. i. stirpe propagationum uero genera ac modos legito Colu.li.iii. Culturas aũt uitiũ & arborũ. Emolphus atheniensis inuenit: ut Pli. scr. lib.vii. Acron ait adulta pro adultarũ: qd' minie pbãdũ ẽ. Nã ut docet Colu.li.iii. ppago tertio anno a mre sepabiť Palla. ẽt scr. Propagines post bienniũ radicatas trãsferẽdas. Maritat populos, hoc ait. qm̃ ut scribit li.iii. Columella de arbustis : Vitẽ maxime populus alit. deinde ulmus. deinde fraxinus. Pli. autem lib. xvii. de umbris arborum scribit populo nullam esse umbram ludentibus foliis . scribit idem q ulmorem leuis est umbra: etiam nutriens quæcunq; opacat. Scribi item arbores maritare nisi ualidas inimicum esse enecante ueloci uitium incremento. ppterea igitur Horatius ait: Altas maritat populos. Et Columella li.iii. Docet arbores sexto anno si iam firmæ uidebuntur maritandas. Reducta ualle .i. depressa uel secreta quasi retroducta sunt. u. ualles loca quæ montibus subsidũt. Conuallis, ut inquit festus est planicies ex omni parte compressa montibus collibusue. uallis autem duobus lateribus inclusa planicies. Inutilesq; falce ramos amputans. Acron ait putatorem signat. quod quidem minime uerum est, nam ille tantum signatur qui parat insitionem. Vnde etiam Maro li.ii. georgi. ait. Aut rursum enodes trunci resecantur: & alte Finditur in solidum cuneis uia deinde feraces plantæ imittunť. Naso item ait ueneris insitio fac ramũ ulmus adaptet. De insitione aũt uideto Pli. li.xvii. Pressa mella. pressa ait qm̃ pressis fauis mella defluunt. Vnde Maro li.iiii. geo. ait. Mella premes. Sunt aũt mellis cõficiendi tpa duo Ver atq; autũnus sed Vernum suauius candidiusq; ac oino præstantius autũnali est Auctor Aristo. lib.ix. de animali. Amphoris: amphora uasis genus est. a græcis αμφορευσ diciť. Tondet infirmas oues. i. ĩbecilles & molles. Vñ Maro. li.iii. g. ait. Glacies ne frigida lædat Molle pecus scabieq; ferat turpesq; podagras. Collu. ẽt li.vii. appellat pecus mollissimũ. præterea palladius li.vi. de maio. scribẽs docet locis temperatis eo mense ouium celebrandã esse tonsurã. docet item quo unguine perungende sint ut toto anno curentur. Vel quem decorum. Autumni cõmoda narrat. Decorum caput. poetico more Autũnum describit quasi corpo talem deũ pomis coronatũ. Festus inquit Autũnum dictum q tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus. Vt auget. s. ipse rusticus. ut aũt nunc pro quã exponiť sicut item inferius ibi. has inter epulas Vt iuuat pastas oues uidere properantes &c. Eritq; tunc admirandi aduerbium posset item exponi. Vt quẽadmodum. Certantem & uuam purpuræ. Nigram uuã intelligit mixto rubore quodã purpura .n. piscis est in cõcha degens quæ florem illũ tingendis expetitũ uestibus in mediis habet faucibus: liquo

Classicu

Forum

Emolphus

Propagines

Populus arbor

Vlmus

Vallis cõuallis

autũnus

purpura

t

ris hic minimi est i cādida uena unde præciosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens reliquū corpus
sterile. Auctor est Pli.li.ix. Muneretur. Pli.li.xviii.scribit q̄ olim nō gustabant nouas fruges aut uina anteq̄ sa
primiti/tiæ cerdotes primitias libassent. Aruorum āt sacerdotes rōulus in primis istituit. Muneref: Munero & muneror
actiua i significatiōe recte dicif inquit porphyrio. prisciauusq; li.viii.docet antiquos multa hmōi protulisse: ut
munero mune/ror partio: & partior reuerto & reuertor &c. Priapeis deus non solū in urbiū templis sed in agrestibus quoq; lo
cis tanq̄ uinearæ atq; hortorum custos colebatur fructuum fures castigans ei sacra cum risu & ludo fiebant. fa
bulāf antiq Dionysii ac ueneris filiū fuisse. asseruntq; nōnulli priscos illos quū uellēt holum pudēda occultius
priapus noiare priapū dixisse. Auctor Dio.li.v. Et nos latius.li.iiii.ge. Siluane tutor finiū: hoc ait qm̄ siluanus aruorū
Siluan9 et de9 est. hic Vir.li.viii.ait. Siluāo fama est ueteres sacrasse pelasgos Aruorum pecorisq; deo. lucūq; diemq;. Qui
primi fines aliqñ habuere latino1. Libet iacere modo sub antiqua ilice in antiquissimo codice manente in
summi pontificis bibliotheca apud ædem Sancti petri in Vaticano: hoc supiori cōiungif in aliquibus ēt diui
ditur: acron: porphyrio: & Diomedes coniungunt & ita agēdum est nam supiori sniæ hæret. Dixit. n. Vel cū
decorum mitibus &c. Libet. s. rustico: placet autem magis ut sint uerba ipsius Horatii sicut superiora ad alfiū
fœneratorem q̄ ipsius alfii ut acron porphyrioq; uoluerunt unde hyemis ēt commoda in rustica uita narra
bit sicut supius & ueris & autūni. Præterea quo pacto potuisset urbanus ciuis rusticas uoluptates narrare & oli
uas aut lapathum & hmōi præponere delicatis cibarus quibus fuerat assuetus. Horatius ergo illuc usq; prose
qui uf. hæc ubi locutus: quo in loco sum est supplendum. Tenaci autem gramine dixitqm̄ gramen genicula/
tis serpit internodiis; crebroq; ab iis & ex cacumine nouas radices spargit iumentis herba non alia gratior
siue uiridis, siue in fœno siccata. quod e graminū genere septē internodia hēt efficacissime capiti contra do
Gramē lores ad alligaf. Gramen deniq; capiti circundatum sanguinis e naribus fluctiones sistit Pli. scribit. li.xxiiii.

Obstrepunt: circunsonant & obmurmurant. Queruntur aues: querūtur: ait qm̄ ueteres omnium aialium uo
ces præterq̄ homines querelam dicebantut Porphyrio asserit. Vnde Vir. ait. Et cātu quærele rūpunt arbusta
cicadæ. itē Et ueterem in limo ranæ cecinere quærelam. Et de bobus: Atq; omne q̄relis ipleri nemus. Manā
tibus: exeuntibus ac pfluentibus. Sōnos leues. ppetuū somni epitheton. Maro. li.v. Quū leuis æthereis delap
sus sōnus ab astris. &c. deinde inquit ipse: Volās tenues se sustulit ales in auras. At cum tonantis. Nunc hye
ibernus mis commoda ad rusticam uitam explicat. Annus ibernus. i. hyems ipsa. est. n. synechdoche totum p parte
ibernus aūt ab iber descendit: dēpta m littera: ut a patre paternus: & a matre maternus imber aūt p pluuia &
oi humore ponif. Imbres. i. pluuias. Pli. lib. ii. scribit q̄ a terra caligo humida & pp uapores fumida exhalat.
hinc nubes q̄ in sublime egressæ in liquorē soluunf. Tonātis iouis. i. aeris: q uētus est & nubes imber postea
ut Varro scribit. Nos ēt latius diximus ode prima ibi. manet sub ioue frigido uenator. Tonantis aūt iouis di
Amites cit. i. aeris. qm̄ si in nube luctef flatus aut uapor tonitrua eduntf: ut docet Pli. li. ii. Si erumpat ardens fulmina.
Si longiore tractu nitaf fulgetra. iis findif nubes allis prūpitur. Plagas. de iis late in ode prima. A mite leui:
amites pticæ aucupales: ut scribit Festus. Porphyrio ēt dicit esse furculas qbus rhætia in uenatiōe uel in aucu
pio suspēdunf. Qui aūt tramite legit nō recte qdē. Cum ēt antiq textus amite habeāt. Et uersus nō ostaret: eēt
.n. ibi antibacchius: quē uersus iābicus nō recipit legēdo aūt aut amite pes erit dactylus: q ab iābico recipi. so/
let. Leui: expolito. Rara. pp maculas. Dolos. appositio est. Laqueo: idest pedica. Aduenam gruem de lon
ginquo uenire grues. Pli. li. x. ondit sicuti & Ciconiæ ueniunt: sed grues hyemis. Ciconias uero æstatis adue
nas dicit eē. Præmia: appositio est. Quis nō malarū concludit pdictis cōmodis & uoluptatibus quemq; pos
se obliuisci auaritiæ & oium cupiditatum. Malarū: supple rerū seu cupiditatū. Amor: auaritia ipsa quæ qui
dem urbanis inesse solet. id autē ad illud rettulit solutus oi fœnore nec excitaf classico miles truci &c. Quid
si pudica uel qd utrūq;. n. est in antiquis codicibus. Quid supple erit: quasi dicat uoluptas maxima: qd aūt
pro sed expone: sicq; snia iungef illuc usq; nō me lucrina &c. In partem iuuet domum. Tunc mulier in par/
tem iuuat domum: quum & ipsa quoq; ut uir aliquid operatur: quod inferiora declarant.

¶ ACR. Beatus ille qui procul negociis. Laus uitæ rusticæ. Virg. O fortunatos nimium sua si bona norint
agricolas. Negociis litibus siue difficultatibus urbanis. Vt prisca gēs mortalium: antiquitatem significat
cuius aurea sæcula credita sunt: q̄ præter ciuitatum munitiones omnes in agris uiuebant. Exercet: colit
ut Exercetq; frequēs tellurē: atq; imperat armis. Solutus omni fœnore. libera a debitis & a fœnore. Classico
miles truci. terribili tuba: ut Nec somnos abrūpit cura salubres. Horret: timet. Forum uitat & superba ciuiū
potentiorum limina: salutationes potentiorum uitans: ut Si non ingentem foribus domus alta superbis. Ma
ne salutatum totis uomat ædibus unda. Adulta: pro adultarum: quæ iam duci & propagari possint. Altas
maritat populos. coniungit. Sic. n. maritat hic dixit: ut supra uiduas uitibus carentes. In reducta: depressa siue
secreta: aut certe flexuosa idum sequitur montes. Errantes: libere pascentes: ut ille meas errare boues. Inuti
les. q. s. ramos amputans: putatorem significat arborum. Fœliciores fertiles: ut Exit ad cœlum ramis fœlici
bus arbos. Aut pressa. p. m. c. a. hoc est fauos premit. ut cæram separet: mel sincerum reparet. Aut tondet. q̄
in æstu uelleribus premātur. Mitibus. p. ueluti de æstuum nimietate. Vt gaudet insitiua decerpens pyra. pro
prii laboris. ut insere Daphni pyros carpent tua poma nepotes. Certantem & uuam: ut purpuræ preciæq;.

Qua. m. t. p. dignus donis deorum. Siluane tutor finium. custos agri siue fructuū. Libet iacere modo sub
antiq̄ ilice: antiq̄ magna. ut Forte sub arguta cōsederat ilice daphnis: hoc est refugio apta pastorum. Tena
ci gramine. quod terram radicibus stringat & cespite. Interim: pro interea. Fontesq; limphis obstrepunt
m. strepitu suo somnos suadent: ut sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Quod. quæres: ut Teren. Qu i
habet salemq; in te ē. i. quærcs. Annus hybernus ionis. i. hyberna ps anni. ut iuppiter humidus austris. Cō
parat: colligit. Trudit: excludit: expellit: ut Frustra trudentes pectore montem. Multa cane. fœminini gene
ris canem dixit: Visæq; canes ululare per umbram. In obstā. pla. fugæ aprorum appositas plagas. hoc ē rhæ

tia: ut Rhætia rara plagæ lato uenabula ferro. Amite. pertica. Leui: lympido gracili. Turdis. e. d. p. q. l. epitheta singulis dedit. turdos edaces dicendo Et pauidos lepores. Aduenam: quia transmarinæ sunt ut strimoniæq; grues. Quis non. m. q. a. c. h. amor auaritia habens malas curas: idest cupiditates. Pudica: casta. Vt castum seruare cubile Coniugis: & possit paruos educere natos.

POR. Beatus ille qui procul negociis. hæc Ode laudes rusticæ uitæ ptinet. per negocia aût hic molestias urbanæ uitæ uult intelligi. Neq; excitatur classico. & reliqua eleganter ostendit incōmoda uitæ: quibus rustici carent. Et superbia ciuium potentiorum limina. salutationum officia dicit. Altas maritat populos: proprie maritari arbores dicuntur cum uites his adiunguntur: sed speciē proposuit non. n. populi maritari sed ulmi solent. hinc autem iam cōmoda rusticæ uitæ enumerare ac describere incipit. Vel cum decorum mitibus pomis caput autūnus agris extulit. poetica fantasia finxit autūnum: quasi corporalem deum pomis coronatum in insitiua decerpens pira. merito insitiua: nam pirorum arbores quæ sponte natæ sunt necesse est dura atq; aspera poma dent. Qua muneretur te priape: & munero & muneror in actiua significatione recte dicit. Queruntur in siluis. aues queruntur inquit qm ueteres oīum aialium uoces præterq̄ hominis querelā dicebant. Vir. deniq; & cantu querelæ rumpunt arbusta cicadæ inquit. & de ranis & ueterem in limo ranæ cecinere querelam: & de bobus. Atq; omne querelis impleri nemus. Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus somnos quod inuitet leues: suauis elocutio fontes obstrepunt quod somnos inuitet. At cum to. a. hy. io. annus hybernus pro hybernum tps anni. Nota autem sinecdochen esse annū pro parte anni dicere sic: & Virg. Nunc frondent siluæ nunc formosissimus annus. Aut amit. le. ra. ten. ræ. amites hodieq; appellantur furculæ: quibus rhætia in uenatione uel in aucupio suspenduntur: & est figura εφεσίγνωσισ quia rhætia doli sunt. Quod si pudica mulier in partem. non ait q̄ si & pudica uxor rusticis contingat qualis sabina. Nec. n. existimat difficile esse rusticam uxorem Pudicam cū omnes pudicas esse intelligi uelit: sed hoc ait q̄ si & uxorem habeat quæ alioquin pudica est potest autem utiq; accidere: ut est consuetudo rustica ut uxor ei non sit: uel quia nondum ducta est: uel quia aliquo casu adempta sit.

CHRI. Beatus ille. laudat uitam rusticam: eosq; qui illa delectantur: beatos appellat: sic Vir. O fortunatos nimium sua si bona norint agricolæ. Paterna rura. a. parentibus accepta in quo demonstrat & diligentem curam familiarem q̄ fundum paternum conseruauerit & modestiam animi qui illo cōtentus fuerit: nec plura parauerit. Solutus fœnore: non. n. cura fœnerandi afficitur: sed sola agricultura contentus est. Nec ex. nec ob auaritiam militiæ curas ac labores subit. Neq; horret iratum mare. Quia non nauigat: ut mercatores qui quæstus cā periculosissimas nauigationes suscipiunt. Posuit autem tria quibus hoīes rem suam augere student: fœnus: militiam: & nauigationem. addit & quartum. nam multi patrocinando ditescunt: addit & quintam infœlicitatem uitæ ciuilis: qua resticus caret nam non sunt sibi salutandi potentiores ciues: quorū patrocinio ipse cum ambitiosus sit: magistratus quærit. Maritat sic contra in superioribus dixit uiduas ulmos. Propagine. a propagando dicta. Verum si de uiribus dicatur: ut hic profert prima syllaba longa: si de humana sobole corripit. Vir. Nimium nobis romana propago uisa potens supi. Ergo maritat ulmos cum progagine adulta ex quadam similitudine: nam ut fit coniugium maris & fœminæ sobolis cā. sic uitis & arboris ut fructus ferat. Reducta: lōga uel flexuosa. Falce: omne instrm falcatum. i. recuruum falcem appellāt. Vnde dicunt falcē putatoriam: messoriam: fœnariam: separiam & huiuscemodi. Pressa. a fauis emuncta & sincera. Infirmas. quia natura ībecilles sunt & multis morbis expositæ: sed non idem est infirmus & ægrotus. Infirmus. n. pōt esse sine morbo cui robur non sit firmum. Aegrotus autem semper in morbo est. Vt admirātis est. Priape. Hic hortorū deus est: sed de eo alibi dicetur. De siluano uero diximus. Tutor finium. i. agrorum. Libet iacere mō. Artificiosum carmen: nam maxima laus est agriculturæ cum tantū possit mouere hoīes: ut etiam auarissimos dum cupiditas pecuniæ cædit rōni ad se amandā alliciat. inducit igitur alphiū fœneratorem rusticam rē laudantem. Antiqua: quasi magna & quæ latiorem umbram præbeat. Tenaci: quia propter multiplices fibras difficile uulsu est nec facile illo agri purgantur. Leues: sic Vir. Par leuius uētis: uolucriq; simillima sōno. Inuitet. Virgi. Atq; leui somnum suadebit inire susurro. Annus hybernus. Ostendit non solum in mitiori cœlo plurimas esse in agris uoluptates: sed ēt in frigido. Plagas: uf plagas pro maioribus ponere rhætibus: & rhætia pro minoribus. Rara. propter maculas. i. internodia. Leui: polito & sentibus purgato. Sic enim in sepibus ex transuerso purgatur trames. in quo rhætia a sentibus tuta collocari possint. Turdis: a turido colore dicti sūt. Edacib⁹. Auidissima. n. & cuiuscūq; escæ uoracissima ē auis. Aduenam. nam cum & in hyeme aphrica & in æstate frigida captet loca ubiq; aduena uideri potest potius q̄ indigena.

Sabina qualis / aut perusta solibus
Pernices uxor appuli.
Sacrum uetustis extruat lignis focum
Lassi sub aduentum uiri:
Claudensq; textis cratibus lætum pecus
Distenta siccet ubera:
Et orna dulci uina promens dolio
Dapes inemptas apparet:
Non me lucrina iuuerint conchylia:

CANT. Sabina qualis. Iuue. ēt sat. vi. sabias & apulas mulieres laudat. ait. n. Iractior ol Crinibus effusis bellū dirimēte sabina. Et paulopost inqt. Malo malo uēusinā q̄ te cornelia mater Gracchorū Pernicis appuli. i. celeris & ī pigri. Sacrum focum. diis eni penatibus sacer ē ut etiam acron asserit. porphyrio itē scribit focum esse deorum penatium arā. Sunt autem penates omnes dii qui domi coluntur. de hiis Seruius li. ii. æn. Vetustis: p id sicca ostendit. Sub aduentum. i. ante uel circa. Vir. li. iii. geor. Sub lucem exportant calathis. pro ante lucē ut etiam Priscianus edocet. Lætum pecus: pingue. Distenta: plena lactis. Siccet: mulgendo. f. Horna ui

Magis ue rombus/aut scari:
Si quos eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc uertat mare:
Non aphra auis descendat in uentrem meũ:
Non attagen ionicus
Iucundior/quam lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum:
Aut herba lapathi prata amantis/& graui
Maluæ salubres corpori:
Vel agna festis cæsa terminalibus:
Vel hædus ereptus lupo:
Has inter epulas/ut iuuat pastas oues
Videre properantes domum:
Videre fessos uomerem inuersum boues
Collo trahentes languido:
Postosq; uernas/ditis examen domus:
Circum renidenteis lares:
Hæc ubi locutus fœnerator alphius:
Iam iam futurus rusticus:
Omnem relegit idibus pecuniam:
Quærit calendis ponere.

na.hornum exponit Nonius ipsius ãni Porphyrio aũt huius ãni. Sunt qui uelint dici ab hoc & anno. dixerũt .n. hornam frugem: quæ hoc anno prouenit. Dolio: dolia uasa grandia dicunt: quibus uinum reconditur. Auctor est Nonius. Inemptas. sic etiam est in antiquo textu. Virgi. quoq; de rustico sene. li. iiii. g. dixit. Seraq; reuertens Nocte domum dapibus mẽsas onerabat inẽptis. Nõ me lucrina: ordo est. non me magis iuuerint. i. delectauerint lucrina conchylia magisue rombus &c. Magis. s. q̃ dapes inemptæ. Lucrina conchylia: ostrea itelligit: nam Sergius orata primus optimum saporẽ ostreis lucrinis adiudicauit. A brundusio postea aduecta ostrea compascebant in lucrino. Auctor est Pli. li. ix. Strabo etiã lib. v. scribit. Lucrinum sinũ captãdis ostreis huberrimum. Sunt autem ostrea pisces silicea testa inclusi. Oui. li. v. fast. Ostreaq; in conchis tuta fuere suis: Conchylia uero sunt ex genere purpurarum. ut ostendit Pli. lib. ix. Rhõbus: piscis est planus: cui dextrum latus resupinum ẽ. ut idẽ li. ix. scribit. Et Martialis ait. Quãuis lata gerat patella rhombum. Rhombus latior est tñ patella. Pli. li. ix. ca. liiii. docet. Rhombum rhauẽnæ optimi saporis esse. Scari: sic est in antiquis codicibus: sic ẽt in Plinio: non autẽ scauri. græce etiam σκαρος dr̃. Pli. li. ix. ca. xv. scribit sua tempestate Scaro principatum datum: quia solus pisciũ dicit̃ ruminare herbisq; uesci nõ aliis piscibus Carpathio maxime mari frequens. idẽ aduectos tyberio claudio principe optatus. Elipertius præfectus classis inter ostiensem & campaniæ oram sparso dissemiuauit &c. Gellius præterea lib. vii. c. xvi. asserit Varronẽ descripsisse. Scaros cylices præstantiores aliis.

Ostrea
Conchilia

Rhõbus

Scari

Heois fluctibus. i. oriẽtalib⁹ propter carpathium pelagus dixit: ubi scaroꝝ maxima copia: ut ostẽdimus. Carpathium uero pelagus tendit usq; rhodum: Cretamq; ac cyprum ut scribit Strabo li. iii. Heois: per aspirationem antecedentẽ hic scribi debet: nam uenit ab heos quod est dies & aurora. Eos. i. mane plerique non aspirãt inde uenit Eous eoa. um. sp producta prima heous uero cum h corripit semper. Intonata: Priscianus li. ix. scribit Horatium hoc loco intonata protulisse s̃m analogiam pro intonita. Intonata: sonora effecta. Hyems: tempestas. Aphra auis. gallinam numidicam dicit: ut scribit Porphyrio. Pli. etiam li. x. meminit de numidicis auibus in parte aphricæ Numidia. Varro aũt li. iii. scribit gallinas aphras fuisse grandes & uarias quæ propter penuriã suo tempore magno ueniebant in præcio. idẽ Pli. li. x. ca. xxix. scribit de Meleagridib⁹ Aphricæ gallinarum genus gibberum uariis sparsum plumis. Quæ nouissime sunt peregrinarũ auium immensas receptæ &c. Attagen ionicus: hãc autem maxime ionius celebrat: uocalis est alias: captus uero obmutescens. quondam existimatus inter raras aues: ut Pli. asserit li. x. Ionicus: iõnia cariæ iuncta est. in ionia autem Miletus atq; Ephesus optimæ urbes atq; clarissimæ. ut scribit Strabo li. xiiii. Iucũdior: q̃ innuit agrorum fructus cætera alia superare. Iucundior supple est. lapathi. huius herbæ uis ructus facit. urinam ciet. caliginem oculorum discutit: nec a malua dissimiles effectus habet. ut scribit Pli. li. xx. scribitur autem cum th. Maluæ. malua græce μαλαχη dicitur ab emolliẽdo uentre, ut innuit Pli. li. xx. præterea μαλακω mollio significat μαλακοσ uero mollis dicitur. Ostẽdit autem poeta agrum ultra pomorum cõmoda afferre quoq; salutiferas herbas. Terminalibus. Termino sacra fiebant q̃ in eius tutela fines agrorũ esse putabant: denique Numa Põpilius statuit eum qui terminum exarasset: & ipsum & boues sacros esse Auctor est Festus: qui etiam scribit q̃ termonem Ennius terminum dixit. Est aũt Termon græca dictio quæ nobis terminum significat. Oui. præterea li. ii. fast. x. cal. mart. i. die. xx. februarii. Termino deo sacra fieri solita. quem duo domini de parte diuersa coronabant bina serta & bina dona ferente. inde comis terminus spargebatur cæso agno uel porca lactente. Vicinia õis ad dapes supplex cõueniebat cantans termini laudes. Diony. item li. ii. scribit. Pompilium iussisse unũquẽq; circunscribere fundos suos: sacrosq; finibus lapides apponere: lapidesq; ipsos sacrasse ioui terminali: statuisse deinde ei sacra quot annis omnes die constituta facere super locũ ipsum coeuntes. hoc romani terminalia a termonibus uocant finesq; ipsos unius litteræ mutatione a nostra lingua inquit Diony. proferẽtes. Terminos appellant quos siquis occultauisset aut trãstulisset: sacrum eum esse dei lege statuit ita ut uolẽti eum occidere tanq̃ sacrilegũ & securitas adesset & purgatio pollutionis. Deos. n. putabant terminos: sacrificabantq; eis nõ animatum aliquod: neq;. n. pium est cruentare lapides. sed pultes & liba atq; alias quasdã fructuũ primitias. hæc ex Diony. Hædus: is ut Varro scribit dictus ẽ quasi fœdus. sic. n. Sabini dicebant. illi enim fircus: romani uero hircus dixerunt. Loco. n. f. Sabinoꝝ romani aspirationẽ ponebant: ut aiunt. Has inter epulas: post ciboꝝ frugalitatem enarratam etiã explicat uoluptates. Vt iuuat. i. quẽadmodum: seu q̃ ut diximus. Positosq; uernas: ordo est. Et uidere uernas: appositio: examen ditis domus positos circũ renidentis lares: positos aũt inquit circa lares. i. focos quoniã: ut etiam ostendit Colu. lib. xii. Villicus rusticos epulari circa larem domini focum familiarem semper cõsuescere debebat. Et idem Hora. saty. vi. lib. ii. de uita etiam ru

Carpathium
heous
Eous
gallinæ
Numidicæ
Attage
Ionia
Miletus
ephesus
Malua
Terminus
Terminalia

ftica ait. O noctes cœnæq̃ deum. quibus ipse meiq̃ Ante larem proprium uescor. Vernasq̃ procaces pasco libatis dapibus. Vernas autem filios itelligit. Vernas. Vernæ appellantur ex ancillis ciuium romanorum uere nati. quod tempus anni maxime naturalis fœturæ est. hic autẽ uernas pro natis posuit. Nam & Maro. lib. ii. g. de rustica uita ait. Interea pendent dulces circum oscula nati. Ditis examẽ domus. i. quod solent esse in domo diuitis cui plures ancillæ plures uernas edũt. Renidẽtis lares. i. splendentes focos. Colebant. n. dõi lares in ipso foco. qui deorum penatium ara est. ut etiã Porphyrio edocet. Vnde Naso quoq̃ tristium li. i. de uxore inquit. illa sed ante lares sparsis prostrata capillis Contigit extinctos ore tremente focos. Cato item i re rustica ait. Paterfamilias ubi ad uillam uenit ubi larem familiarem salutauit: fundum eodẽ die si potest circumeat &c. Deinde inferius de uillici officio ait Focum purum circũuersum quottidie priusq̃ cubitũ eat hẽat. Calendis nonis festus dies quum erit coronam i focum indicat. per eos itaq̃ dies lari familiari pro copia supplicet. Et columella li. xii. de Villico inquit. Consuescatq̃ rusticos circa larem domini focũ familiarem semp epulari. Ergo larẽ ipse focus. Et Tibullus inquit. Vos quoq̃ fœlicis quondam nunc pauperis agri Custodes fertis munera uestra lares. Hæc ubi locutus. s. sum inquit Horatius. quod magis placeteut dixi: q̃ uti Acron Porphyrioq̃ existimãt. Verba. s. fuisse Alphii. q̃ si esset Alphius ipse hucusq̃ ab ipso principio dixisset: nõ tñ ab illo uersu libet iacereut putant quidam. Fœnerator. Maiores nostri in legibus posuere furem dupli condẽnari: fœneratorem quadrupli. Quanto peiorẽ ciuem existimarint fœneratorem q̃ furem hinc licet extimare: Et uirũ bonũ quũ laudabãt: ita laudabãt bonũ agricolã: bonũq̃ colonũ amplissime laudari extimabatur: qui ita laudabatur. Hæc Cato scribit in re rustica. merito igitur in fœneratorem Horatius inuehitur. Redegit. collegit exegitq̃ a debitorib⁹ suis prædia comparaturus cognoscẽs iam rusticæ uitæ oblectationem iucũditatem. Idibus: idus uocantur dies qui diuidũt mẽsem. iduare. n. hetrusca lingua diuidere est. Vñ uidua quasi ualde iduans ut idua. i. a uiro diuisa. auct. mac. li. i. sat. Calẽdis: calendæ initia mensium dicuntur a καλω. i. uoco nam minor pontifex nouæ lunæ primum obseruabat aspectum: uisam regi sacrificulo nũciabat. itaq̃ sacrificio ab rege & minore pontifice celebrato: idem pontifex calata. i. uocata in capitolium plæbe iuxta curiam calabram. quot numero dies a calendis ad nonas superessent pronũciabat. hinc & ipsi curiæ ad quã uocabantur: calabræ nomẽ datum est: ideo autem minor pontifex numerum dierũ: qui ad nonas superessent calando proferebat: & post nouam lunam oportebat nonarum die populares qui in agris essent confluere in urbem: accepturos causas feriarũ ab rege sacrorum. scituros q̃ quid esset eo mense faciendum. unde quidã hinc nonas æstimant dictas: quasi nouæ initium obseruationis: uel q̃ ab eo die semper ad idus nouem dies putentur. auct. mac. li. i. sat. Ponere apud alios. s. fœnoris cã. per quod ostendit poeta non facile quẽquam discedere posse ab auaritia & solita fœnoris cupiditate.

¶ ACR. Sabina qualis. exempla pudicitiæ a mulieribus rusticis sumpta. Pernicis: celeris. uelocis. impigri. ut progenuit pedibus celerem & pnicibus alis. Sacrum. i. d. dũs. n. penatibus sacer est. Extruat. l. s. ut post labore diligentia & studio reficiatur uxoris. Claudensq̃. t. c. crates a pastoribus texi cõsueuerunt ad mutandas pecudibus mansiones. ut appositæ greges muniant ab incursiõe ferarum. ut Cum fremit ad caules. Lætũ: aut fœcundum aut pingue. Distenta: plena. ut Luca. distentas siccant pecudes. Horna dulci. nouella. Dapes iemptas. apparet suo labore præparata grauitas: ut dapibus mensas onerabat iemptis uxor. Lucrina: de lucrio baiarũ lacu. Iuuerit. delectauerit. ut iuuat euasisse tot urbes argolicas. Magis ue rhõbus: Rhõb⁹ & scarus pisces sunt pciosi & sapore & raritate. Hyems tempestas: ut dum pelago desæuit hyems. Afra. a. trutio. Attagenes autem in ionia abundare dicuntur. Et attagen masculini generis declinauit. Quam lecta de pinguissimis oliua ramis. nullas diuitias boni agri fructibus conferendas. Aut hærba lapathi. ostẽdere uult agrũ præter utilitatem fructuum etiã herbas salutares afferre. Vel agna festis cæsa terminalibus ad excludenda. n. iurgia terminaliorum dies fuerat ↄstituta: qui per epulatum festiuitatem cæsis agnis seruari faceret fines constitutos siue in honorem mortuorũ ipse colebatur dies & post parẽtalia. eo q̃ i sacris terminis poneret.

Vel hædus ereptus lupo. factus gratior ex perdito. Properantes: festinãtes ad stabula: ut ipse lacte domum referent distẽta capellæ ubera. Fessos. ipso labore: ut aspice aratra iugo referunt suspẽsa iuuenci. Positosq̃ uernas. pueri domi nati uernæ dicuntur: ut unus uernula tres domini. Examen: uero ad infantiũ similitudinem retulit. Renitẽtes. scilicet splendentes: aut uultu. aut garrulitate. Lares: focos. metonymicos. Hæc ubi locutus. s. a. Fœneratorem quendam inducit alphiũ. qui laudans uitam rusticam cõmoda tamẽ fœnoris nõ omittit. Omnem relegit idibus pecuniam. Tanquã. n. eum pro fœnoris lucro iam receptæ pecuniæ pœniteret ita recollectam idibus kalendis properat cõmendare. Ponere: deponere.

¶ POR. Sacrum uetustis extruat lignis focum. Proprie hoc uitæ rusticæ est focum amare. Sacrum autem dixit. quia ara deorũ penatium est focus. Et horna dulci uina promẽs dolio: horna uina dicuntur huius ãni non ergo dulci dulio: ut dicta est sed translatio epitheton dulcia uina itelligamus: hoc quoq̃ aũt ad idioma rusticæ simplicitatis pertinet hornum uinũ bibere. Dapes iemptas apparet. Virgilianum est: sic & ille cum de uita rustica loqueretur ait. dapibus mensas onerabat inemptis. Non me lucrina iuuerint conchylia magis uel rhõb⁹ aut scari. Si quos eois intonata fluctibus hyems ad hoc uertat mare. intelligi uult sacros pisces i orientali mari esse: & difficile fieri ut etiam in italia capiantur: nisi quos inde uiolentia tempestatis adduxerit.

Non aphra auis. aphram autem gallinam numidicam dicit. Non attagem ionicus: cum attagenas fœminino genere uulgo dicant attendendum q̃ masculino genere hic dixerit. Attagẽ autem auis asiatica iter nobilissimas habita. Ionicus: uero ab ionia, dictus quæ ẽ regio asiæ. in qua est urbs ephesus. Vel agna festis cæsa terminalibus. Vel ædus ereptus lupo. iucunde expræssit rusticorum frugalitatem. Videre fessos uomerem inuersum boues Collo trahentes languido. hoc Virgilianum illud est. Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Languido autem collo lasso. & utiq̃ uoluptas domino hoc cogitanti quantum utilitatis ex aratiõe

agrorum contulerit. Positosq; uerna ditis examē domus. hoc est qui uernæ ditem domum faciunt hic ditē frequentem ac familiosam accipe: ne ultra ditem domum nunc intelligas cum de rustico patrefamilias loquur. Hæc ubi locutus fœnerator alphius iam futur9 rusticus & reliqua: urbanissime postremo finxit hæc nō de sua persona dicta esse:sed de cuiusdam fœneratoris. p quod uult intelligi neminē scire quid iucunditatis habeat rustica uita. nec tamen quisquam ab ea in qua cōsueuerat potest discedere. Omnem relegit idibus pe.quæ.calen.po.exigit inquit a debitoribus pecuniam comparaturus prædia cogitans iucunditatē uitæ illius quam in rusticis laudat: sed rursum stimulatus cupiditate pecuniarum quærit eam fœnori dare.

¶CHRI. Sabina:nā hos populos & religiosissimos fuisse scribūt:dictosq; παρὰ τὸ σέβεσθαι .i.sacrificādo & fœminas castissimas habuisse. Pernicis.i.pseuerātis fm Prisci.q.d.patientis laborum. Appuli:sunt q uelint eē nomē ppriū uiri. Sacrū.s.laribus. Siccet:mulgeat. Orna:huius āni. Lucrina:qa in lucrino lacu optima erāt. Rombus:unus ē ex piscibus planis. Scarus:solus ex piscibus ruminare traditur: herbisq; uesci:& non aliis piscib9 i carpathio mari frequēs inuenit. Promōtoriū troadis lectū spōte nūq̄ trāsit. Sed ide ab octacio aduecti iter hostiēsem & cāpaniæ horā dissemiati sunt sub Claudio. Inde p qnqueniū cura adhibita ut capti mari redderent:frequētes repti sunt. Hæc ait Pli. & simul adiūgit sua tēpestate huic pisci pricipatū tiburū eē. Attagen:ex ionia uenit hæc auis. Lapathi:hāc herbā rumicem quoq; appellant. Maluæ:græcæ μαλάχη qd' molle significat. Terminalibus. Potuit ēt dixisse terminalis. Nā noīa festoꝝ neutra & carētia singulari ut sūt bacchanalia:lupcalia & similia l secūda & tertia declinatiōe ponunt: ut lupcaliū & lupcalioꝝ sit in genitiuo. Hæc locutus. Ostēdit p hūc q & si ab auaritia sua discedere pp cōtractū habitū nō posset:alphius tñ cognoscebat qtū uoluptatis esset i agricultura. Relegit:cōgregauit illam a debitoribus exigens. Idibus circa dimidiatum mensem:& in kalendis sequētis mensis. Ponere:iterum in fœnore collocare.

¶Argumentum. ODES.III.

Ode.iii.dicolos distrophos ad Mecœnatem in Allium.

PArentis olim siquis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edit cicutis alium nocentius.
O dura messorum ilia:
Quid hoc ueneni sæuit in præcordiis?
Num uiperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit? au malas
Canidia tractauit dapes?
Vt argonautas præter omnes candidum
Medea mirata est ducem:
Ignota tauris illigaturum iuga:
Perunxit hoc iasonem:
Hoc delibutis ulta donis pellicem:
Serpente fugit alite.
Nec tantus unquam siderum insedit uapor
Siticulosæ apuliæ:
Nec munus humeris efficacis herculis
Inarsit æstuosius.
At siquid unquam tale concupiueris
Iocose mecœnas/præcor
Manum puella suauio opponat tuo:
Extrema & in sponda cubet.

¶ANT. Parētis olim. hac ode Mecœnatem alloquitur. Alliū detestās. Eo siqdem æso offēsus poeta fuerat ut dicit illud cicutis uiperinoq; sanguine eē nocētius. Metrū uero idem ē cum supioribus. Senile guttur. Sunt.n.senes morosi & anxii grauesq; oībus. hic Iuuenalis satyra.x.inqt Vsq; adeo grauis uxori natisq; sibiq;. Vt captatori moueat fastidia Cosso. Cicutis:cicuta uenenū est publica olī atheniensiū pœna iuisa semini & foliis refrigeratoria uis. quæ si enecat:icipiūt algere ab extremitatibus corpis. Venerem extīguit testibus circa pubertatem illita. hæc & plura Pli.li.xxv. Allium.idē asperi saporis: & quo plures nuclei fuere hoc ē aspius tediū huic quoq; halitu ut cæpis serpētes abigit & scorpiones odore. bestiarū omniū ictibus medet. Antiq & insanientibus dabāt crudū:oculos hebetat.iflatōes facit stomachū lædit copiosius sumptum, sitim gignit. Auctor Pli.li.xx. Galieni aūt auctoritate: Alliū ē tyriaca rusticoꝝ. Dura messorum ilia. Vir.ēt in Bu.ait. Thestilis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpillumq; herbas cōtundit olētes. Hoc alliū.s. Præcordiis. Exta homini ab iferiore uisceꝝ pte separant mēbrāis:q̄ præcordia appellant. quia cordi ptendunt Pli.li.xi. Canidia.sub hoc canidiæ noīe inquit Porphyrio Cratidia neapolitanā unguētariā itelligi uult:quā uenefica Hora.semp isectat. Vnde etiā tertia ode sequēti in eam scribit. Vt argonautas:ordo ē.medæa ut.i.postq̄ mirata ē iasonē ducē cādidum pter oēs argonautas illigaturꝝ tauris ignota iuga punxit hoc.s.allio:id āt poetæ fictio est.ut alii ui ostendat. Argonautas:Iason esonis filius iuxta pelion mōtem naui ædificauit ingentē.postea optimos eoꝝ q secū irēt elegit numero.liiii. quorum clarissimi erāt Castor & pollux Hercules. Thelamō.orpheus & ipse Iason. Nauis argo dicta est.ab argo eius architecto:uel ab eius uelocitate:quam ἀργὸν appellabant. Demum in colchos appulerunt.ut aureum uellus arriperēt.cōicato āt consilio cum medæa regis Aeetæ filia illa se adiutricem ad perficiēdum certamē pollicita est. Iason iureiurādo data fide uxorem sibi eam futuram perpetuo spopōdit:inde medæa argonautas ad templum duxit Martis:qui peremptis custodibus erepta aurea pelle ad nauem reuersi sunt. Medæa draconem pellis custodiæ icubantem:semperq; uigilem ueneno perimens cum Iasone mare conscendit. Cum ipso demum Medæa annis.x.corinthi cōuixit: exquo filios etiam pepit. postea uero iason glaucæ creontis corinthi regis filiæ amore captus uirginem nuptui a patre petiit:q̄ sumpta medæam iason urbe expulit. Sed noctu regiam ingressa medicamentis quibusdam imutata faciem domū incendit radice quadam ab circe inuenta:ea uirtute ut incensus ignis nequiret extingui:iason tamē euasit:glauca creontesq; igne absumpti sunt. Quidam scriptores uolunt Medeæ filios dona quædam sponsæ attulisse

uenenis illita:quæ quum illa corpori applicuisset: incidisse in morbum: & patrem auxilium filiæ ferentem:
quum corpori illius hæsisset ilico expirasse.irata āt medæa q̄ iason euaserat:in eius calamitatem omnes iugu
lauit natos:excepto uno qui fugit.is Thessalus dicebatur: deinde fidissimis sociis fugæ assumptis medæa no
ctu ex corintho fugiēs thebas ad herculem iuit: iason uero sibi ipsi mortem cōsciuit: relicto hercule athenas
ad ægeum regem se contulit:inde phœniciam petiit:postea ad superiores asiæ partes trāsiēs clarissimo hæsit
regi.Ex quo medum filium peperit a quo medi populi dicti sunt.Tragici postmodum mirāda quædā de me/
dæa uariaq; ediderunt.hæc oīa ex.li.v.Diodo.Diximus & plura in iuuenalis satyra prima.Et in Bu. A egloga
q̄rta uideto itē.Nasonis epistolā ubi creusam appellat.nō glaucē.uideto itē lib.vii.met. Mirata est ducē. ipsa
medæa apud ouidiū inq̄t.Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli. Et decor & linguæ gr̄a ficta tuæ? Et for/
mosus eras:& me mea fata trahebant. Abstulerāt oculi lumina nr̄a tui. Ignota iuga:medæa iasoni inquit.
Dixerat interea tibi rex ut dura ferox insolito p̄meres uomere colla boum.Martis erāt tauri plusq̄ per cornua
sæui.Quorum terribilis spiritus ignis erat.Aere pedes solidi p̄tentaq; naribus æra. Nigra per afflatus:hæc quoq;
facta suos. Hoc delibutis.Ordo ē.Vlta pellicē donis delibutis hoc.s.allio &c. Delibutis:hoc est unctis a de
libuit.i.unxit. Serpente fugit alite.ubi medæe uenenis noua nupta arsit cū regia Creōtis illius patris filios
medæa iugulauit ense i iasonis p̄tris ultionem:inde Draconibus ablata est:athenasq; adiit ubi ab ægeo rege et
thalamo recepta fuit:hæc ex li.vii.met. Vapor:æstus hoc loco alibi fumus uel nebula uel odor. Siderum ua/
por. Caniculæ exortu accēdi solis uapores:qs ignorat inq̄t Pli.li.ii. Cuius sideris effectus amplissimi in terra
sentiunt̄ feruēt maria exoriēte confluctuāt i cellis uina.Canes qdē toto eo spatio maxīe i rabiē agunt̄. Canicu
la aūt dr̄ pcon.i.ante canē:q a āte canē maiorē exorit̄.Vt columella docet.vii.cal.Aug.canicula apparet:quo
tpe caligo fit æstuosa. Siticulosæq; semp sitit. Appuliæ:accolæ tractū oēm post calabros appuliā uocāt:ut
scri.Sita.li.vi.i ea ut scribit Ptolemæus urbes sunt Theanū.Nuceria.Arpi.Canusiū. Mons gargāus. Munus
herculis.Hercules eurynomiū puerum ministrantē sibi i cœna a uino calefactus pugno occidit iniustus.Qua ex re
dolore perculsus calydōia cū uxore deianira hiloq; puero ex ea orto recessit. Quū i itinere ad Euenū peruenisset
flumen.nessum centaurum reppe rit p̄cio uiatores flumē transuehētē:hūc traductā Deianirā uiolare conantē mu
liere uiri opē implorante hercules sagitta trāsfixit:cū prius tn̄ deianirā cognouisset. Moriturus ex uulnere pol/
licitus ē ei se amoris medicamētū traditurum:quo nullā p̄ter se mulierē hercules aliā appeteret:iussit itaq; fœmiæ
qd̄ ex eo excideret cū oleo & sanguie ex sagitta defluēte imixto herculis tunicā ungere:quo dato cōsilio quū
expirasset:illa clam hercule quod mandatū erat assumpsit:lōgo post tpe hercules captā iolē secū ducēs euriti
filiā.ex Euboea i montē p̄fectus ē noīe cynæū.ibiq; sacra facturus lycam domesticū quēdā ad uxorē Deiāirā in
trachinā misit:ut ei uestē:qua in sacris uti cōsueuerat:afferret.Quæ quū a lyca amorē ioles pcepisset cupiēs se
oibus amore p̄ferri tunicā iuxta cētauri cōsiliū tinxit hāc a lyca rei iscio delatā hercules idutus medicamēti ui
paulatī iualescēte torq̄ri maximo dolore cœpit.Virus.n.sagittæ ueneno uipereo ifusæ corpus cōficiebat:itaq;
lycā uestis latorē primū occidit.Deianira uero itellecta re laqueo uitā finiuit:hercules aūt cōstructa pyra i oeta
monte ex respōso apollinis:& desperata salute i pyrā ascēdit rogās ut ignē subiiceret:tūc philoctetes in grām
sagittarum:quas ei hercules reliq̄rat pyrā succēdit:subitoq; fulminibus circū cadētibus pyra exusta est.Accedēte
iolao ut ossa colligeret:quū nullū penitus reptū esset:credētes herculē secūdū oraculi respōsa ad deos trāslatū
illi ut heroi sacra q̄dā fecerūt:hæc meminit Diodo.li.v.Quod ēt li.ix.met. Oui.amplissime scribit. Efficacis
herculis.id qdem herculis ppetuū est epitethon.Efficax enim dicitur qui facile potest efficere & implere quic
quid uoluerit. Iocose:iocis gaudens. Sponda:exteriore parte lecti.

ACR. Parētis oli si qs impia manu.Si qs ergo inq̄t parricidiū fecerit comedat alliū p̄ pœna:q a ē ueneno
nocētius. Senile:ad augmentū sceleris dixit senile: q a ēt si occisus nō eēt mori tn̄ potuerit. Vt Luca. iā senis
extremū piguit uergētibus ānis. Edat:sic.n.ueteres declinabāt ut te nec tātus ededo:dolor tacitā. O dura.m.
i.Fortia:ut durus amor. Nū uiperinus:uipinū sanguinem uenenū dicit. Incoctus:permixtus. Canidia tra
ctauit dapes:canidiā pro gratidia posuit:nō enī p̄priū nomē notari decebat i carmine:ut nulli grauis ē percul
sus Achilles:fuit aūt Gratidia unguētaria Neapolitana q̄si malefica. Mirata ē adamanit:quē sup oēs malefi
ciorum herbas allio punctū tauros ignē spirātes naribus iunxisse significat. Hoc delibutis.u.d.p. glaucē dixit
creōtis filiā:quā dum reuersurus a colchis iason uoluisset accipe uoxrē pp amorē iasonis: medæa repudiata
dolore obliuionē coronæ malefica arte cōpositæ icendit:& occisis filiis medo & merinero dolorē suū ulta pē
natis dracōibus fugit uecta:& medæā cōstituit ciuitatē. Nec tātus unq̄ syderum insedit.u.s.i.non tanto ardore
solis siccari appuliā dicit:q̄to ardore alliū comedētiū uiscera aperuit. Nec munus humeris efficacis her.i.æ.
Nessus cētaurus uulneratus ab hercule:eo q̄ Deianirā uxorem eius rape uoluisset dū eā susceptā ab hercule
euēnū fluuiū traiiceret:ut se de eo ulcisceret̄:lanā tinctā sanguine suo deianiræ dedit:dicēs eā ab hercule satis
amādā:si ex accepta lana cōfectū uestimētū herculi dedisset:hoc illa muliebri facilitate seruauit:qn̄ āt se amari
minus cognouit ab hercule palliū factū ei ut idueret̄ dedit.Quo tacto hercules tāto ardore correptus est:ut ip
se laniaret̄:nec ardorē uinceret:nisi quod pyrā sibi i mōte thessaliæ fecit se iniiciēs: purgatus corpoī īter deos
affirmat̄ receptus.Deianyram aūt hercules accepat uicto acheloo fluuio calidoniæ :q̄ deianyra fuit Oenei fi
lia Tidei soror:hāc aūt fabulā iō cōmemorauit ut ardorē herculis icēdio allii comparet. Tale.i. aliud simile.
Iocose:læte:iucūde. Manū.p.s.a.t.i.refutet puella suauiū tuū p̄ allii fœtorē:& i sponda lecti fugiat olentem
uirum.Quidam uolunt Terentiam concubinam Mecœnatis eum significare uoluisse.

POR. Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit. Execrat̄ alliū significās se grauiter uexa
ri.edat āt dicēdū potius q̄ edit:qm̄ sic declinat̄ edo es ēdeinde mō optatiuo tēpore futuro utinā edā edas edat:
pluraliter edamus edatis edāt:& alliū dicēdū ut solidū doliū:non,ut uulgo aleū. O dura messorum ilia: q̄ fet
dum alium prādēt.de qbus & Vir.in Buco.Thestylis & rapido fessis messoribus æstu allia serpillumq; her//

bas contŭdit olẽtes. Edat cicutis:cicuta herba est uenenatissima. An.m.c.t.d.sub hoc canidiæ noie gt atidiã neapolitanã unguentariam intelligi uult:quã ueneficam Hora.semper insectatur: sed quia nõ licet,peobro/sum carmẽ in quẽquam scribere:circo fere poetæ similia effingunt:sic & Vir.in Buc.pro cuheride lycoridẽ appellat. Canididũ medæa mirata est ducẽ:iasonẽ signat candoris ãt noie & Vir.significatiõe pulchritudis semper utitur:ut candidus insuetum miratur limẽ olympi. Et candida dido:& cãdida maia.Notam autem historiam hunc in locum conuertit quasi medæa allio perunxerit iasonem : ut eum muniret aduersus uim tantorum flãmam spirantium qui iussu regis subiiciendi erant si uellet pellem auream accipere. Hoc de.u.d.p.s.f.a.ut cum ait.ruẽs uolens aderat. Nec munus humeris efficacis herculis:de ueste illa loquitur sanguine Nessi delibuta quam a Deianira coniuge oblatã hercules cum se induisset incendio eius absumptus est: effi/cacis autem perpetuũ epithetõ uult eẽ herculis. At si qd unquã tale concupiueris iocose mecœnas præcon opportune iocosum appellat cui uelit iocos suos commendatos esse.

¶POR. Phœbe siluarum potens diana. Hor. carmen sæculare inscribitur: cum enim sæculares ludos augustus celebraret: hūc ritum priscæ religionis a uirginibus pueris que prætextatis in capitolio cantatum est. Lucidum cœli decus. Hoc ad ambos refertur ad phœbum: quando idem sol est & dianam: quia eadem luna est. Date quæ præcamur. Tempore sacro: non tempore prisco dicendum est: sed tempore quo prisca imitantur. Diis quibus septem placuere colles.i. quibus Roma placuit: quæ in septem collibus constituta est. Aliusq; & idem: κακοξηλον: nam quomodo potest quis & idem eē & alius: uidetur ad illud retulisse quod idem: quidem sol semper sit: sed renouans diem alius esse uideatur. Possi.n.u.ro.u.m. & hic ex superiore audiendum præcamur. Rite.m.a.p. pro facilis ac peopitia aperiundis partibus: ostendit autem eandem lucinam & genitalem deam appellari. Diua producas sobolem patrumq; prosperes decreta super iugandis fœminis prolisq; nouæ feraci lege marita. Implicata phrasis quæ sic ordinanda est. Diua producas sobolem prolis nouæ: patrūq; decreta prosperes: & super iugādis fœminis maritaq; lege feraci. Maritam aūt legem p maritali plautina uidetur auctoritate dixisse: similiter.n.& ille locutus est: ubi ait senex: pulchra ædepol deos pecunia est: alter m̄ lit quæ qdem non marita est: p eo qđ est quæ non maritalis est. Certus undenos decies per annos orbis: ut cantus eferatq; ludos: orbem nunc circulum temporū in se.s. redeuntiū accipe: certum āt pro pleno atq; perfecto: sensus enim hic est: ludos referat: ludos pro eo quod est homines certi temporis orbis: ut perfectus orbis annorum centum & decem cantus & perfectos refeeant ludos.

¶CHRI. Phœbe siluarumque potens diana. Carmen sæculare sane inter lyrica carmina referri potest nulla enim re ab illis differt. Sed iccirco sæculare appellat: quoniam ut diebus sæcularibus caneretur a poeta institutum est. huius autem hymni duplex deuotio erat. Nam apollinares ludi aliquando pro sedanda peste & auertendo bello fiebant: eorumq; tempus incertum erat: cum ex aduentu istorum malorum penderet. Aliquando celebrabantur certo numero annorum.i. centeno decimo anno. Dicebantur autem sæculares a sæculo: quod centum annorum spatium apud latinos continebat. Nam ethrusci certum illi numerum annorum non dabant: sed a monstro ad aliud monstrum durare uolebant. Ergo ludi sæculares celebrantur. cx. quoque anno in capitolio a pueris: & a uirginibus tribus continuatis diebus: ac noctibus. Festus autem

ait ꝙ ludi sæculares post cẽtũ annos celebrabant᷑:qa in tot annos sæculũ extẽdi putabant. Sacrificabãt apollini bouẽ albũ. Dianæ uero capras albas. Neq; imerito tpa numeraturi apolliuẽ & dianã.i.solẽ & lunã inocãt quoꝝ cursu tpa constant. O phœbe & diana lucidum decus cœli. Qm̃ alter diurnum alter nocturnũ lumẽ pberet:& ipse sol rector & moderator est luminũ reliquoꝝ & cor cœli & mens mũdi dr̃. Ad solem oium deorũ & ad lunam oium dearũ noia referunt. Quapp Maro. solẽ lunamq; in re rustica inuocaturus.iis noibus q bus eoꝝ uis:qua fruges arbo: eſq; uigẽt:usus est. Ait.n. Vos o clarissima mundi. Lumina labentẽ cœlo q ducitis annũ. Liber & alma ceres. O colẽdi & culti. Hactenus exordiũ fuit:in quo beniuolẽtiá a psona ipsoꝝ deorũ captauĩdũ maiestatẽ numinis ãplificat:& a psona ciuiũ romanoꝝ:quos & fuisse & futuros I deos religiosos ondit. Tempore sacro. Diebus sæcularibus uestro numini cõsecratis. Date. nam qm̃ dii estis facilis sit petitio:qm̃ aũt & religiose & eo die q nobis sacer est:petimus:iure dandũ uidet᷑. Quod sybillini. Non.n. solũ die tibi sacro petimus. Sed icciro sacro ꝙ sybilla mulier a te edocta & tuo numine plena pcepit:ut I supioribus p lixius expssimus. Quod:p qa. Lætas.bñ uolentes:ut in sacris decet. Si aũt lectas.i.electas:ostenditur non temere:sed cum ratione esse institutas. Sic Virgi. Lectosq; sacrabo alma uiros. Septem colles. Romam:quæ suo ambitu septem cingit colles. Quirinalem:uiminalem:exqliasscœliem:auentinum:palatium: & Capitolium. Alme. ab alendo. Sole enim oĩa ueniunt:& aluntur. Pronus:tuo ortu. Cælas:occasu. Nitido cur. uã in quadrigis cœlum obire fingit᷑. Alius:nam & orientalẽ & occidentalẽ dicimus solem. Et idem: qa tñ idẽ est. Poscis optantis est:neq; pcatur:ut minuatur suauis:ex eo ꝙ nil possit uidere maius Roma:sed cupit augeri & tñ fieri:ut nihil in hoc inferiori mũdo maius sit. Hæc ergo petitio est. Hilythia. diana. Alii.n.a loco sic dictam putãt. Alii quia a mulieribus placetur. Nam ἱλάσκω placo significat. Lucina:quia exitum in lucem infantibus pbet. Hinc enim mulieres parturientes illam inuocãtes clamant iuno lucina fer opem. Serua me obsecro. Genitalis:qa omnis plãtandi uis & augẽdi a luna est:ut sciendi & opinãdi a sole. Super iugãdis.i. de iugãdis:hoc ẽ in mr̃imonio collocandis. Decies undenos. Centũ & decẽ. Ter die:ut sit ter I ternis dieb⁹.

Vosq; ueraces cecinisse parcæ:
Quod semel dictum est/stabilisq; rerum
Terminus seruet bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum/pecorisq; tellus
Spicea donet cererem corona:
Nutriant fœtus & aquæ salubres:
Et iouis auræ.
Condito mitis/placidusq; telo
Supplices audi pueros apollo.
Siderum regna bicornis audi
Luna puellas:
Roma si uestrum est opus Iliæq;
Litus etruscum tenuere turmæ:
Iussa pars mutare lares/& urbem
Sospite cursu:
Cui pater ardentem sine fraude troiam
Castus æneas patriæ superstes
Liberum muniuit iter/daturus
Plura relictis:
Di probos mores docili iuuentæ:
Di senectuti placidæ quietem
Romulæ genti date/remq; prolemq;
Et decus omne:

CANT. Vosq; ueraces. ordo ẽ. Et uos parcæ ueraces cecinisse iũgite bona fata iã pactis & terminus reꝝ stabilis fuet qd̾ semel dictũ est. Cõdito telo.i.odis dictũ ẽ de arcu & sagittis q̃s I mãu sinistra tenet apollo. Si.p si qdẽ. Vestrũ opus. Nã apollinis ꝯsilio in italiã uenit æneas urbis romæ auctor. Quũ.n. apud delon I apollinis tẽplo dixisset Aeneas. Da ppriã tymbrææ domũ da mœnia fessis. Et genus & mãsurã urbẽ:serua altera troiæ Pergama. reliqas danaũ atq; imitis achilli. Quẽ seqmur:quoue ire iubes ubi põere sedes. Da pr̃ auguriũ:atq; aĩs illabere nostris. Rñdit apollo. Dardanidæ duri q uos a stirpe parentũ. Prĩa tulit tellus:eadẽ uos ubere læto. Accipiet reduces: antiquã exqrite matrẽ. Hic domus æneæ cunctis dominabit᷑ oris. Et nati natoꝝ & q nascent᷑ ab illis. Hæc phœbus &c. Ea cuncta habentur lib.iii. æne. apud Maronẽ. ubi ẽt pẽates dormiẽti æneæ apollinis iussu dixerunt. Coriiũ terrasq; reqras ausonias &c. Iussa pars. appositio ẽ:iussa autẽ diuũ oraculis. Vnde lib.iii. æne. ait æneas. Diuersa exilia & desertas q rere terras auguriis agimur diuũ &c. Cui.s. parti troianoꝝ est ãt ordo:cui castus æneas patriæ superstes daturus plura relictis muniuit iter liberũ per troiã ardentem sine fraude.s. ipsius æneæ. dicendo aũt sine fraude ostendit æneã nõ fuisse pditorem:ut aliqui scripserãt. & hoc in augusti laudem. Plura:relictis. plura illis q apud troiam reliqrat. Romulæ genti:p romulæ.

SACR. Vosq; ueraces cecinisse.p. Quæ uera mortalibus pdicant futura. Et uos ait:psperate sacrũ carmen: qd̾ ppetuitate imperii romani & sybillæ libris i celebritate ludoꝝ cõstitutũ est:unde ẽ. Hiis ego nec metas reꝝ nec tpa pono. imperiũ sine fine dedi. Stabilisq;:ppetuus & imutabilis. Iam per. pfectis reb⁹ uberiora fata iũgite:quæ nihil habeãt aduersitatis. Fertilis frugũ pecorisq; tellus. s.d.c.c. Laudat italiã & optat frugum ubertatem & psperam pecoꝝ fœturã. Vnde & coronas offerri cæteri pro messium fertilitate pmittit. Et aquæ salubres:dulces serenæ:ut tum tenues dare rursus aquas & pascere rursus. Et iouis auræ:seren⁹ aer:ut Solis ad occasum cum frugibus aera uesper temperat. Condito mitis.p.q.t. Mitem & placidũ dicit apollinẽ qui est sagittis armatus. Sic enim iratus hæc cernẽs arcum intẽdebat apollo. actius. Siderum.r. ita p puellis lunam:ut apollinẽ p pueris pcatur. Roma si uestrũ est opus. Si romã inqt numina coli iussistis turmis iliacis statutis uestris faueteut semp fœlix sitat apud Virgi. Si tot responsa secuti. Quæ superi manesq; dabant:siue pp iliã sacerdotẽ Romuli matrẽ. Littus hetruscũ:pp euãdrũ qui illic prior regnauit:iussa deoꝝ responsaut Augu/

tis agimur diuum:& alibi. Mutādæ sedes:& Italiā liciæ uiscere capescere sortes. Sospite cursu:pp nauigatio nē bellum ingens geret italia populosq̧ feroces. Contundet moresq̧ uiris & mœnia ponet. Cui per arden tem.s.f.t.aut ut Troia non proditione uideretur euersa sed fato:aut sine fraude:sine læsione:ut Bistonidum si ne fraude crines. Castus æneas:pro religioso siue ꝓpitio posuit:ut hac casti maneant in religione nepotes. Liberū muniuit iter:ut flāma inter & hostis expedior dant tela locū flāmæq̧ recedunt. Daturus.p.r.poste/ ris maiora daturus:da syllaba breuis semp est:pter in imperatiuo:ut accipe daq̧ fidē. Rem ꝓlemq̧ & decus omne:imperium decoremq̧ optat & populū:ut & populo imperium:& populus imperio Romano pstet.

¶POR. Vosq̧ uera.c.p.q.f.d.f.q.r.t.f.sylepsis ē ex uerbo.n. singularis numeri seruet pluralis nascitur seruēt ꝙ dictum est semel stabilisq̧ rerum επίσειτον est termini. Bona iam.p.i.f.peractis.i.pteritis fatis bona iungi te fata:ac per hoc cōcessum ordinē facite bonoꝝ futuroꝝ. Nu.f.&.a.f.i.a.fœtus generaliter oīum rerum acci pe aīalium quæ ad utilitatē nostrā pertinent:salubres aūt non tm̄ aquæ uerū etiam auræ intelligendū. Con dito mitis placidusq̧.t.f.a.p.a.hic sensus ẜm eorum opinionē cōceptus est:qui apollinem pestilentem deū pu tant esse.Porro autem quidam dii ideo placanẜ:ut prosint:qdam ne obsint:ẜm ꝙ de apolline dicitur.Condi/ to mitis placidusq̧ telo supplices audi pueros apollo:ne noceat.f.uidetur aūt Home.sic & de illo sensisse cum ait τονἄεκαυ ἑφοῖβοσ απῶυλλωβῆἄεκατουαίμπόιο,ꝑpter qd̓ significat ab eo pestem græcis imi ti & planctus:in mercatore fabula idem sensit cum inducit matrēfamilias præcari apollinē nato suo:ut par cat. Syderum re.bi.poeticū est dicere lunā syderū reginam:q̄d clarior inter astra uideatur. Roma si.ue.est: quare romā opus apollinis & dianæ dicat nōdum uideo nisi forte ex lectione uirgiliana hoc cœpit ubi diciẜ frequenter apollinis oraculis instructū æneam italiam petisse:ad quē intellectū & ipse nos adduxit poeta in/ ferendo.Iussa pars mutare lares & urbem. Sine dubio enim oraculo iussa itelligi:pars iussa autem ad illud re fertur ꝙ non omnes ilienses cum ænea fuerint:sed pars eorum alibi. Cui per ar.f.f.t. cum utiq̧ fraude græ/ corum incensa troia sit:sed sine fraude. Castus æneas.p.f.qd̓ ideo uidetur dictū:q̄a quorundā opinione infa matus æneas est crimine ꝓditionis. Daturus.p.r.f.suis troianis quos secum in italiam adduxit daturus plu/ ra q̄ in patria amissa reliquerant. Relictis:ergo a noīatiuo plurali uenit generis neutri quod est relicta.

¶CHRI. Veraces:nam q̄ a fato sunt necessaria sunt.Ergo ueraces: ut stabilis terminus rerum seruet: qd̓ di ctum est. Iungite fata bona peractis:efficite:ut quæ in futuro fata iminent:bona sint. Donet:ꝓpterea donet quia tellus sit fertilis. Aquæ salubres & iouis auræ.i.aeris.Iccirco dixit:q̄a ex humore & calore:ita tempera// tour aer est oīa gignunẜ & alūtur. Condito mitis.p.q.t.Solis triplex est potestas ẜm Porphyriū. Et sol apd̓ superos.Liber pater in terris.Et apollo apud inferos.Inde eius simulachrum habet tria insignia.Lyram ad si militudinē cœlestis harmoniæ:nam ex contēperato eius calore oīa ꝓueniūt. Item sagittas q̄bus noxius indi catur.Nam ex nimio calore pestē inducit & inde apollo απὸ τοῦ πολλύειν qd̓ perdere significat:diciẜ ꝓ/ ptereaq̧ Home.illum & medicinæ simul & pestilētiæ deum iducit Habet & griphon:qd̓ aīal terrenū est.Er// go optat poeta:ut recondat sagittas.i.ne ueniat noxius:sed saluber. Bicornis:duo enī cornua lunæ sūt. Ro/ ma si.u.e.o.Nam Virgi.apollinē troianis fauētem iducit. Vnde phœbe grauis troiæ semp miserate labores. Dardana q̄ paridis direxisti tela Corpus in æacide. Sine fraude superstes.Quia nō ꝓditione meruit a græcis dimitti.Sed ueneris auxilio liberatus est. Plura relictis.Nam maius fuit iperiū romanū q̄ troianū. Dii opti me iuuētuti bonos mores rogat.Quia & publice & priuati multa sint munera obituri. Senib⁹ aūt q̄si iam oī um muneꝝ genere defunctis qetē ꝓcaẜ. Rē iperiū.Prolē:ut pplus numerosus sit.Hoc publice.Priuatim aūt rem opes:& ꝓlem filios:quos in suis opibus relinquāt. Decus.Oīa ad maiestatem populi agendā pertinēt.

Quiq̧ uos bubus ueneratus albis;
Clarus anchisæ/uenerisq̧ sanguis
Imperet bellante prior iacentem
Lenis in hostem.
Iam mari/terraq̧ manus potentes
Medus albanasq̧ timet secures;
Iam scythæ responsa petunt superbi
Nuper & indi.
Iam fides/& pax/& honor pudorq̧
Priscus/& neglecta redire uirtus
Audet/apparetq̧ beata pleno
Copia cornu.
Augur/& fulgente decorus arcu
Phœbus/acceptusq̧ nouē camœnis
Qui salutari leuat arte fessos
Corporis artus
Si palatinas uides equus arces;

¶ANT. Quiq̧ uos:q legendū est:non q̄de augusto.n.intel/ ligiẜ:nam de ipsa gēte romulea iam dixerat. Codices attamen aliq̄ antiq̄ ēt q̄ hn̄t. Quod aūt q̄q̧ uos legēdū minime sit ostē/ dit fœcūdūq̧ cōiunctio:nā super abūdaret in ordine: q̄ talis es/ set:& q̄ supple romulea gens:appositio:clarus sanguis &c. Le gas igiẜ.Quiq̧ uos &c. Imperet bellāte: ordo est:prior bellan te.i.potior ac melior agente bella imperet lenis.i.mitis in ho// stem iacētem.i.deuictū. Vir.lib.vi.Tu regere imperio pp̄los ro manæ memēto.Parcere subiectis:& debellare superbos. Me/ dus:parthus ēt intelligiẜ de q̄bus late superius. Albanas.i.ro/ manas.Roma.n.ex albāis originē habuit. Scythæ & indi.de iis ēt in odis:hæc autē ostendūt ēt.Quiq̧ uos legēdum esse:ut de augusto intelligaẜ. Iam fides: post bella cōfecta qd ægerit augustus & in odis & in epodis dictum est. Copia cornu:de cornu copiæ:i odis legito. Augur phœbus:i.q̄re augur & cū ar cu late in odis:sic ēt de camœnis. Salutari arte.Apollini me dendi potestas attribuitur:quia tēperatus solis calor morboꝝ omnium fuga est:auctor Macro.lib.i.sat. Palatinas ar.Augu stus enim appollinis templū in ea parte palatinæ domus exci rauit:quā fulmine ictam desiderari adeo haruspices ꝓnuncia rent.Addita porticus cum bibliotheca latina græcaq̧: quo lō co iam senior sæpe etiam senatū habuit auctor est. Tranqllus. Latiūq̧ fœlix:ordo est:& fœlix uidet latiū. Alterum in lu. lustrū pro sæculo posuit:nec sine causa lustrū ait:q̄m lustrum

quinquénium dicebat̃ q́ post qnquénium unaquæq; ciuitas lustrabatur:hinc hoc loco lustrum appellat lu// dos sæculares:quia tunc & ciuitas & omnes fere lustra bantur. Quæq; auem:ibi enim dianæ templum erat: sed in cæteris dianæ templis ceruorum cornua affige/ bantur : in auentino boum suspendere consueuerunt.

Quid ita:lege plutarchi problemata. item de templo dianæ Latius lib.iiii. Dionysium Algidum i de hoc in odis. Quindecim uirorum.ii.n.ludis sæcularibus p̃/ erant. Hæc iouem sentire.i.audire quindecim uirorũ p̃ces & puerorum uota:uel sentire.i.uelle hæc.i. ut dia/ na curet qndecim uirorum præces & puerorum uota.

Hæc iouem sen.ordo est:iouem deosq; cunctos sen/ tire hæc reporto domum spem bonam & certam. Et cho.i.puerorum puellarumq; cœtus ad sacra collectus doctus per hoc.s.carmé dicere laudes phœbi & dianæ reportat domum:spem bonam & certam. Finis supe riorum Die Ianuarii.xv.M.cccxcii.

Remq; romanam/latiumq; fœlix:
Alterum in lustrum/meliusq; semper
Proroget euum.
Quæq; auentinum tenet/algidumq;
Quindecim diana præces uirorum
Curat/& uotis puerorum amicas:
Applicat aures:
Hæc iouem sentire/deosq; cunctos
Spem bonam/certamq; domũ reporto
Doctus/& phœbi chorus/& dianæ
Dicere laudes.

¶Carminis sæcularis Finis.

¶ACR. Quæq; uos bobus.u.al.ut. Hic albi Clitũne greges & maxia taurus uictima.per quam rem deuotiõem Ro.uult intelligi religiosam. Lenis:mitis:ut par cere subiectis. Clarus anchisæ.u.q.s.per æneam romani accipiendi. Bellante prior:siue augustum prio// rem dicit ad arma aduersum rebelles:& subiectis mitem:ut Et parcere subiectis & debellare superbos:siue qa romanis mos erat:ut iustis causis bella susciperent:& nisi per feciales edicta belli causa minime pugnarent.

Albanas secures:romanos magistratus. Albanas dixit:ut albaniq; patres. Iam scythæ responsa.p.s.i.præ cepta:quæ eos auctor seruare iuberet:ut Hic mihi responsum primus dedit:& hoc in laudem augusti. Nu/ per & idi:ut imbellem auertis romanis arcibus indum. Iam fides & pax & honor pudorq;:armis pacem:& honorem:pudoremq; romanos dicit quæsisse: & reparata uirtute superiori tempore neglecta reduisse fortu// nam.ipsa enim est:quæ copiam beato.i.diuite cornu diffundit. Audet re:properat:nil iam dubitat: ut Virg. Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. Augur & fulgente decorus arcu:propter augurium & sagit/ tarum usum atque musicam.Virgi.Augurium cytharamq; dedit celeresq; sagittas. Acceptusq;.n.c.dilectus: quia sibi consecratæ sunt musæ. Qui saluari leuat arte fessos:ipse enim est deus mediciæ. Leuat:medicina si peritia. Si palatinas uidet æquus arces:propitius:ut Nec saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. Alte rum in lustrum:ut sequentem annum semper meliorem exhibeat. Proroget:dilatet:differat: & est tempus pro tempore prorogabit. Quæq; auentinum.Sensus est:& si diana quæ auentinum tenet:& algidum quin decim uirorum præces curat & uotis puerorum aures applicat in alterum lustrum æuum proroget. Algi/ dũque: locus est uel mons appellatus ab assiduo frigore. Quindeci diana p̃ces uirorũ:in t̃plo.n.dianæ de putati erant.xv.uiri tã ad responsa captanda q̃ ad sacrificia offeréda. Amicas: ppitias. Hæc iouem sentire .d.q.c. Finis sacri carminis hoc habebat:ut in hæc uerba deuotio soluere t̃ :qũ diceret sentire iouem uota & deos cunctos:ad omnia etiam numina præcationem carminis peruenisse:auditos spe se certe domũ reuerti.

¶POR. Quæque uos bobus ueneratur albis Clarus anchisæ ueneisq; sanguis.hoc ad Cæsarem augustũ pertinet:quia iulia gens ab iulo per hoc uenere & anchisæ existimatur. Bellante.i.p.l.i.h.sic:& Virgi. Parce re subiectis & debellare superbos.Iam mari terraque manus potentis : subaudiendum utique est romanorũ.

Iam scythæ responsa petunt.i.expectant præcepta romanorum per quod subiectos esse imperio romano/ rum intelligi uult. Et neglecta.r.u.a.neglecta superiore tempore nũc.i.temporibus augusti. Apparetq;.b. p.c.c.quasi corporalem deam hic accipe copiam:utique rerum omnium abundantiam. Si palatinas uidet æquus arces.apparet iam eo tempore augusto dedicatum fuisse in palatino apollinis templum:cuius & Vir gi.hic meminit.Ipse sedens niueo cadentis lumine phœbi.Dona recognoscit populorum. Alterum in.l.m. q.s. p.æ. Sensus est: si acceptas aras habet apollo:quæ in palatio dedicatæ sunt si propitius romanos aspicit melius sæculum tribuat futurum. Quæq; auẽtinum tenet algidumq; Quindecim diana præces uirorum Curet & uotis puerorũ amicas Applicet aures.hic quoq; ex superiore sensu p zeugma si particula arcessen/ da est:ut fit si quindecim uirorum præces diana curat & si amicas aures applicat puerorum uotis: & quæ ex superiore ad dianam pertinebit.Alterum in lustrum meliusq; semper p.æ. Hæc iouem sentire deosq; cun// ctos.Spem boná certãq; domum reporto Doctus & phœbi chorus & dianæ Dicere laudes.phœbi & dianæ.

¶CHRI. Quæ gens romana. Albis.Nã eo colore hostias parabat. Sanguis.Appositio est:ergo q̃ gẽs san guis.i.genus anchisæ & ueneris:ex qbus é æneas auctor romanæ stirpis. Impet.Rẽ iustã petit.s.ut impet i ho stẽ bellanté q̃si bellũ ex sup̃bia inferenté. Prior melior:q̃si uictor & impet in iacenté.i.in eos q cedunt lenis.i. mitens lenitate.Sic Vir. Tu regere ĩperio populos romane meméto. Hæc tibi erũt artes pacisq; imponere mo res.Parcere subiectis & debellare sup̃bos. Respõsa.Ab augusto amicitiã petũt tanq̃ a deo. Delegatione autẽ parthorũ & indorũ diximus. Fides. Has oẽs uirtutes quæ bellis ciuibus ex urbe fugatæ erãt pace ab Octauia/ no pcurata redire dicit.Sed de copia cornu quære in superioribus. Augur:qa a Ioue uaticinationem habet. Vir.Quæ phœbo pater oĩpotés mihi phœbus apollo p̃dixit. Salutari arte.Nam medicinæ auctor habetur. Ouid.Inuẽtum medicinæ meũ est:opiferq; p orbẽ Dicor:& herbarũ subiecta potẽtia nobis.Ordo é:phœb⁹ au gur:& cætera proget alterũ.i.uẽturũ lustrũ in æuũ semp melius.i.in succedẽtia lustra:q̃ æuũ faciũt:& sint fem/

per meliora:posuit autem lustrum pro sæculo:qui & in eo. Si pa.i.si fauet arcibus palatinis: ut sit pars hæc pro tota roma. Quindecim uirorum.Numerum uarium decem uirorum in superioribus diximus. Diana autem in auentinum templum habebat.Propter Phillis auentinæ q̃dam est uicina dianæ. Item aram Iouis elicii:& aram herculis:& templum libertatis a Gracco de mulctatica pecunia militum in secundo bello punico factum.Aderant aquæ ductus & spelunca Caci.

Q.Hora.Flacci Liber de arte poetica ad pisones.


Vmano capiti ceruicē pictor equinam
Iungere si uelit/& uarias indu cere plumas
Vndiq; collatis membris/ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne;
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite pisones isti tabule fore librum
Per similem/cuius uelut ægri somnia uanæ
Finguntur species/ut nec pes/nec caput uni
Reddatur formæ/pictoribus/atq; poetis
Quid libet audēdi semper fuit æqua potestas.
Scim9/& hāc ueniā petimusq;/damusq; uicissim:
Sed nō ut placidis coeāt immitia/nō ut
Serpentes auibus geminentur/tigribus agni


Vmano capiti.De inæqualitate opis loquitur & dat pceptū scribendi poema:& prius pceptū est de dispositiōe & cōuenientia carminis. Scribit āt ad pisones uiros nobiles & disertos ad patrē & filiū uel ut alii dicūt ad fratres:capiti aūt cōparat poema: qd' sine æconomia sit picturæ eiusmodi similetq̃ habeat ceruicē equinam & diuersorum aialium membra & pēnas quæ psona desinat in piscē. Et ua.in.p.imponere plumas uariis coloribus natura floridas:uel uarios diuersarum auiū colores. Vndiq;:ex diuersis.s.aialibus. ACR.
Collatis.m.coniūctis ad superiorē & descriptā formā:ut hēat hūanū caput & collū eq & caudā piscis: & multū pcipit conuenientiā poetā seruare debere.
Atrū fœdum magnū. Desinat finiatur.In piscē hoc est in marinā beluam.i.pistricem. For.su.ut facie sit formosa mulier:inferius autē monstris uariis deturpetur. Superne superiore parte uultu & ceruice. Specta.ad.r.t.a.si fueritis admissi ad spectaculū: o pisones:nōne risum poteritis habere:uel spectatū admissi.i.quasi ad spectandū missi:& est sensus:si admissi fueritis introire ad spectandum tale animal pictum:potestis risum tenere o pisones. Cuius uelut æ.s.u.f.s. Qui non habet ordinem eius ita uanæ sunt species quēadmodū ægrotantiū somnia quæ uidētur habere imagines uarias. Pes:finis. Caput:principiū. Vni:reddatur formæ:uni corpori:ut neq; finis neq; principiū cōueniat. Aequa.p.æqualis quasi p obiectionē:ita ut alter responderit.Est inqt potestas:sed non usq; adeo:ut iniqua fingantur. Scimus:hoc ita eē. Et hāc.u.p.q;.d.q;.u. sicut nos licentiam cōcedimus aliis scribere:ita nobis petimus licere petimus q̃si poetæ damus:q̃si critici. Sed nō ut.p.ita debemus hīc licētiam scribēdi:& sic debēt eē artificiosa poemata:ut nō mitia adiūgant aspis immoderate. Geminent' iungantur.

POR. Humano capiti.hunc librum qui inscribitur de arte poetica ad.L. pisonem:qui postea urbis custos fuit misit. Nam & ipse piso poeta fuit & studiorum liberalium antistes: in quem librum congessit præcepta. Neptolomi. de arte poetica nō qdem omnia sed eminentissima primū pceptum ē. περι τηϲ ακολουτιαϲ.Nam ut pictor si humano capiti equi dederit ceruicem eāq; uoluerit decorare pennis & inferiorem partem membrorum exprimere piscis effigie superiorem uero mulieris exornare specie ualde uidebitur q contra naturam omnia faciat:ita poetices ornatus causa si plusq̃ exigit materia aliquid institutum ornet contemni. Risum.t.a.percunctantis est hæc uox:& pcipientis utiq; rideri oportere. Pictoribus atq;.p.q.a.s.s. æ.p. Sequens pceptum est: omnes quidem poetas potestatem habere fingendi: ita ut aliquid faciant: non ut uelint cum auibus serpentes:uel cum agris tigres iungere.

CHRI. Permagna res est illustrissime Guido Feltrane poeticam artem pro dignitate cōplecti. Cum huiuscemodi ingenium oporteat esse poetis:si modo eo se dignos nomine exhibere uolunt:ut omni humanitate sub se relicta:altiora petant:& se inter deum hoiemq; medios pstent.Facit homo ex materia qcqd facit. Deus ex nihilo creat.At poeta:& si non oino ex nihilo aliqd pstet:tñ diuino fauore afflatus ea elegāti carmine fingit:ut grandia q̃dam & penitus admiranda suis figmētis pene ex nihilo pducere uideatur.Quapp si altius qd poetica sit repetemus:si q̃ prisca q̃ uetusta eius origo appareat:si q̃ uaria:si q̃ diuina in illis doctrina si dephendat' id pfecto cognoscemus qd' grauissimorum quoq; phorum cōsensu cōprobatū est nullum esse scriptorum genus:q aut magnitudine eloquētiæ:aut diuinitate sapientiæ aliquo unq̃ tempore pares poetis fuerint. Quā qdem rem Aristotelē illum peripatheticorum pricipem cui multi primas partes in phia tribuūt.Nullus āt post platonem secundas denegat inductū fuisse opinor:ut & eosdem apud priscos theologos poetasq; fuisse testatus sit & ipse de facultate poetica duos de poetis autem tres libros elegātissime scripserit:Plato.aūt: ut est ingenio ad cūcta diuino poeticā nullā ex iis esse uult:quas pp illarū excellētiam liberales noiauerūt in quarū singulis si qs excelluit:etiam si in reliqs nō laborarit infima semp auctoritate habitus est. Verū rem esse multo illis diuiniorem q̃ illas oēs amplectēs uariisq; numeris colligata distinctisq; pedibus circūscripta ac uariis deniq; luminibus uariisq; floribus illustrat qcunq; hactenus homines fecerint qcunq; egerint qcunq; cognouerint:ac ingenii diuinitate cōtemplati fuerint admirandis figmentis exornat:& ne nisi allegoriis a nobia pceptis intelligi possint:in diuersas omnino spēs traducit.Nam cum ostēdat se aliud qppiam longe humilius ignobiliusq; narrare:aut fabellā ad ociosas aures oblectandas canere:tunc res omnino ægregias & a diuinitatis fonte exhaustas occultius scribit.In qbus a principio deceptus auditor:ubi paulopost suum errorē reco/

gnouit nō solū in maximam rer cognitionē:q̄s paulo ante diuino uelamine inolutas minime norat: tūc de mū uenit. Ver ēt mira q̄dā ex huiusmodi figmēto uoluptate pfundit. Quā q̄dē disciplinā si qs hūanā poti⁹: q̄ diuinā putauerit:hic uniusq̄sq; doctus ifra hoiem oio reponet. Ver ut breuiter & ex platonicor snia quātū reliq̄s antecedat disciplinas eo maxime diligētius iuestigāti patet qm̄ reliq̄ artes q̄ ab hūani ingenii excellētia proficiscuntur:sola poetica diuino furore percipitur. Quod & diuinus Plato in eo libro q̄ Ion inscribitur tribus indicat signis & quor primū est cæteros homines nullā artē assequi posse.nisi & diu circa illam insudauerint:& pceptorem sibi adhibuerint. Veros aūt uates quos ipse Orpheū:Homerū:Hesiodū:Pyndarūq; i suis poematibus pluria signa spargunt olum pene doctrinarū:qbus illas percepisse facile ostendunt. Secundū uero signū id erit:q poetæ furore afflati res omni admiratione atq; stupore dignas sæpe canūt:quas deinde abeūte furore uix ipsi intelligūt ueluti si non ipsi pnūciauerint:sed deus illorū ore plocut⁹ sit. Tertiū postremo signū minime cōtemnendū q neq; natura prudentiores:neq; longis assiduisq; studiis doctiores ii sunt: quos optimos uates uidemus. Sed eos solum quos diuinus furor excitauerit:ut idem Pla. de ione: tynnicoq; atq; Hesiodo scribit. Nullus ergo admirari debet:si poetarū origo uetustissima est cum deus ipse statim pene a condito mūdo sua mysteria per poetas describi uoluerit. Quod & in inuictissimo illo duce moyse:& in idumeo Iob:in Dauid patre filioq; salomone.in Isaia ac plerisq; aliis hebreis manifesto dephendimus quor scripta uersibus in patria lingua constāt. Et qm̄ in falsa quoq; religione:ut ostendit Aug. religiosos miseratus est deus. Videm⁹ & Appollineæ pythiæ:& sibyllarū:& aliorū uatū oracula uersibus edita fuisse. Vnde & pythia carmina extant. Sed de poetica facultate in iis dialogis scripsimus: quos sub nomine illustrissimi parentis sui feltri Federici in Virgiliū edidimus. Quapropter quicq̄d in hoc artificio explicando possumus:tu inde p tuo arbitrio hauries:tibiq; persuadebis:cum paternorū studiorū æmulus eē cupias ad te honestandū omniq; dignitate augendū in primis pertinere:ut poetar ingenia ac uires cognoscēdas te totum conuertas. Et quæ ab Horatio nostro de poetica dnr diligenter aduertas. Nā & ingeniū erudire:& consilium augere & ad ornate dicendū:& recte uiuendum poetarū cognitio plurimū conferret. Humāo.c.c.p.e. Quoniam in poemate scribendo inuentio dispositioq; atq; elocutio in primis inuestigāda est statim a principio quæ adinuētionē dispositionēq; spectant exequitur. Nam hæc tempore priora q̄ elocutio sunt. Præterea elocutionis pcepta cōmunia pene cum oratore habet poeta:& a rhetoribus facile illa mutuari potest. Est enim:ut ciceroni quoq; placere uideo:finitimus oratori poeta numeris astrictior paulo. Verbor autem licentia liberior:multis uero ornandi generibus socius ac pene par. Cum igitur illa a rhetoribus facile mutuet in eo pcipue uersatur Hora.ut quæ in inuentione dispositiōeq; operis consistant diligenter admoneat:cū tota pene res artificio pēdeat:ita tamē ne elocutionem persæpe admisceat. Quapp primū de operis inæqualitate differens pceptum de dispositione & conuenientia rerum loqtur. Scribitq; ad pisones patrē filiosq;: uel ad duos fratres. Præcipit igitur cum multa a poeta frangenda sint:ne pugnātia inter se:aut nullo pacto quadrātia cōiungat. Nam cū omnis ars naturā imitetur:ita irridebit poeta:si mōstruosa describat:ut rideretur pictor:si equi ceruicem capiti humano subdat & ipsi ceruici equinæ corpus ex uariis auibus ita appigat:& ultima mēbra piscium sint. Collatis:in idē corpus inductis. Vndiq;.i.ab omnibus quæ dixit aialibus. Nam hoc faciens corpus pulchræ mulieris quod in capite apparuit in turpē piscē desinet. Teneatis.t.q.d.minime cōtinebitis risum. Admissi.sp.i.ad inspectandū & inspiciendū huiuscemodi depictū monstrū. Amici ergo minime tenebunt inuidi:si non tenuerint amici. Credite. Cū asseueratiōe suam sniam exprimit. Librum:poetæ. Similē.t.i. picturæ quam narrauit. Cui⁹.s.libri. Fingunt spe. hoc poetis licet. Vane. hoc non licet quod ut melius teneas dicamus ex donati sententia. Falsum:uanum:fictumq; inter se differre. Falsum enim est quo tegitur id qd factū est. Vanū quod fieri nō potest:fictum quod nō ē factum:& fieri potuit. Igitur falsum & fictum sine uero est sed tn̄ uerisimile. Vanū nō habet uerisimile. Falsum loqui mendacis est. Fictū calidi. Vanum stulti. Falsum loq culpæ ē. Fictū uirtutis. Vanū uecordiæ. Fictis delectamur. Falsis decipimur. Vana cōtemnimus. Ex iis manifestū est spēs poetar fictas eē oportere. Nos eni delectare uult. Vanas aūt minime oportere. Ridiculus eni efficeret. Somnia.æ. Nam ægrotor somnia:qm̄ ex humorū pctō pueniunt:non solum non sunt uera. Sed omnino uanas species afferūt:quoniā neq; ueræ neq; possibiles sunt. Pes:finis Caput principiū. Pictorib⁹ a.p. Licet pictori fingere:licet poetis illi coloribus huic uerbis. Licet ergo formare chimeram formare carminibus humanis uescentes equos. Itaq; petimus tanq̄ poetæ hanc ueniam & concedimus tanquā critici & censores. Sed tamen non ita a natura discedendum est:ut mitibus immitia admisceantur. Serpentes:i quæ quibus inimicissimæ sunt.

Inceptis grauib⁹ plerumq; & magna pfessis:
Purpureus latæ qui splendeat unus/& alter
Assuitur pannus/cum lucus/& ara dianæ:
Et properātis aquæ p amœnos ambitus agros:
Aut flumen rhenū/aut pluuius describit arc⁹.
Sed nūc nō erat his locus/ & fortasse cupressū
Scis simulare/quid hoc:si fractis enatat expes
Nauibus ære dato q̄ pingitur/amphora cœpit
Institui currente rota/cur urceus exit:
Deniq; sit quod uis simplex dumtaxat & unū

ACR. Inceptis gra. Aliud pceptū docet nō importūe iducēdā eē parabolā:aut discriptionē:sed aut parabola:aut discriptio apte dnr:iūgi iceepto bn̄ poemati. Qui.n.icipit grāditer & leuiter fleuit uituperādus ē. Professis āt his q̄ conāt aliqd scribere:aut respexit ad naturā quorundā poetar q̄ icipiāt discribere grādia & i cōes exeāt locos q̄ tā & si boni sint:tn̄ supflui hn̄t & plerūq; ridenī i magno poemate excessus debem⁹ aspgere q̄si ad reficiēdas aures:p bono color excessus dicit. Assuit p.d diis dicit q̄ cū se uerā & subtilē materiā cœpit scribei flosculos quosdā interponūt:zeugmā ab l'feriori:ordo ē pān⁹ assuit q̄ splēdeat:ut bōa sit qdē æconomia:sed icōgrua cū

Maxima

Maxia pars uatū pater/& iuuenes prē digni
Decipimur specie recti/breuis esse laboro:
Obscurus fio/sectantem leuia nerui
Deficiunt animiq;/professus grandia/turget.
Serpit humi tutus nimiū/tumidusq; pcellæ:

lucus &,ara describit. Dianæ:supple ab iferioribus. Per amœnos:riuos p cāpos discuerēs. Ambitus:i circuitus. Pluuius.i.pluuiosus. Aut fluuiē.r.Notā dū flumē Rhenū genere neutro.Salu. i historiis nomē danubiū habet. Sed nūc.n.e.h.l.ut de his posset scribere q̄si aliqs respōderit nō locus:ut hoc describeret:sed qm̄ bñ scribis:iō itroduxisti. Et fortasse cu.Irrisio pictoris cuiusdāq nihil aliud q̄ cupssum nouerat depingere:puerbiū est in malū pictorē q nesciebat aliud pingere q̄ cupssum.Ob hoc naufragus qdā petiuit uultū suū exprimere:ille iterrogauit nū ex cupsso uellet addici aliqd:qd' puerbiū græcis I usu ē:nā naufragi ad misericordiā cōmouētes casus suos i tabulā describūnt Iuue.Vim cogat:& picta se tēpestate tuet. Simulare græco puerbio usus ē:q̄si scribere. Quid hoc:qd ad naufragū q dat pecuniā ut describat cupssus ptinet: ita ergo q scribit nisi opportūe scripserit nō sibi cōparat gloriā:sicut ille maxime q cupssum depingit. Amphora cœpit:ut qdā dicūt pceptū aliud esse:alii eum de œconomia adhuc loq. Cur.ur.e.i.cū a magnis icipias cur I minora desistis cur uile sit opus tuū: & est trāslatio a figulis.Rotā aūt dicit q cum uoluit uasa fingunt parmine. Deniq;sit,qd'uis.s.d.&.u.qcqd uis scribere simplex sit.i.cœptæ materiæ & nondū finitæ nō debes aliā adiūgere. Maxima pars.u.p.& iu.p.d.d.r. Apostrophā facit ad pisones.i.pars poetarū decipimur studio uirtutis & imagine boni dū pferimus ueritatis imaginem delabētes in uitia. Patee & iu.& magistee & discipuli. Breuis esse.l.q̄si diceret uolo scribere breuiter Laus est.n.breuiter narrare:sed dum uult aliqs breuiter narrare fit obscurus. Sectantem leuia nerui defi.animiq.Sæpe eneruatos uersus scribet qui dat operam:ut scribat delicatos. Leuia:splendētia bene curētia:ut pars leuis ocreas lento ducūt argento. Deficiūt.deserunt:ut nostis nō deficit humor. Serpit.h.t.n.t.q.p.it pteeram.s.dicendo uilia ille qui tute uult scribere & non audet se magnis imponere rebus dum quidam inflatos uersus uitant fiunt uiles:terræq; fit pximis qui timet inflate dicere dom se tueri uult.

¶POR. Incœptis.g.Præceptū tertiū.est natura quorūdā poetaʒ pessima:q incipiūt grādia describere:deinde i locos cōes exeūt q licet boni sint:tñ uident ac supuacuū habeant:nisi loco positi sint. Purpureus late.q.s.u. &.a.a.p.per hoc locos cōes significat. Aut.fl.Rhenū.non dixit ge.ma.Rhenus:sed neutro hoc Rhenū qa hoc ē flumē. Et for.c.scis.s.hoc puerbiū est i malū pictorē:q nesciebat aliud bñ pingere.q̄ cupssum.Ab hoc nanfragus qdam petit fatum suū exprimere:ille iterrogauit:num ex cupsso uellet aliqd adiici quod puerbiū græcis in usu est. Amphora cœpit.i.cur.r.c.u.e.hoc dicit:quare cum aliā materiā institueris scribere:aliā efficis:quo ridendus est figulus:qui cum destinauerit amphoram fingere urceum efficiat. Maxima pars.u.p.& iu.p.d.Decipimur specie.recti hoc tale παραγγελμα est.Erramus inquit:& dum conamur ueram uirtutem sequi uicia uietuti in uitia incidimus.nam breuitee scribentem sequitur obscuritas.Leuia componentē nerui inhibent:diserta profitentem:uitiat sprera rerum inspectione.

¶CHRI. Incœptis.g.Intollerabile uitiū est eoʒ poetarū q cū aliqd grauitate plenū scribendū suscepint.qd aut ad deos immortales:aut ad heroas:aut ad pstantissimos uiros ptineat:ita in eo poemate uersari ut q̄dam minora i eo optime describas.In sūma aūt rei qd' poetaʒ pprium est decoʒ nō serues.Ergo si ludoʒ descriptio incidat:ut in æneide ludi iducunt in anchisæ honorē:describet optime apparatū illū ludoʒ: tenorē aūt ppetuū totius argumēti pficere non poterit:uelut si Vir.cum templū Iunonis & artificiū in illo artificiosissime psequat:q aūt circa Didonis troianorumq; aduentū in illud ptineāt: exeq p dignitate nō possit. Posuit autē pānus p ornamēto:siue adhibeat cōparationē:siue aliū colorē uerboʒ siue narrationē:siue topographiā:siue chronographiā.Est āt trāslatio a ludis theatralib9.nā theatra auleis ornabāt:& uelis ex purpureis pānis tegebant:& ad solis molestiā excludēdā:ptereaq; ēt übellis multi utebāt.Vir.Vel scæna ut uersis discedat frōtib9:utq; Purpurea intexti tollāt aulæa britāni.Nā de factionibus q̄tuor q in ludis circēsibus diuersos pāni colores adhibebāt:alibi dicēdum erit.Assuitur ergo pānus q splēdeat.i.adhibet ornatus:quo poema splēdeat. Aut qnt' aliqua descriptio luci:& aræ dianæ describiturq; & agroʒ & fluuioʒ amœnitas:cū p sæpe id locus n̄ dsiderarēt. Ea aūt q necessaria sunt nō ponūt.Ergo nūc nō erat iis locus. Et fortasse.c.Optima trāslatio.Erat.n.pictor q cupssum optime pingeret.Reliqua uero inepte:Cū ergo a naufrago cōduceret:ut naufragiū in tabella pingeret iterrogauit nūqd & cupssom una pingi uellet.Ergo iure hac cōpatione ludit poetas q relicta ppria materia quā exeq desperāt,iportune alios ornatus inducūt. Quid hoc pdest:ut cupssum pingas. Si fractis enatat expes.i.si illi dat æs nō ut cupssum pingat:sed ipsum fractis nauibus enatātem:& ab omni spe destitutum. Amphora.trāslatio a figulo.q iure ridēdus est:si cū uasi suo principiū amphore dederit:qd' uas capax est:finē deinde det urcei uasis angusti & parui.Ridebit igitur & poeta:q graue ampluq; initium attribuēs:finē exilem ponat. Currente.r.Nam figuli rota currēte uasa fingūt.Figulinā artē a Chorebo atheniēse inuētam & alii scriptores:& Pli.tradidere.Rotæ uero inuētum i illo aliī anacharsi scythæ:alii Hipbio corinthio affirmāt. Exit:inquit:alias uitauit. Simplex & unū.Sūt.n.singula ita seorsum scribēda:ne alienis partibus admisceant. Maxima pars.s.poetaʒ & plurale uerbū dedit nomini singulari:qm̄ in illo pluralitas colligit:sic Virg. Pars i frustra secant:& tertiæ psonæ dictioni primā attribuit:qa In ea parte se admiscet:ut cū cæteros reprehendat:sibi parcere nō uideat.Dicit ergo in opposita uitia icurrere poetas:dū opposita effugere tentāt.Sūt.n.qui ut nimiā loquacitatē effugiāt:breuitatē tentēt:sed qa illā explere nequeūt:incidūt I obscuritatē.In breuitate.n. pceptū ē ut inde icipiamus unī necesse ē:& nō ab ultimo pricipio repetamus.Et si sumatim:nō pticulatim narramus.Et si nō ad extremū:sed usq; eo qd' opus fuerit psequemur.Et si exitus reʒ ita ponemus:ut ea quoq; q nō diximus:ex iis q dicta sunt itelligant.Et oino si nō modo tacemus id qd' obest:sed ēt id qd' nō pdest.Qui igit' hæc obseruat breuis erit.Sed si ea quoq; pter mittet:quæ necessaria sunt:iam nō breuis:sed obscurus fiet.

Sectantē leuia. Aliud uitiū cauēdū erit. Nā sæpe eneruatos scribit uersus q delicatos scribere tētat. Lenia po/lita: splēdida ppria syllaba pducta. Vir. Et sæpe ī leui quæsisset cornua frōte. Deficiūt: deserūt. Vir. noctis nō deficit humor. Professus. g. Et hic peccat: q dū grādiloquus eē uult: īflatus efficit. Serpit humi. Nā dū uult magna uitare nimis descēdit. Optima aūt trāslatio a nauigāte: q dū altū mare fugit in littus īcidit. Ponit āt uitiū triū figurarū. Nā ut ostēdit Cice. Sūt tres figuræ dicēdi: grauis: mediocris: attenuata. Grauis cōstat ex uerborū grauiū magna & ornata cōstitutione. Mediocris cōstat ex humiliori: neq; tū infima & puulgatissima uerborum dignitate. Attenuata deniq; usq; ad usitatissimā puri sermonis ɔsuetudinē descēdit. Cauēdū aūt ēne dū hæc genera cōsectemur: in finitima & ppinqua uitia deueniamus. Nā graui figuræ se similē pbere cupit q̄ suffulta appellat. Quapp ea sæpe figura grauis impitis uidet: q̄ tumet & inflata ē. Eadē rōne q io mediocri cōsistere nequeūt errātes pueniūt ad cōfine genus: qd' dissolutū appellat. Deniq; q nō possunt in illa facetissima uerboꝝ attenuatiōe uersari ueniūt ad aridū & exangue genus dicēdi qd' exile appellat Cice. Hæc igit triū figurarū tria uitia: aīa a poeta uitāda putat Horatius ut Cicero ab oratoribus. Nā cū dicit sectātē leuia dissolutum notat. Cum uero professus grādia suffultū. Cum postremo serpit humi exile ostendit inflatum.

Qui uariare cupit rem prodigialiter unam.
Delphinum siluis appingit/fluctibus aprum.
In uitium ducit culpæ fuga. si caret arte:
Aemylium circa ludum faber imus & ungues
Exprimet & molles imitabitur ære capillos
Infœlix operis summa/quia ponere totum
Nesciet/hunc ego me/ si quid cōponere curem
Non magis esse uelim/q̄ prauo uiuere naso
Spectandum nigris oculis/nigroq; capillo.
Sumite materiam uestris qui scribitis æquam
Viribus/& uersate diu/quid ferre recusent:
Quid ualeāt hūeri/cui lecta potenter erit res:
Nec facundia deseret hunc/nec lucidus ordo
Ordinis hæc uirtꝰ erit/& uenus, aut ego fallor
Vt iam nunc dicat/iam nunc debentia dici
Pleraq; differat/& p̄sens in tēpus omittat.

ACR. Qui uariare. c. r. Qui uult uariū scribere sæpe inepta scribit mirabiliter monstruose. In uitium ducit. c. f. i. dū uult fugere culpā cadit in uitiū. docet hic nō eē indulgēdū eloquētiæ ne qs īcidat ī opinionē inepte & supflue. i. culpæ fuga ducit ī uitiū si nescit aliqs culpā uitare: ut ipse alibi. Dū uitat stulti uitia ī contraria currūt. Aemili cū. c. ab æmilio inētū q faciebat statuas: q; ponebant in harena: ubi ludi celebrabant: Aemilius locus ī quo qdā æmilius gladiatores suos habuit. Circa hūc ludū imus erat qdā statuarius. Alii dicunt imū breuē. Alii ī extrema pte positum ludi: q cum ungues & capillos & alia mēbra bene formaret: in pfectiōe statuæ deficiebat. hic ergo dicit nihil oportere deesse poetæ. Exprimet & imitabatur: futuru pro p̄senti. Infœlix. s. in pfectione operis nō doctus sed īfœlix. Ponere: finire. Totum. i. finem: aut uenustatē consumationis. Interdū enim uidemus singula membra artificiose facta: & totius operis formam minime placituram. Hunc talemui hic priami finis: fatorum hic exitus illum forte tulit. Si quid ɔponere curē. Nolo me pte quadam corporis fœdissimum esse & reliquis splendidum: sed magis opto integra esse spēta: enitor omni parte poeta uideri nulla in parte alia discrepās. Nō magis eē uelim: si me inqt huic fabro ɔferre noluero dimidia corporis pte ridēdus: ut partem ridendam habeā: quis laudādus spectādusq; sim in alia. i. hunc me eē nolo idest huic similis eē recuso: q pfectus non ē. Quā naso uiuere. p. marcido turpi. Si uelim inqt aliquid scribere noli huic esse similis: sed magis uolo me esse pulchrū nigris capillis & oculis & cum torto naso: q̄ scribere poema cui aliqd desit. Spectandū: laudandū. i. uidendū: ut una pars pulchra alia deformis sit. qd' dedecet. Sumite materiā. u. q. s. æ. pcipit poetis: ut eam materiam eligant: quæ uires eorum nō excedat. i. anteq̄ materiam incipias uide an incœptā possis implere. Versate: considerate. Cui lecta. p. quod possibilia eliget possibiliter implebit. Nec facunda. d. h. nec lucidus ordo. i. dispositio: q a re uera ordo manifestat omne qd' dicitur. Ordu lucidus. ϭπιδϵτον. q a ordo facit lucidam orationem. Ordinis hæc. u. ordo. n. pulchram facit orationem. Venus: uenustas. Aut ego. f. aut ego fallor: aut ista est ars quam distructus sumunt q̄dam dicat q̄dam reseruet in aliam partem: ut quæ debent dici sine dilatione dicantur: quæ non debent pro tempore differantur. Iam nunc. i. præsentiriam nunc debentia dici quæ in p̄senti dicenda sunt. Pleraq; dif. &. p. i. t. o. ut Vir. an. ix. narrat qūo fabricatæ sunt naues quibus de ilio nauigauit Aeneas. cum in. iii. non dicat.

POR. Qui uariate cupit rem prodigaliter unam. Aliud hoc præceptum est: non esse fabulis indulgendum: nec extēuādam usq; in uitia materiam. Aemylium circa ludum faber imus. Aemylii lepidi ludus gladiatores fuit quod nunc Policleti balneum est hic demōstrat ærarium fuisse fabrum Imum. hoc est in angulo ludi tabernam habentem hoc autem pcepto. Sumite materiam uestris qui scri. æ. pcipit eis qui sunt poetæ: ut eam materiam eligant qua possint placere. Cui lecta potenter erit res. i. qui legerit id quod p̄stare possit potenter figurauit ωστιπυκατοσ. Ordinis hæc uirtus erit & uenus: aut ego fallor. loquitur nunc πσσιτισασιασ quo ordine seruandam a poetis ueoerenuaut decorem carminis significat.

CHRI. Qui uariare cupit. Virtus maxima est poema multa uarietate distinguere. Animum enim auditoris ex uarietate delactemus: & attentum reddimus: & ab omni fastidio remouemus. Sed ita uariandum ē ut nihil portentosum appareat: & ineptum & minime inter se quadrans. Nam esset similis pictori: qui aprum animal siluestre in marinis fluctibus. Delphioum uero aquarum incolam in siluis pingat. Nam huiuscemodi uarietas non delectat: quia portento similis est. In uitium fuga culpæ ditat in uitium. Nam dum uolo fugere uitium: ut nimis usitata & trita loquar: incido in aliud uitium: ut fugiam prodigia. Aemylium. locus erat in quo quidam æmylius suos gladiatores habuit. Circa hunc ludum statuarius erat nomine Imus. Alii

dicût imû.i.breuē. Alii ī ima parte herenæ positû:& æmyliû dicût eē q statuas ī harena ponēdas faceret. Hic ergo ungues capillosq; optime in statua fabricabat:reliq̄ uero mēbra nō recte ponebat. Molles:flexibiles.i. ita formabitur in ære metallo duro flexibiles uideant̄. Prauo:distorto: quæ deformitas nō parua ē. Nigri aût oculi & nigri capilli ad pulchritudinē spectāt. Vnde ipse in odis:Nigris oculis nigroq; crine decoq:. Sētentia igit̄ ē:q ipse magis eē uelit.i.nō magis ipse uelit sua poemata similia illi statuæ:in qua capilli & ungues artificiose expressi sint:reliq̄ uero mēbra turpia appareāt:q̄ habeī oculos crinesq; pulchros:& nasû turpē. Sic igitur cōcludit nō placere poemaū quo cû q̄dā minora pauciorаq; pulchra sint:reliq̄.q̄ & plura & maiora sunt turpia existāt. Sumite: pceptû ē q si obseruent̄ oia pene illa uitia quæ demōstrata sunt euitari queāt. Nā quicunq; habebit īgeniû:cōsiliû:artificiûq; par materiæ:rē p dignitate adimplebit:psertim si ante q̄ negocium aggrediat̄:pēsiter cûcta:& tētet:& quæ possit:& quæ ñ possit. Lecta:p electa. Potēter:secûdû possibilitatē. Res: materia. Facûdia:qd̄ ad elocutionē ptinet. Lucidus ordo:q in dispositiōe uersat̄. Lucidus. Nam is probandus:q splēdorē nō obscuritatē afferat. Ordinis hæc uirtus. In cōtexēdis rebus duplex adhibet̄ ordo: alter naturalis:alter artificiosus. Naturalis ē:cû idispositiōe quæq; priora prius collocant̄. Hic plerûq; in oratore pspicit̄.cui⁹ cû aut auditores aut iudices īdoctiores:aut q̄a multû occupati sût:tardiores ad rē pcipiendā sint oia pspicua ī narrādo eē oportet. Artificiosus uero:cû nulla habita tpis rōne ita psæpe ab ultimis incipimus: ut deinde ad priora reuertamur. Ergo naturalis ī oratore plerûq; pspicitur. Artificiosus aût maxime est poetarum: Nā ad poetas legēdos & doctiores & ociosiores accidimus:& si qd semel lectû nō intelligatur:eundē locû sæpius repetere licet: Quapp isti artificioso utunt̄ ordine:ut apud Virg. uidemus. Quia septimo erroq; æneæ anno æneida īcipit: Mox apud Didonē quæ de excidio troiano & uariis nauigatiōibus omiserat: suo ordie narrat. Ergo in optimo poeta uirtus.i.dignitas:& uenus.i.pulchritudo erit:ut iam nûc dicat.i. q̄primû quædam ultima dicat. Et differat debentia dici:quæ prima sunt.

Hoc amet/hoc spnat pmissi carminis author.
In uerbis etiam tenuis/cautusq; serendis
Dixeris egregie/notum si callida uerbum
Reddiderit iûctura nouum/si forte necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita cethegis
Continget/dabiturq; licentia sumpta pudēter:
Et noua/fictaq; nuper habebunt uerba fidē/si
Græco fonte cadant parce detorta.q̄d autem
Cecilio/plautoq; dabit romanus/ademptum
Vergilio/narioq;:ego/cur acquirere pauca
Si possû/inuideor: cum lingua catōis/& enni
Sermonem patrium ditauerit/& noua rerum
Nomina protulerit:licuit/semperq; licebit
Signatum præsente nota producere nomen.

ACR. Hoc amet.h.s.p.c.a. Quod debet dicere in præsenti:quod debet dicere in futuro ut nō oia dicat quæ ueniût in mentē. In uerbis ēt tenuis: si faciēda sunt tibi noua uerba: obserua ut ea dicas q̄ placeāt & habeant auctoritatem. Dixeris ægregie: cum laudē dices uerbum uulgare: si illud bene composueris. Aristotelis libros qdam transtulit:sed uolēs trāsferre to on non īuenit q̄uo diceret finxit ens & laudē q̄situit. Expōit de uerbis ueteribus:& nouis q̄uo poetica licētia fiant. Nā aliq̄ licet uulgaria sint: tñ cû aliq̄ compositione posse splendescere. Callida iun.n. elegans & noua elocutio & cohærens sermo. Optimû.n.dicendi genus est: si noua uerba opportune & proprie ponantur. Si forte.n. Nouû uerbum bene facis:si fuerit necessitas. Indiciis.n.pferre res nouas .i.ne facias uerbum nouû q̄ñ necessitas nō est. Indiciis mōstrare.r.a.r. Mire dixit:idicia.n. ai uerba sunt: indiciis ergo recētibus:rudi inuētiōe uerborûq idicia rerû uerba sunt:sm philosophos qui aiût. Cictutis:antique dixit.i.militantibus uiris & ad militiam paratis: unde p cōtrariû dixit poeta discinctos mulciber afros.i.ībecilles ad militiam. Nō ex audita:nō ante cōpta: nōdû cognita p eo qd̄ ē antiqs incognita.i.si necessitas fuerit tibi uti uerbis recentibus q̄ nō audierût cethegi antiqui oratores:licet uti sed moderate: unde ait. Dabitur licentia sumpta prudēter. Verba.f.noua uerba ficta hēbût fidem si de græcis uerbia contorta fuerint:ut quod græci κονοπα dicunt:nos culicē. Quid autem Cecilio Plautoq;.d.r. Quare negauerint romani Vir. & Var. q dederunt antiqs poetis.i.noua uerba facere. Et hoc dicit nō q negauere sed q̄si causam quærens quæ nā esset rō.si uoluissent negare:nam si hos prohibet nec illis licuisse demonstrat. Virg. Var.q;. Cecilius ante Vir.& Var. fuit:iō dicit Vir.& Var. nihil posse dicere qd̄ illi nō dixissēt:ergo oportet illos quærere noua uerba. Ego cur acqui.p.si.p.in. Mire dum de fingēdis uerbis loqret̄ scdm græcos ipse effinxit inuideor.i.inuidiam patior:inuideor.n. negatur posse dici:ut inuideor phibeor. Cum lingua.c.&.e.M. furius qui & cēsorius dictus est. Cato & Ennius quod priores patres dixerunt:illi suis carminibus posuerût:& sup hoc noua uerba īuenerunt. Ditauerit:locupletauerit:auxerit nouis uerbis. Signarû:hoc tractum ē a nûmis. Præsente nota. Notamine præsentis tpis:uerbi grā:fruitus ante dicebat modo fructus: ante pûxit dicebatur: modo pupugit dr. Vel præsente nota:uerbo nouiter inuento: ut hoc nomen inuentum est tempore principis illius. Prodûcere:ad noticiam hominum deducere.

¶CHRI. Contento fune. Quia fugere cupit. Laxo: quoniã non quærit fugam. Translatio aũt est a colligata fera qua quiescente laxus manet funis: fugã uero quærente extenditur. Nõ dices. Domini oratio. Furcifer. Nomen hinc est q maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat: ut is plaustri lignũ: cui temo affigitur spectãte uicinia ferens circũageretur. Quod ubi factũ erat infidus a domesticis:& uicinis existimatus furcifer appellabat. Nam latini lignum illud furcã appellãt. Hæc ait Plutarchus in uita Coriolani. Ad te. rogauerat dñs quorsum illa uerba tenderent. Ergo respõdet seruus ad te. q. d. tui causa qui tanta sis incõstantia: ut antiquorum mores laudes:& tñ si ad illos te deus uellet recusares. Antiquæ plebis. Quam omnes scriptores parce: sobrie:& laboriose uixisse affirmant. Hoc aũt est uel quia nõ sentis id esse rectum quod loqueris: uel qa nondũ confirmatus es in iis quæ probas. Et hæres. i. non potes auelli e cœno: in quod plantam immiseris. Nam cœno imersus est qui uitiis est obrutus. Romæ rus. Ex iis oĩbus indicat hominis leuitatem. Victus: quasi coactus. Oleum: quo in balneo ungaris. Blateras. Stulte & p̃cupide loqueris. id. n. significare hoc uerbũ affirmat. Dicitq; a græco ducere originem:& camelos etiam dicit blaterare. Miluius &. s. qui moleste ferunt istas tuas ineptias:& propterea imprecant adeo horrenda mala: ut nõ sint referenda. Nam dixerit Miluius. Ego fateor me duci uentre. i. trahi edendi cupiditate:& supinor nasum. i. habeo nasum supinũ quasi paratum ad olfaciendum. Nidore. i. suaui odore epularũ. Vnde Iuuena. Captum te nidore suæ putat ille culinæ. Popino. Nã opinionem appellat qui popina delectat. Tu uero insectere. Insecteris me tuis rep̃hensionibus: cũ sis qui ego. i. talis qualis ego:& fortasse nequior. Verbis decoris. Sic & Iuue. Qui curios simulant & bacchanalia uiuũt. Obluere hoc pacto põt uitium uerbis: quia honestate uerborum tetigit turpia facta. Quid si me: Cõcludit ergo si tu dñs stultior me empto quingentis drachmis aufer terrere me uultu tuo. Drachma: Sed ut certus appareat: ordo in ponderibus primum pondus rõe siliqua erat. id græce. Κɑιρ τ ιον. i. granum ex siliqua. Inde obolus græce scrypulus sex siliquas cõtinens. Inde drachma quæ ex decem & octo siliquis. i. ex tribus obolis cõstat. Inde denarius qui argenteus nũmus erat:& cõtinebat. xxiiii. scrypulos. i. dragmã:& tertiam eius partem. Inde uncia octo drachmas siue sex dẽarios. Inde libra quæ habet. xii. uncias. i. dẽarios. lxxii. siue drachmas. xcvi. Manum & stomachum. i. contine manum & iram tuã. Ianitor Chrysippi. Optime seruus non a Chrysippo sed a chrysippi seruo se doctum dicit. Sic & rẽ uerisimilẽ facit: & simul ostendit errata eius huiuscemodi eẽ: ut facile an imperitioribus corrigi possit. Vter. peccat dignius cru. q. d. tu qui abuteris aliena uxore. Aut agitauit. e. s. Quia sup incubando me agitat ueluti eques equum.

Dimittit neq; famosum/neq; sollicitum/ne
Ditior/aut formæ melioris meiat eodem.
Tu cum proiectis insignibus/anulo equestri
Romanoq; habitu/prodis ex iudice dama
Turpis/odoratum caput obscurante lacerna:
Non es quod simulas/metuẽs induceris/atq;
Altercante libidinibus tremix ossa pauore.
Quid refert uiri uirgis ferroq; necari:
Authoratus eas/an turpi clausus in arca:

¶ACR. Dimittit neq. hoc ẽ dimittit me meretrix hoc ẽ ex eo de cella meretricis: neq; mala laborãs famaneq; sollicit⁹ ne alter me fortior aut ditior capiat amicã meã. Sollicitũ: timẽtẽ. Tu cũ pro. in. iuehit in equitẽ romanũ siue in Hor. q deposito habitu ne cognoscat exit de adulterio obtecto capite: ne qs illũ uidear. Anulo e. nõ licebat eqtibus roma. anulis uti nisi a p̃torib⁹ dõati fuissẽt: anulo ergo eqstri: quẽ q̃si eqs bon⁹ a p̃tore meruisti. Ex iudice: ex electro uiro qa iudices eligebant. Dama ãt suile nomẽ ẽ: ut hic dama nõ tressis agaso. Obscurãte: tegẽte. s. ne possis agnosci. Induceris. s. in domũ adulteræ. Atq; altere pugnãte. i. in te simul:& timor: & libido repugnãt dũ & cupis:& times adulteriũ cõmittere. Quid re. i.

Quē neq; paupies neq; mors neq; nicula terrēt
Reſponſare cupidinibus/cõtemnere honores
Fortis/& in ſeipſo totus teres/atq; rotundus:
Externi nequid ualeat per leue morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna.potes/ne
Ex his/ut proprium qd noſcere?quinq; talēta
Poſcit te mulier/uexat/foribuſq; repulſum
Perfundit gelida/rurſus uocat/eripe turpi
Colla iugo/liber ſum/dic age.non quis.
Vrget enim dñs mentem non lenis/& acreis
Subiectat lapſo ſtimulos/uerſatq; negantem:
Vel cum pauſiaca torpes inſane tabella:
Qui peccas min9/atq; ego?cũ fului/rutubęq;
Aut placideiani contento poplite miror
Prælia rubrica picta/aut carbone/uelut ſi
Re uera pugnent/feriant/uitentq; mouentes
Arma uiri/nequam/& ceſſator daus/at ipſe
Subtilis ueterum iudex/& callidus audis.
Nil ego/ſi ducor libo fumante/tibi ingens
Virtus/atque animus cœnis reſpõſat opimis.
Obſequium uentris mihi pernitioſus eſt/cur?
Tergo plector enim/qui tu impunitior?illa
Quæ paruo ſumi nequeunt/obſonia captas:
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ:
Illuſiq; pedes uitioſum ferre recuſant
Corpus.an hic peccat ſub noctem/q puer uuã
Furtiua mutat ſtrigili?qui prædia uendit:
Nil ſeruile gulæ parens habet?adde quod idē
Non horam tecum eſſe potes/non ocia recte
Ponere/teq; ipſum uitas fugitiuus/& erro:
Iam uino quærens/iam ſomno fallere curam
Fruſtra/nã comes atra pmit/ſequit'q; fugacē
Vñ mihi lapidē?quorſum ē opus?ũ ſagittas?
Aut inſanit hõ/aut uerſus facit.ocyus hinc te
Ni rapis/accedes opera agro nona ſabino.

ptra dicere:Et in.ſ.t.t.æqualis cõſtãs in ſe. Terretes: dñt q ab alio nõ q̄rũt qd faciendũ ſit:ſed ipſi p ſe iue niũt. Externi ne.ualeat p læue.illecebræ:& blãdimē ta nõ blãdiunt' nobis honores: metaphora a leui li/gno ſiue marmore:cui ſi qd ĩpõas hærere nõ pt:ſed labit':ita & plim ſi tetigerint uitia hætere nõ pñt:ſed labunt':& cadũt ab eo. In quē mãca.i.quē circũagit & eetot q̄t i uitiũ. Potes ne.nõ potes te dicere liberũ eẽ qui ſeruis libidini. Ex hiis:q̄ dixi hic ſapientem.

Gelida ſub aqua. Eripe turpi:nã ſeruus es mulie/ris pp amorē. Non quis.Turpes obſtupeſcis. Con tẽto poplite:qm̃ gladiator dũ dimicat extẽdit ſuum poplitē:aut quia dũ attẽtus aliqd ſpectat erigit ſe: & extẽdit poplitem ſuũ.Si inquit pictura fuero forſitã delectatus:& moras fecero ſtatim ſtomachat' dñs. Velut ſi reuera laus picturæ.i.ita bene pictos:ut cee/das illos dimicare. Nequam & ceſſator:ego ſi itue/or picturam nequã audio: tu uero econtrario lauda ris:quaſi bene ſciẽs iudicare qui melior ſit pictor:ita oſtẽdit iterdum quoddã uitium liberis laudē: ſeruis uero culpã afferre:quoniã illos qui plus poſſunt ne mo audet coarguere. Nil ego ſi ducor : oẽs me dñt nihil eſſe:aliter me:ſi delectauerit bon9 cibus audio. nil.i.abiectus nullius momẽti quaſi luxuriæ dedit9. Impunitor.i.nõ ſoluẽs pœnas:ac p hoc tu magis pẽ dis pœnas luxuriæ q̄ ego: nam ego uapulo tibi aut multo cibo.& cruditatibus uexat' corpus. Furtiua mutat ſtri.ironia.i.ſeruus q ſtrigilē furat':& mutat ĩ uua m:ut comedat crimie luxuriæ notat'. liber uero q p̃imoniũ ſuũ luxuriæ ipendit nõ ſeruit gulæ ſuæ ac pee hoc multo magis liber luxurioſus dũ duceris uoluptatibus. Ponere:oedinare:conſtituere tibi:nã male cõſcii ſibi nolũt ſeipſos declinare noie. Erro: errore plenus. Nõ es tecũ:hoc ē nõ es ſanus.Curã malã cõſciẽtiã aut curã quã habemus ex mala cõſci entia:quæ exhortatur ad edendum: nã ita uellicane ſtomachum ad appetitum:ideſt ad edẽdum. Vnde mihi lapidem Hora.iratus daui iniuriis: ac per hoc oſtẽdit omnes iraſci : ſi quis illorum uitia cõuincat.

Accedes opeea agro.n.ſ.quaſi octo ſeruos Horati. miſit in eegaſtula agri ſabini.

CHRI. Quiſnã igit'.Concludit ex ſnĩa ſtoicoꝝ ſolũ ſapientē liberꝝ eſſe: qm̃ in ſua & nõ aliena ptãte conſtitutus ſibi imperet: & ita cũcta quæ hic enume rantur cõtemnit: ut nihil externi.i.nihil pter uirtutē q̄ ſola in ſe eſt:reliq̄ aũt ſunt externa: poſſit illũ ĩpedi re. Teres:&.r.Cui nocerinon poteſt.Nam forma teres & rotunda neq; anſas prebet:ut capiatur.:& facile ela bitur pee obſtantia. Manca:quaſi ſine uiribus:quoniã tibi nocere nõ poteſt. Gelida.ſ.aqua:Nam muliebris iniuria eſt:ut hoſtium pulſantẽ aque ſuperne infuſa operiat. Perfundit te.i.perfundẽdo repellit. Viegili.Sub merſaſq; obrue puppes.i.ſubmerge ut obruantur. Rurſus uo. Sic Terenti.excluſit reuocat. Pauſiaca.a pau ſia pictore nobili. Torpes : ſtupes.i.admitaris. Qui.p.m.quaſi dicat ita peccas cũ nimis miraris pulchram picturam:ut ego admirans quæ fuluus:& rutubæ mali pictores facere ſolent:qui aut eubrica aut carbone pin gebant.Quorum cũ picta peælia admiraris ceſſo neq̃ dicor.Tu autem ſubtilis iudex ueterũ pictuearum dice/ris. Audis.ſ.cum de te ita dicatue ſubtilis eſt ueterum iudex. Libo in ſacris libum offeeebant de farre mel le & oleo:ut dicit Seruius At in epulis libum ſic fieri conſueuiſſe a. Mar. Catone in libro de agricul. ſcribitur hiis uerbis.Libum ſic facito : caſeum bene diſteeat in mortario:ubi bene triuerit farinæ ſiligineæ libram : aut ſi uoles tenerius eſſe ſelibram.Similaginis ſolum eodem indito:permiſcetoque cum caſeo bene.Ouũ unum addito:& permiſceto uua bene.Inde panem facito:folia ſubdito in foco callido : Sub teſta ea coquito leniter.

Tibi ingens uittus : quaſi dicat tu magnanimus haberis:ſi magnas cœnas paeas .Ergo ſi obſequot uentri ſtatim plecto tergo . Tu autem impune capis obſonia : quæ niſi magno precio ſummi non poſſunt. Illuſi pedes.qui cum ſtare poſſe ceedunt propter ebrietatem uacillant. Vitioſum:ex crapula uel illuſi a podagra.

An hic peccat.utrum maius peccatum eſt an ſerui qui ſtrigilem quam furatus eſt.cum uua commutat:an tu qui pdia gulæ ſeruiens uendis. Nil ſeruire gulæ parens habet:quaſi dicat nõ ne habet aliqd ſeruire quod

pareat.i.obtempet gulæ. Nõ horã.t.e.p.Nã tot curis afficeris:ut semp in diuersa distractus tecũ esse non pos/sis. Ocia recte.Ocia uõ inertiæ:sed studioq; intelligit. Te uitas.Quia tui oblitus per uaria discurris.Erro no/minatiui casus est. Dicũt aũt errones qui p alienas regiones uagantur.Vnde mihi lapidem.Irascitur dñs ser/uo uera canenti.Quorsum est opus. Interrogat seruus ad quã rem lapide uti uelit.Sed ille ira inflãmatus pe/tit etiã sagittas. Aut insanit homo. Verba serui.Nam cum uideat dñm tanto furore percitũ putat illum aut insanire ex atra bili:aut facere uersus.i.agi furore illo diuino quo poetæ afflant:cum uersus cõdunt. Nona opera:Minatur ad opus rusticum in sabinos se illum missurum:ut nouẽ assiduos dies ibi fodiat. Nona ope opera:idest nouem dierum operarius.

Satyra.viii.de cœna nasidieni.

VT nasidieni iuuit te cœna beati.
Nã mihi q̃rẽti cõuiuã/dict⁹ here illis
De medio potare die/sicut mihi nunq̃
In uita fuerit melius/da/si graue non est:
Quæ prima iratum uentrem pacauerit esca.
In primis lucanus aper leni fuit austro
Captus/ut aiebat cœnæ pater/acria circum
Rapula/lactucæ/radices/qualia lassum
Peruellunt stomachum.siser/alec/fecula coa.
His ubi sublatis/puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit/& alter
Sublegit quodcunq; iaceret inutile/quodq;
Posset cœnanteis offendere/ut attica uirgo
Cum sacris cereris/procedit fuscus hydaspes
Cæcuba uina ferens/alcon chium maris exps.
Hic herus/albanum mecœnas/siue falernum
Te magis appositis delectat/habemus utrũq;.
Diuitias miseras.siquis cœnantibus una
Fundani pulchre fuerit tibi/nosse laboro.
Sũmus ego/& ppe me uiscus thurinus/& ĩfra:
Si memini/uarius/cum seruilio balatrone
Vibidius/quos mecœnas adduxerat umbras.
Nomentanus erat super ipsum.portius infra
Ridiculus totas simul absorbere placentas.
Nomentanus ad hoc/qui/siquid forte lateret.

ACR. U T nasidieni.nasidienus eques Romanus in aliis elegans:in enumeratione aũt lauticiaq; suaq; putidus.Quærit nũc a fundanio suo poeta quẽadmodum eum nasi/dieni iuuerit cœna.Quæ præcepta cœnæ dedisset su pius carius demonstrauit. Equidem si nomen iam hoc ex sequentibus apparet: quod idẽ sit nasidienus epicureus.Vt quo qualiter Iuuerit delectauerit. Here.pro heri. Illic apud nasidienũ.Iratũ esurietem fa melicũ. Fuit:deest qui. Austro: species pro genere. Peruellũt:cũ quadã delectatione pungũt suscitant. Gausape:mappa uillosa. Iaceret:remãeret. Offendere:lædere oculos. Horrorẽ fa.fastidium mouere. Vt attica:q̃ solet in capite sacra portare. Maris expers:in quo aqua marina nõ mittitur.i. sine marina aqua.in græcia.n. solet uino aqua maria misceri:ut nõ facile corrũpat.Expers ergo sine marina aqua:siue q̃ marina aqua ducat per mare dũ trãsfert. ergo expers quod p terrã non per mare aduectũ est. Hic herus:hiis appatis ait Nasidiẽus. Miseras:magnas aut sollicitas:& deest habeas. Sũmus ego:princeps in sũma parte lectii & subaudiendũ est eram uel fui. Turinus:de turio oppido Calabriæ: siue de turiis: nam & hoc turi per omnes cãus singulares declinauerunt ueteres:& hii turii:horum turiorum: hiis tu/riis inter hos autem & ad dextram intelligendũ est mecœnatem fuisse:cuius umbræ sunt.

¶POR. Vt nasidieni.Hanc ad Fundaniũ scribit. Leni fuit austro:hoc ideo quia affirmãt lassam carnem apri.i. irrequietam meliorẽ esse. Rapula lactucæ:neutro genere dixit pro rapa. Vt atti.uirgo.Illas dicit quas.Tullius i uerrinis canaploras ait. Fuscus hydaspes.Fuscus colore. Alchon chiũ maris exps: quia in chium uinũ marina non additur:inde institutum tradit Varro ut delphini circa liberum pingerentur. Nosse laboro:nosce pro scire. Vibidius quos mecœnas adduxerat umbras:quos potest referri ad superiora:potest & ad seruilium & Vibidium. Absorbere placentas:pro absorbendas.

¶CHRI. Vt Nasidieni iuuit.Nasidieni epicurei cœnã honestis qbusdam simul & turpibus uiris positam describit in qua luxũ carpens epicureos deridet.Alloquit aũt fundaniũ amicum:q cœnæ interfuerat. Con/uiuam.s.te. Here.pro heri. De.m.d.i.a medio die quod erat cõtra romanã modestiam.Nam meridies sexta hora est:romani aũt ante nonã horam a qua sola quarta diei superest cibũ non capiebant.Sic rñdet Fundanius. Ait.n.sic.s.uiuit:ut & cætera. Iratum:famelicũ intelligit. Leni au.quia caret frigore. Austro autẽ flante carnes magis tritæ sunt. Cœnæ pater.rex conuiuii.s.Nasidienus. Rapula:a rapo rapulũ est. Lassum:defatigatum.i.nauseãtẽ. Peruellunt.Pungũt:quia acria excitãt appetitum. Si ser.spẽs est herbæ:cuius radice adeo delectatus est Tyberius Cæsar ut eã singulis annis a germania peteret de hac columella in suis carminibus. Vlpica quæq; fabis habilis fabrilia miscet:lã siser assyrioq; uenit:quæ semine radix. Sunt q eã putent quã uul/go sermontanã nominant. Fecula coa.uinum coũ ad uappam exhausta amphora redactum. Alte cinctus: bene expeditus. Vt attica uirgo:nã in sacris cereris diligentius currant:ut omnia mũda sint. Hydaspes:nomen serui a fluuio q apud parthos in indiã fluit:unde oriũdus sit. Fuscus:quia in illis partibus colorati sunt homines. Maris expers:cui nõ sit admixta marina aqua nam ut apparet apud Columellã uina aqua marina cõcinabant.Quod si procul a mari essent falibant aquã:eaq; loca maria uocabant. Diuitias:miseras.Exclamatio poetæ carpentis luxuriosam cœnam:& appellat diuitias miseras : quia ad miseram uitam inducũt homines. Varius:poeta. Vmbras.q.d.scurras illos nõ homines esse.sed umbras hominis. Ridiculus:assorbere.Quas assorbendo rursum captaret.Placenta autem teste Catone fit ex farina siliginea & ouillo caseo be/ne recente:& ex melle dicitur autem ut puta a placendo.

¶ACR. Noto.i.omnibus usitato uel noto quem nomentanus:& nasidienus nouerant: aut quem ego postea cognoui. Celantia:intra se cōtinentia:& omnibus superius dictis naturaliter reddidit: uel etiam patuit idest intelleximus nouum:& ualde optimum ea habere succum. Ab ipso: ipse te melius docebit:qui mihi narrauit. Vertere pallor Tum parochi faciem : parochi dicuntur qui hospitibus publicæ exhibent necessaria:hic tamen pascentis:& domini. Vel feruida:idest ideo quia multum biberunt iam nesciunt quid gustant:

Indice monstraret digito.nam cætera turba:
Nos inquam/cœnamus aueis.cōchilia/pisces
Longe dissimilem noto celantia succum.
Vt uel continuo patuit/cum passeris/atque
Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi:
Post hoc me docuit melimella rubere minorē
Ad lunam delecta/quid hoc intersit/ab ipso
Audieris melius/tum uibidius balatroni:
Nos nisi damnose bibimus/moriemur inulti.
Et calices poscunt meliores/uertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuētis/ut acreis
Potores/uel quod maledicunt liberius/uel
Feruida quod subtile exurdant uina palatum.
Inuertunt aliphanis uinaria tota
Vibidius/balatroq;/secutis omnibus imis.
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis:
Affertur squillas inter murena natantes
In patia porrecta.sub hoc her⁹ hæc grauida īq̄t
Capta est/deterior post partum carne futura
His mixtum ius est oleo/quod prima uenafri
Pressit cella garo de succis piscis iberi:
Vino quinquenni uerum citra mare nato:
Dum coquitur/cocto chiū sic conuenit/ut non
Hoc magis ullū aliud pipe albo/nō sine aceto
Quod methymneam uitio mutauerat uuam.
Erucas uirides/inulas ego primus amaras
Mōstraui incoquere/illotos curcillus echinos:
Vt melius muria/quod testa marina remittat.
Interea suspensa graueis aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia/pulueris atri:
Quantum non aquilo campanis excitat agris.
Nos maius ueriti.postquam nihil esse pericli
Sensimus/erigimur. ruffus posito capite/ut si
Filius immaturus obisset/flere/quis esset
Finis/ni sapiens sic nomentanus amicum
Tolleret/heu fortuna/quis ē crudelior in nos
Te deus?ut semper gaudes illudere rebus
Humanis.uarius mappa compescere risum
Vix poterat.balatro suspendens omnia naso:
Hæc est conditio uiuendi aiebat/eoq;

nam palatum ait multo uino surdum factum.i.tale ut iam nō possit sentire saporem. Subtile:quasi subtiliter& satis perite: solet enim saporem dignoscere. Exurdāt surdum faciunt: ut nō sentiant saporem. Inuertunt au.exhauriunt:nam quando uas exhaustum fuerit inuertitur ita : ut os ipsius humum tangat. Catacephales. Aliphanum oppidum uolunt: ubi maiores calices fiebant. Alii a uico ubi fictiles & subtiles in usu sunt. Garro:genus salsamenti. Pulueris atri:deest tantum. Nos ma.ueriti.i.maiorem ruinam timentes. Erigimur:apparet hic conuiuas se proiecisse in terram. Vt si filius immaturus:tanquā fuisset filii orbitate pcussus. Vt sapiēs:sic idē cōsolādo hūs uerbis. Vt q̄liter & q̄si lamētādo hoc loq̄tur. Mappa cōpescere risum. Mappā.n.in ore cū risus pōebāt. Suspēdēs oia:quia oia deridere solebat.

¶POR. Indice monstraret digito:hoc ideo quia certis nominibus singuli digiti nominātur : & sunt hæc nomina pollex:index:famosus medicus:minimus. Inuertunt aliphanis:genus poculi. Verum citra mare nato:italicū uinum dicit. Interea suspēsa graues:quia cōsuetudo apud antiquos fuit ut aulea sub cameras tenderent: ut si quid pulueris caderet ab ipsis exciperetur.

¶CHRI Indice digito. Hic enim si quid suauius lateret scilicet incisore monstrabat. Nam cætera turba. Sententia est reliqui turba sunt quasi dicat inscii rerum. Sed nos cœnamus:idest nos scimus eligere quæ cœnanda sunt:quod patuit nunc cum porrexit puer igustata. Ingustata. Vel quia nolui gustare tanq̄ non bona:uel contra nō gustata aliis qui non norunt suauitatem eorum. Ad minorem lunam.s. cum diminuta est luna. Damnosæ. Multū quod fit cum damno eius qui cōuiuium præbet. Parochi. Qui sint parochiani dictum est: sed hic ponitur pro magistro cōuiuii. Hic enim pertimuit ingurgitationem potatorum:uel quia illiberius maledicunt : uel quia nimium subtile uinum stupefacit palatum :ita ut non ualeat gustu. Timuit ergo ne possent percipere sapores suaues epularum. Exurdant:Surdum faciunt:idest hebetāt:& dedit gustui:quod est auditus. Inuertūt aliphanis. Vinaria uasa maiora sunt:quibus uina e cella prompta in triclinium deferebant. Ex his autem uinum in alifanos quæ poculorū species sunt transfunditur. Inuertunt:ergo quasi dicat euacuant. Secutis omnibus imis. Incepit nimia illa ingurgitatio a uibidio: & balatrone hominibus pditis:quos secuti sunt: omnes qui erant in inferiore parte tori. Nam mecœnas:& uarus:& reliqui ægregii uiri qui primas in cōuiuio partes tenebant a temperantia non recedebant. Squillis:Piscis ex genere mollium est. Murena:hic piscis quocūq; tempore parit. Oua eius citissime crescunt. Vulgus cū serpentibus illas coire putat. Aristoteles myrinum uocat marem qui generat. Discrimenq; est ꝙ murena uaria : & infirma est. Myrinus unicolor & robustus:dentesq; extra hos habent:in gallia septētrionali murenis omnibus in dextra maxilla septenæ maculæ ad formā septentrionis aureo colore sunt dum uiuunt : nam pariter cum uita extinguuntur. Vedius pollio eques ro.ex augusti amicis mancipia damnata in uiuariis murena

rum demergens totum hominem distrahi spectabat. Aceti gustu in maximam rabiē aguntur. Non crassum ut anguillis tergus illis est: sed tenue eoq; uerberari solitos pętextatos esse uerius scribit. Hortensius murenam in uiuariis suis adeo dilexit: ut extinctam fleret. Sub hæc istatim hac posita locutus est herus idest cœnæ dominus illam grauidā captam fuisse: quia cum murenæ peperint deteriore carne sint. Deinde demōstrat quo pulmentario cōdiatur. Ius enim ipsius cum oleo uenafrano miscebant. Prima cella. Primaria in quo esset optimum. Garro: garum liquamē est ex piscibus. Mythymneā. Ab urbe lesbi ubi optimum fit uinum. Vir. Quam mythimneo carpit de palmite lesbos. Inulas. Bulbi species est. Amaras: acres. Incoquere. Vna cū illis coq̄re. Et cothillus mōstrauit: ut echinnos illutos q̄si dilutos meli⁹ remittat muria q̄ testa marina. Nos maius ueriti. Ruebāt. n. aulea: at nos uerebamur ne rueret domus. Erigimur. i. liberamur a metu quēadmodum deiicimur cū metu deprimimur. Ruffus: deplorabat cœnæ interitū hic nebulo deiecto capite ex dolore: ut si plorarēt interitum filii. Illudere: rebus humanis. Verba digna odio: ut ita lamentetur rem nimiam ueluti si capitis periculum imineret. Varius: uir. s. sapiens. Suspendens oia naso. Vt ostendat anxium: & cogitabundum ueluti in re grauissima: & utitur ueluti parasitus multa adulatione: & in re ridicula tragœdias excitat ex epicureorū sententia: quibus hæc cœnæ perturbatio summū malum uideri possit. Enumerat, ergo herculeos labores in cœna paranda: maxime in qua huiuscemodi casus euenire possint.

¶ ACR. Responsura tuo non est. superat factum tuas laudes: hoc est condigne laudari non potes. illi autem dicit balatro qui præbet conuiuium idest nasidieno. Tene: supple decet. Accipiat: pascat. ut illos porticibus rex accipiebat in amplis. Patinam: si frāgat a. Agaso: proprie dicitur seruus qui iumēta curat: hic autem satyrice escarum ministrum agasonem appellauit: quem uulgo dicunt inferiorem.

Sed conuiuatoris uti. Quēadmodum dux exercitus in aduersis rebus probatur: utrum sciat bene opitulari suo exercitui: & tutari illum: nam & fœlicitas etiam & imperium militiæ cælat: ita & cōuiuatoris prudentia in aduersis rebus probatur quemadmodum sciat consolari suos cōuiuas. Nullos his mallem hoc: Hor. idest magis uellem hos cœnantes spectasse q̄ quosuis ludos. Vibidius dum: fundanius: secundo ex tristi facto hylari. Mutatæ frontis: iam lætior. Mazonomo: genus lancis est. in q̄ portātur escæ ueluti grande falsare. secuta parte totum.

Vt multo suauius. Quia clunibus aliquid habetur tetri odoris: & saporis minus iucundi. Nisi causas: ista pulmenta quæ attulit nobis nasidienus suauiter concederemus nisi nobis narrasset causam quare partes eorum non attulisset. Intelligimus enim nasidienum dixisse uermes inuenisse in cunctis partibus: quas non attulit.

¶ Porphyrio tacet.

¶ CHRI. Agaso. rudis puer ut sunt agasones. Dii ti. homo uanus adulatione demollitus omnia se illi debere putat & ppea oia precatur: & poscit subito soleas ut inculinam præparans cœnam restauraret. Soleas poscit. Nam in toriis: & conuiuio sine calceis erāt. Nullos: loquitur poeta. Vibidius: Continuat narrationem fundanius: & hunc bibacitatis uocat. Mutatæ frontis. Redibat. n. lætus cum epulas restaurasset: & casum fortunæ sua arte emendaturus esset. Mazonomo: uasis species. Ficis. Nam iecur in ansere laudatur: præsertim si ficubus auis pasta sit. Fartilibus enim in magnam amplitudinem crescit iecur anserinum. Exemptum quoq; lacte mulso augetur. Questio tamen est quis primus huius rei auctor fuerit. Scipio an Metellus uir cōsularis: an. M. Sesseius eques romanus. Romæ in ueneratione fuerunt anseres: quia clangore suo canes custodesq; excitando capitoliū ab irruptione gallorū seruarunt propterea: q; censores cibaria anserum in primis locant. Anser Lacydi philosopho ita semper adhesit: ut neq; domi neq; foris usq̄ ab eo discederet. Suauis si nō causas. Suaues epulæ erant. Sed ille eas insuaues reddebat nos misere lōgo sermone fatigando: dum singularū naturam docere nos. & causas uoluisset. In quo loco notat poeta epicureorū longissimos: & friuolos atq; uanos de physicis sermones. Sed tedio orationis fastiditi

Responsura tuo nunquam est par fama labori.
Te ne/ut ego accipiar laute/torquerier omni
Sollicitudine districtum: ne panis adustus:
Ne male conditum ius apponatur: ut omnes
Præcincti recte pueri/comptiq; ministrent.
Adde hos præterea casus/aulea ruent si:
Vt modo/si patinam pede lapsus frāgat agaso.
Sed conuiuatoris/uti ducis ingenium/res
Aduersæ nudare solent/celare secundæ.
Nasidienus ad hæc/tibi di/quæcūq; preceris:
Cōmoda dēt/ita uir bonus es cōuiuaq; comis:
Et soleas poscit. tum in lecto quoq; uideres
Stridere secreta diuisos aure susurros.
Nullos is mallem ludos spectasse/sed illa
Redde age/quæ deinceps risisti/uibidius dum
Quærit de pueris/nū sit quocūq; fracta lagēa:
Quod sibi poscenti non dentur pocula/dumq;
Videtur fictis rerum balatrone/secundo
Nasidiene redis mutatæ frontis/ut arte
Emendaturus fortunam/deinde secuti
Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo/nō sine farre:
Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi:
Et leporum auulsos/ut multo suauius armos:
Quā si cum lūbis quis edat. tū pectore adusto
Vidimus & merulas pōi/& sine clūe palūbes:
Suauis res/si non causas narraret earum/&
Naturas dominus/quem nos sic fugimus ulti:
Vt nihil omnino gustaremus/uelut illis
Canidia afflasset peior serpentibus aphris.

illum ulti sumus nihil comedendo. Hoc enim graue est domino conuiuii. Intactas ergo epulas reliquimus ueluti si canidia quæ anhelitu suo sæuior est serpentibus illas afflasset. Aphris: aphricanis. Ibi enim libya est harenosa in qua ois generis serpentes abundant: & pp calorem regionis: & aquæ inopiam sæuissime nocent.



Quinti Hora. Flacci Epistolarum Liber Primus/Epistola prima ad Mecœnatem.

PRima dicte mihi summa dicende camœna:
Spectatum satis/& donatū iam rude/quæris
Mecœnas iterū antiquo me includere ludo:
Non eadem est ætas/non mens. ueianius armis
Herculis ad postem fixis/latet abditus agro:
Ne populum extrema toties exoret arena.
Est mihi purgatam crebro/qui personet aurē
Solue senescentem mature sanus equum/ne
Peccet ad extremum ridendus/& ilia ducat.
Nunc itaq; & uersus/& cætera ludicra pono:
Q d' uerū/atq; decēs curo/& rogo/& ois i hoc
Cōdo/& cōpono. q̄ mox depromere possim (Sū:
Ac ne forte roges/quo me duce/quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in uerba magistri.
Quo me cūq; rapit tempestas deferor hospes:
Nunc agilis fio/& uersor ciuilibus undis
Virtutis ueræ custos/rigidusq; satelles:
Nunc in aristippi furtim præcepta relabor:
Et mihi res non me rebus subiungere conor.
Vt nox longa/quibus mentitur amica/diesq;
Longa uidet' opus debentibus/ut piger annus
Pupillis/quos dura premit custodia matrum:

PRima dicte mihi. Rude rudis est signū missionis artis gladiatoriæ. inclu. ludo: officio scribēdi. Ludū aūt metaphoricos uocauit ut ostenderet periculosum opus esse scribendi quia post pugnā contulit ad agricultu ram. Veianius: nomē gladiatoris pugnacissimi: & iocunde hoc exemplū attulit: quia supius dixit. Antiquo me includere ludo. Abditus agro: comparat se ueianio gladiatori nobilissimo: q post multas pal mas consecrauit herculi arma sua contentus ꝓprio agro. Cuius exemplo dicit ætatem suā: & propositū sibi impedire: & nō posse sibi pseuerare in carmini bus: sed potius uelle trāsire ad studium phiæ relictis locis: & liricis uersib⁹. Ne populum exoret extrema harena: quia gladiatores portaturi rudem ex media harena cōsueuerūt se ad crepidinem circi adeo pro ximi: ut possent populū tristi uultu uelocius exorare idest sub circulo amphiteatri stās petat rudē. Nam ibi consuetudinis est stantē gladiatorē petere missio nem. Est mihi: modo phs qui personet aurē: & faci at purgatā. Ad dictus iurare Metaphoricos locutus est ad militia. Quia iurabant milites in uerba ducis: & sic ibant ad militiam. Iurare. i. nulli sum obnoxi us. Omnes audio scrutantes ad rē probandā. Tem pestas: aut fortuna aut casus: aut animi inclinatio. ACR.

Nunc agilis. i. facilis & mobilis & diuersa appetēs negociosus accinctus apparatus ad laborandu. Ci uilibus undis. Hoc est morali philosophiæ: & mire in methaphora obdurauit: quia dixit tēpestas. Vir tutis. u. sectæ: qa dīit nō esse peccātibus ignoscendū. Aristippi: aristippus cirenaicus fuit: & epicur⁹. Qui summū bonum in uoluptate dicit. Furtim autē ideo quia stoici dicunt fugiendā esse uoluptatem. Et mi hi res. nam stoici dicunt natū hominē: ut a rep. rega tur. Epicurei uero ut homo remp. regat. Subiunge re: quoniam auari pecuniis seruiunt. ideo Hor. Qua si philosophus ait. conor ut mihi seruiant pecuniæ. non ego illis: nam illa nobis seruiunt: quæ contem nimus: aliter hoc epicuri stoicis opponunt sequenti bus gloriam uirtutis: quasi illi rebus seruiant dū ap petunt gloriam. Senibus: per hoc ostenditur omni ætati phiam prodesse inquantum profecerit.

POR. Prima dicte mihi summa dicende camœ na. Flacci epistolaꝝ libri titulo tm̄ dissimiles a sermo nibus sunt: nam & metrū & uerboꝝ cōis assumptio sui ultimos esse ipse testatur mecœnati cū dicit fini re se operam uelle: & philosophiæ malle inseruire. Veianius armis. Veianius nobilis gladiator post multas palmas consecratis Herculi fundano armis, tandem in agellum se cōtulit. Cuius exemplo dicit ætatem suā: & propositū impediri: ne in scribendis iis carminibus perseueret. Et cætera ludicra pono. ait se depositis fomentis leuibus animi. i. iocis a uer sibus transisse ad studiū phiæ: & ꝓcepta aio sapiētissi me cōdere q̄ postea in usum recte uitæ proferri pos sint. Quo me: duce quo lare tuter. Nulli sectæ addi ctum se ait: sed ex oībus quicquid optimū sit dictutū esse promittit. Et uersor ciuilibus undis: inter stoi cam: & epicureā iactari se ait. Et ideo se undis ciuili bus mergi dixit. Quia stoici administrationē reipu.

probant.Epicurei uoluptatem.Inde furtim relabi se ad eá ait. Nunc in Aristippi:quia Aristippus epicureæ se
cte princeps fuit. Rigidusq; satelles.Bene rigidus fm Stoicum. Longa:qbus mentitur amica.Sicur longa
nox est iis qui amice aduentú falso expectant:uel illis qui per diem operantur:longus dies est.

CHRI. Magnú profecto mortalibus Illustrissime Guido Feltri adiumentú attulit:ea quæ de uita:& mo
ribus inscribit phia:sine qua homini in ciuili societate degenti:nõ dicã beatam:sed ne ulla qdem uita esse pt.
Ipsa.n.& uirtutú omniú indignatrix est qbus ab hoie remotis præter solá effigiem nihil quod qdem hois re/
linquitur.Et uitiog expultrix:quibus infecta humana mens tñ a summo bono:cuius eá cætera omnia agunt
mortales:abest:ut omniú erumnag cumulo obruatur.Quapropter iure:quidem optimo diuinus ille Socra/
tes apollinis quoq; oraculo sapientissimus est appellatus:qm relictis subtilioribus naturæ inqsitionibus philo
sophiam primú a cœlo in terras auocauit:ac nõ solum intra urbes induxit:uerú etiá in humanis pectoribus
collocauit.Quod tñ tantú dei donum non oino priscos illos sapiétes latuisse putauerim:qcunq; ii fuere: qui
circa sæculog initia mortales adhuc soliuagos:& per siluas dispersos & solis antris aut spelúcis aduersus cœ
li iniurias defensos:uictu deniq; ferino uiuétes:primo in uná ciuitatem cõpulere:ac deinde cõpulsos:sed tñ p
insolentiá aduersus eos cótumaces in iusatq; æquabilitaté induxere:ut & legibus obtéperare:& in cõe consu
lere assuescerent.Neq; alia róne.Orpheum & tygres lenisse:ac torrentia flumina retardasse:aut syluas saxaq;
mouisse lyra fabulantur:q φ eloquenti sapientia:& hoies efferatos furoreq; cóciratos reprimere: & ad mitio
res mores reuocare:et aut stolidos:& penitus stupidos excitare:& ad uim uirtutéq; animare potuerit.Sono cy/
tharæ mouit saxa Amphion:ut se in ædificationé thebanog mœnium cõponerent. Monstruosa hæc fabula
est.Sed nõ id monstrú est:quod fabulæ figméto tegit.Nam ciuitaté thebaná ex collectitia hominú turba ha/
ctenus stupida:& sine sensu ac róne uiuente cõposuit:& uerbog ornatu ac grauitate fnlarú formauit.Quapp
cum ego . Q.Hora. Flaccú tum in cæteris suis uoluminibus:tú in his:quas in duos libros distinxit epistolis:
ita uniuersam hanc doctriná amplexú esse uideá:ut & qd sit ueluti ultimú ab hoie expetendú:& qbus officiis
ueluti uia quadá ad id perueniendú sit sapientissime eloquétissimeq; describat.putaui esse eius hois: q in com
mune pro sua uirili cósulat:ea q in illis poetag more abstrusa ac recondita sunt:ita interptari:ut qcunq; lege
rint:& industriá nostrá non penitus cótemnant:& laboré non frustra oino a me sumptú esse intelligát:& iu/
cúditatis simul & utilitatis ide se aliqd ɔsecutos gaudeát.Quæ qdé oia iis potissimú rónib⁹ noi tuo dedicaui:
ut cú & q ad priuatá:& q ad publicá uitá degédá ptinét:in hoc uolumie recognoueris:tú tu & Hor. oium poe
tarú sapientissimú fuisse animaduertas:qñ quidé hæc oia & rectissime senserit:& dilucide copioseq; descripse
rit:tú patré tuú unicú nostri sæculi exemplar intuearis.Aiaduertes.n.mõ diligéter singula tanti ducis dicta fa
ctaq; obserues:illú neq; in rebus oibus cognoscédis sapiétissime uersari: neq; in singulis recte agédis summa
cú iusticia atq; animi magnitudine se gerere potuisse:nisi ad eá quá a natura sortitus est ingenii diuinitaté:&
ad multag rerú diuturnú usum atq; experientiá oium pene doctissimog uirog uariá multiplicéq; doctrinam
studiosissime adhibuisset.Lege igit ac plege Illustrissime Guido:ut quéadmodú eog bonog: q in fortunæ te
meritate posita sunt:te sibi iá diu successoré parat.Sic et eag uirtutú q maxime: q plurimæ: q diuinissimæ in
eo sunt:uiuus ualésq; nõ ex dodrante aut ex triéte:sed ex toto:ut aiunt esse hæredé futug te summa cú aí uolu
prate amplectat.Sed ut qñq; ad ipsas interptationes descédamus liber epistolag in manibus est.Epistolas át
græci id scriptog genus appellát:q d ad abstes mittimus:& quo ueluti ptes alloqmur:uerbú ductú ab eo:q d
est επιστελλειν q d ea lingua mitto significat In quo loco aiaduertédú é noia q a uerbis.e.tenue hñbus lit
terá e in o puertere.Quapp ut ab eo q d est πενομαι.i.laboro fit πονοσ.i.labor:ita ab eo q d é στελλω atq;
deinde επιστελλω fit επιστολη & non επιστελη:quo noie iá latini p suo utunt dñtq; nõ solú eplam:
uerú ét in neutro genere epistoliú.Vnde Catullus:Quod mihi fortúa casuq; oppssus acerbo. Cóscriptú hoc
lachrymis mittis epistoliú.Latine át epistolá lras appellamus in plurali tñ numero. Quapp uná epistolam
unas lras:quéadmodú unas nuptias:& una arma pferimus:nisi forte sua lnla poetæ:ét i singulari lram dicát:
ut appet apud Oui.Prima dicte mihi súma dicende camœna.Prohemii munere fungit epla hæc.Ná cú gra/
uior iá ætate constitutus teneriora poemata omittere:cuius mecœnatis rogatu ea suscepisset:& res grauiores
atq; ex intima phia deprõptas:ut sibi ciuibusq; suis pdesset:lris mádare decreuisset:excusat ingrauescété ætatem
ueluti lasciuioribus neqnis ineptá:& ueluti pteritæ negligétiæ pnia ductus suá in hæc studia pperationem de
scribit.Captat igit beniuolétiá a psona mecœnatis:cú illú dignú pnuncienq; & olim laudatus sit:& q rursus
deinceps laudádus.Captat a sua:cú se ueluti memoré gratúq; bñficiog cómédet.Captat a re ipsa: q ad cõem
oium utilitaté ptineat.Quin & ab eadé ipsa re magnitudine utilitatis pposita auditores in summá attentioné
adducere ualet:quá dú pponit simul ét docilitati lseruit. Dicte:laudate.Vir.Cui nõ dictus hilas. Spectatum.
Vel pbatú.Vir.Et reb⁹ spectata iuuétus.Vel spectatú:quia trãslationé a gladiatorú spectaculo sumit. Donatú
rude.iam a scribédi munere liberú. Rudis.n.fm Priscianú uirga est:qua donati gladiatores a gladiatura ces
sabát.Iuue.Hic sergius idé:accepta rude cœpisset uehiento uideri. Ludo:arte.Ná ludum latini locú dicút:ubi
ars aliqua tradit. Eadé ætas.Diuersæ.n.ætates diuersa studia hñt. Quapp mutatióe ætatis fit mutatio men
tis:& uolútatis. Veianius:Gladiator fuit nõ ignobilis:q aduétante senectute ab arte discessit.Erat aút de anti
quog consuetudine ut q ab artificio aliquo discederet arma & instra sui artificii in téplo eius dei suspéderent
in cuius tutella id esset artificiú.Quoniá ergo gladiatura:& robustú & laboribus inuictú corpus: & animú in
periculis intrepidú reqrebat:iccirco herculi oium heroú maximo cósecrata est. Ergo ut in carminibus arma
ueneris in ueneris téplo suspendit:sic núc gladiaturæ arma herculi cósecrant:& a postibus eius templi pédere
uult.Sic & Maro in Buco.Hæc arguta sacra pédebit fistula pinu. Ad posté.De quo noie & ualuis & foribus
dictú est. Agro.nam omissa gladiatura dedit se agriculturæ.Cætog gladiatog ludi:ita instituebant:ut patria
facerent ex iis:& ita illos inter se coæquabant:ut esset in ipsis paribus æqualitas ætatis:exercitationis:proceri/

tatis uirium:& audaciæ. Sicq̃ cōpositi in harenā ꝓdibant:ut sæpe mutuis uulneribus ambo perirēt. Sæpe etiā spectatoꝝ clementia prohibebaſ uictor ne inuictū:& iā uulneribus confectū ulterius:tūq̃ maxime cū ille supplex populi in theatro sedētis opem iploraret. Quod significare uideſ poeta:cū dicit. Ne ppſm extrema totiens exoret harena. Erāt q recte occulte ferētes aduesatiū quē mirmillonē appellant irretire conabanſ. Canebantq̃ non te peto:piscem peto. Quid me fugis galle. Quia mirmillonicū gēus armaturæ gallicū erat:& ipsi mirmillones galli appellabanſ:in quoꝝ galleis piscis effigies inerat. Genus aūt hoc pugnæ institutū est a Pytacho mythileneo q dimicaturus aduersus Phrynonē ducē atheniensiū ob cōtrouersiam de finibus agroꝝ quæ erat inter acticos:& mythileneos reti occulte lato ipediuit phrynonē. Fuit aūt apud priscos cōsuetudo: ut siqs ægregius dux in bello occubuisset:aliquot ex captiuis hostibus ad eius tumulū tanq̃ inferiæ mactarentur. Quod in Pallāte apud Maronē legimus: Sulmōe creatos Quatuor hic iuuenes totidē quos educat ufēs. Viuētes rapit inferias:quos imolet umbris Captiuoq̃ regis pfundat sanguini flāmas Hinc gladiatoꝝ munꝰ repertū nōnulli uoluntut primo ex dānatis paria cōficerenſ. Quod nulla iniuria effici putabāt. Nā qui conficiebanſ in harena nullā grauiorē pœnā dabant q̃ qua damnati fuerāt. Siqs aūt euadebat id sibi lucro apponere poterat. Deinde repti sunt qui robustissimos uenales emerent:emptosq̃ in hoc artificio exercerēt:ut deinde ad muneta edenda uenderent. Postremo hoīes perditissimi reperti sunt:qui quæstus gratia huiuscemōi & periculum & ignominiam sua sponte subirent. Qui autē gladiatores exercebant lanistæ dicebantur. Alii dicunt hanc rē athenienses in honorē scythicæ dianæ reperisse. Iulius autē capitolinus scribit uoluisse ro. hoc ludo milites in hostes acriores reddere. Ci. in sa tusculana ait. Gladiatores aut perditi hoīes aut barbari quas plagas pferunt:quo mō illi q bñ instituti sunt:accipere plagā malunt q̃ turpiter uitare. Quā sæpe appet nihil eos malle q̃ uel dño uel populo satisfacere. Mittūt uulneribus confecti ad dños: q quærāt qd uelint si satis eis factū sit se uelle decumbere. Liuius aūt de Scipione. Gladiatorū spectaculū fuit non ex eo genere hominū:ex quo lanistis cōparare mos est seruoꝝ:q uenalem sanguinem habent. Voluntaria oīum & gratuita opera pugnantiū fuit. Refert Sueto. Neronem ad ferrū & ad munera harenæ quadringētos senatores:& sexcētos equites exhibuisse. Qui personet. rōnem intelligit:uel cōsciētiæ stimulū. Dixit aūt personet aurē. i. sonet per aurē. Dicimus aūt sono cythara:& non cytharā:sed etiā sono cythara carmē doricū. Sic Virg. Cythara crinitus Iopas psonat aurata Docuit:q maximꝰ athlas. Purgatā. Non obstructā:sed patulā:& audientē. Snia est. Ratio mihi dictat. Ego aūt audio:& obtempero. Solue senescentē. Alia trāslatio q̃ a curuli certamine sumiſ. Nam ut erat q equū quo in iuueutute hactenus uictore usus est:iam senē adhuc in ludis ꝯtinuare iubet:neq̃ a iugo soluit:ita ego errarē si ea studia q̃ belle in iuuētute exercui nūc senex q̃ ætas grauiora postulat turpiter exercerem. Peccet ad extremū. Nam equus q in iuuētute uelocissimus fuit in extremo uitæ tardior factus ridetur. Ilia ducat. Nā qui per ætatē grauiores facti sunt:nō corpus habile ferūt:sed tardū trahunt. Vel ducat quasi nimio hanelitu ꝓducat:& quasi extēdat. Nā qui ibecilliores sunt:magis laborāt. Ergo magis calescunt:& ex maiore calore maior ꝓuenit hanelitus:unde ilia concutiunſ. Versus & ludicra. Non ergo oēs uersus:sed eos q ad ludos. i. ad res lasciuiores ꝑtinent. Ludicra:oīa quæ ad ludos ꝑtinent:& ipse exercitatiōes circa ludos: & illarum instrā ludicra appellanſ. Pono:nō ut in secordia degā:sed ut ociū mihi datū ad maiora conuertā. Qd uerū atq̃ decens. Vtrāq̃ phiam significauit:physicē quæ circa ueri inuestigationē cōsistit:& æthicē quæ uitæ magi ad rectas cōcedētesq̃ actiones nos pducit. Naturali. n. phō satis est uerū qd sit cognoscere. Morali aūt quod rectū iustumq̃ est nosse non satis est:nisi recte iusteq̃ agat. Opus. n. moralis uirtutis nō cognitio:sed actione perficiſ. Verū qm̄ liber iste Hora. totus ex phia pendet:& ad utilitatē eoꝝ qui legent:& ad uoluptatem simul ꝑtinere putamus:si rē omnē in suas partes:sed q̃ breuissime fieri potest diuidemus. Sapientiæ studium quā græci phiam noīant:tripartito diuidere plurimi cōsueuere. Nam oīs qui de illa sermo suscipiſ:aut rerum naturā inuestigat:aut uitam & mores ꝯstituit:aut uiam certā modūq̃ differendi edocet. Ex quo physicē primā. Ethicē alteram. Tertiā dialecticē græcis uocabulis & nostri noīauerunt. Aristo. autē:cuius ordo in rebus cæteris oībus præferſ:suis uoluminibus absolutissime rē prosequiſ. Quapp qui ab eo sunt peripatetici totū negocium in speculando:& in agendo ponūt. Et actionē quidē nos ad beatā uitā instruere. Speculationē uero qm̄ in optima actione cōsistat:nisi bene agēdo cōparari posse negant. Primæ deinceps phiæ rursus tres partes faciunt. Vnā quæ diuina cōsideret:quā tum theologiā:tum metaphysicē noīant. Alterā quæ naturalē corporū motū proprietatēq̃ inuestigat:quā proprie physicen noīant. Tertiā mathematicē uocant:q̃ relictis motu ac ꝓprietate ipsi physicæ circa solas q̄titates eorūdem corpoꝝ uersaſ. Theologia assentias a materia separatas:ita cōsiderat:ut modo eas:quaꝝ neq̃ capax:neq̃ particeps est materia:sed eas quaꝝ & si capax materia non sit:illaꝝ tñ particeps efficiſ:ut uidemus eas substātias q̃ & si extra corpora intelliganſ:tñ illarū particeps efficitur materia:ut sunt hoīum aiæ. Physices uero subiectū corpus mobile cū sit huius principia ꝓprietates motusq̃ in diuinissimo physicoꝝ libro in uniuersum exposuit Aristoteles. Verū cū mobilis corpis motus uarii sint:in eo q de cœlo & mūdo inscribiſ:motū demonstrat:qui ad locū dūtaxat est. Nā planetæ cœliq̃ ita ad locum mouenſ:ut tñ suā essentiā nō mutēt. Nō. n. mutaſ in saturnū uēus:aut ī iouē mars:aut ī aliū aliꝰ: & si assiduo celeriq̃ motu rapianſ: In libro aūt de generatiōe: & corruptiōe eū pōit motū q nō ad locū solū:sed ad formā est. Assidua. n. trāsmutatione in aquā terra:& in aerē aqua atq̃ rursus ille in ignē uertiſ. Sicq̃ uicissim crassiores cuiusq̃ leuioris elemēti partes in ꝓpinquum quod se grauius est descēdit: Est tertius motus q fit ad formā mixti imperfectā:qualē uidemus in pluuia: grādine:niue:& huiusmodi. Est quartus ad formā mixti perfectā in iis q̃ e terra effodiunſ: quæ græco uerbo metalla & latini nominant:horū superiorē in meteoris inferiorē in metalloꝝ libro prosequtur. Veꝝ cū huiuscemodi motus oēs aīa careāt scripsit quoq̃ de aīa:in quo libro oēs quatuor siue aīas siue aīæ partes ꝓsecutus est. Sed & de singulis in singulis uoluminibus peregit. Nā de ea q̃ sentit in lib. de anima. de ea q̃ uegetat in li. de plātis scrip. Adiungit postremo officia ac ꝓprietates diuersas: ut

de breuitate:& lógitudine uitæ.De morte & uita:de somno & uigilia:de sensu:& sensato:&.de memoria:& re
miniscentia.Mathematicen:quam tertio loco posuimus bipartito diuidunt.Cũ.n.circa quantũ uersef:id aut
simplex nudũq; cõsiderant:aut cũ aliqua admixtione.Primũ rursus in continuũ:& discretum partiunf. Sed
in cõtinuo geometria.In discreto arithmetica est.Si uero mixta considerat:aut conspectui admiscef quantũ:
unde fluit ea quã prospectiuã nuncupant.Aut uoci:unde fit musica.Astrologia deniq; & ipsa mixta appella/
tur.Et physice.n.& duabus partibus mathematices geometria.s.& arithmetica cõstat. Agit.n. de corporibus
cœlestibus quæ naturalia sunt:agit de illorũ quãto ac numero:quorũ alterũ arithmetici:alterũ geometræ cõ
siderant.Sed de physice quæ speculationẽ habet hactenus.Ethice uero q̃ actionem cõtinet:& ad mores cõsue
tudineq; uitæ pertinet:trifariã spectaf.In eo.n.quo tibi ipsi moderaris ethica. In eo quo familiã gubernas æco/
nomica.In eo deniq; quo remp.geris polytica tradunt.Hæc duas res cõtinet summũ.s.in humana uita bonũ
ad quod oĩa referunf:quodq; pp seipsum expetif:atq; officia qbus tanq̃ uia quadã ad ipsum ultimũ finem p/
ducimur.in hac tñ aut disputant philosophi ut qd sit summũ bonũ:quid uirtus:qd uitium:& similia : quam
uim hæc habeant:& in quot partes distribuanf.Aut pcepta tradũt:quibus ad summũ bonũ perueniaf.Diale
cticen deniq; alii inter partes phiæ annumerant:ut sit in tertia illius pars.Alii scientiã quidẽ negant:sed mo/
dum quẽdam:& uiam ad illã:& instrm quo ad differendũ scientiæ utanf. Curo.quod pertinet ad id qđ agẽ
dum esse didicerit. Et rogo.Vt quæ nondũ didicerit addiscat.Vel dixit curo.i.inqro:ut oñdat quod duplici
uia in cognitiõe incognitorũ uenimus:aut nostro igenio:& idustria inuestigando:aut a doctioribus addiscen
do. Ois.totus.i.totam mẽtem ad hoc uerto:& est hæc occultior q̃dam beniuolentiæ attẽtionisq; cõparatio.
Amamus.n.illũ : qui tam assiduam uehemẽtemq; operam iis rebus impẽdit:quæ ad uitã,moresq; humanos
emẽdandos in primis pertinẽt.Attẽteq; id audiũt hoies fidemq; rebus illis adhibent:quæ tãta diligẽtia ac stu
dio inuestigata sint. Cõdo & cõpono.Vel oñdit quod q̃ didicit nõ solũ cõdit.i. memoriæ mãdat:sed compo/
nit.i.certo quodã ordine digerit q̃ deinde possit promere.i.in actionẽ deducere.Vel cõdo.i.describo:quod qui
dem cõponere est:ut inde promanf.i.edanf. Ac ne forte roges.Maxima accumulatio cõmẽdationis earum
rerũ quas scripturus est.Nã qui certã aliquam in philosophia sectam sectaf: & mordicus ita tenent ut mittere
nolit:huic necesse est:ut qñq; etiã ea quæ non pbat quo positionem tuteʼ defendat.Hoc igiʼ reliquis philoso
phis accidit.Academicis nõ accidit.Hi.n.nihil affirmare audẽt:sed probabilia:& q̃ ueri magis similia sunt:se/
cuntur nec stoicorũ potius q̃ peripateticorũ aut aliorũ dogma probãt motu illorũ auctoritate: sed sola uerisimi/
litudine:q̃n uerũ dephendi ab hoibus posse negant.Quapp noster poeta q̃cunq; sentit ea nõ aliorũ auctorita/
te ductũ:sed probabili rõne adductum seq demõstrat. Verũ q̃m de uarietate familiarũ quæ in phia uersantur
mentio habita est:nõ huic loco solũ:sed plurimis aliis q deinceps interptandi sunt:cõducere arbitror:ut rẽ uni
uersam:sed breuissimis tñ uerbis percurramus.Socrates primus omniũ philosophorũ de uita:& moribus di/
sputauit:sed mira quadã ironia:& de singulis rebus ita uehemẽter in utrãq; partẽ:ut singuli pene eius discipu
li:ut sunt diuersi humanorũ ingeniorũ captus nõ quod ille sentiret:sed quod sibi maxime psentaneũ esset:ex
hmõi disputationibus sibi arriperent.Disputauit qñq; sanctissimus ille uir de corporis uoluptate:sed i utrãq;
partem disputauit.Aderat cyreneus Aristippus hic cũ ingeniũ eius in illã perpẽsius esset:non quæ ille assere/
ret:sed q̃ sibi magis placerent inde,diligẽs suauẽ in sensibus motum.i. uolupatẽ sũmum bonum esse dixit.Hi
ergo cyrenaici appellanf.Ab eodẽ sunt sed etiã hegesiaci: aniceriii:& theodorii.Qui ab hegesia:& anicere : &
theodoro huius populi discipulis noiati sũt.Idem sensisse uidef.Eudoxus gnidius & Diony. heracleotes:qui
oculorũ dolore a Zenone magistro suo defecit.Alii aũt non in uoluptate summũ bonũ posuerũt sed in indo
lentia.i.in uacuitate doloris ut Hieronymus rhodius & Leucippus abderites.Democritus quoq; & ipse abde
ris natus uoluit finem bonorũ esse rectũ quietũq; animi statum:quẽ ipse euthymiam appellat. Epicurus uero
atheniẽsis q̃uis temperatissimus:& summa iusticia amãdus esset tñ summũ bonũ ita ad corporis uoluptatẽ
rettulit:ut nõ solum suauẽ in sensibus motũ uoluptatem appellet:uerũ etiã indolentiã quæ longe alia res est
sub eodẽ nomine reponat.zeno aũt citticus ex cypro græca ciuitate oia ad eas uirtutes q̃ ad rectas actiões in/
ducunt rettulit.Itaq; solã uirtutem summũ bonũ putauit:quã sententiã Socrates in Gorgia demõstrat: idem
pene senserũt cynici.idem pythagorici:a qbus italica philosophia est.idẽ Bion boristhenes.Sed a zonone qui
fluxerũt primo zenonii dicti sunt.Deinde cũ ipse in porticu Athẽis disputaret a porticu que græce στὸα ap/
pellatur stoici dicti sunt.Cũ & antea poetæ qui eandẽ porticũ colebãt stoici nũcupati fuerint.Plato aũt in cõ/
templatione summũ bonũ ponit:a qua snia nec Thales milesius:nec Bias prieneus: nec Anaxagoras clazo
menius abhorret.inchoandũ tñ dicit a uirtutibus moralibus:qbus animus ab oibus sordibus expief.Nam in
purus dũ est:pura ei tãgere non licet.Ab hoc academici sunt sic denominati ab academia suburbano athena
rum.Academia aũt nomen assumpsit:ut Eupolis scribit:ab Academo antiquo heroe. Timon tñ in Platonẽ
scribens affirmat illã olim non academiã:sed per e academiã dictam fuisse.Aristoteles platonis discipulus ad
uirtutes bona corporis:ut sunt uires:ualitudo:pulchritudo & similia:& bona fortunæ:qualia dicimus diuitias:
nobilitatem:gloriã:honores:& q̃ similia sunt.Ab hoc sunt peripatetici sic a græco uerbo περιπατεῖν quod
deãbulo significat denoiati.Nã deambulãdo disputabãt:Huiuscemõi ãt deãbulationẽ sibi i lycio elegit.Arist.
Verũ ut Arist.ad uirtutes affluẽtiã externorũ addidit:ita & Calipho uoluptatẽ:& Dio.uacuitatẽ doloris.Cyni
ci idẽ pene qđ stoici de sũmo bono sentiũt.Sed erat diuersus habitus.Nã sacco induti pcedebãt.Præterea hoc
impudentiores erãt.Nã quæ nõ essent turpia factu:ea in oium cõspectu palã fieri posse dicebant.Quapp cum
nõ sit turpe liberis operã dare in publico ẽt cum mulieribus pgrediebanf.Quapp siue ab hac ipudentia siue
quod nimis in carpẽdis uitiis mordaces essent ἀπὸ τῶν κυνῶν.i.a canibus cynici sunt appellati.Fluxerũt aũt
ab Antisthene atheniẽsis antisthenis filio quãuis ex matre thracia nothus esset.Ex qbus iam manifestũ est:q
quãuis diuersa inter se de summo bono sentirẽt philosophi:nõ tamen ita a natura defecerunt: ut non alii in

animo:alii in corpore:alii in utroq; fines bonoꝝ:& malorum ponerēt. Ex qua tripartita diuisione Varro ad
ducentas octoginta & octo opiniones rē adduxit:nō quæ essent:sed quæ esse possent. Ait.n.quatuor esse quæ
homines sine doctrina naturaliter appetunt. Aut uoluptatem:q̄ sensus iucūde mouet:aut quietē:quæ facitut
nullā molestiā corpus sentiat:aut utrunq; quā tñ epicurus uno noie uoluptatem appellat:aut oia prima natu
ræ:inter quæ hæc sunt & alia:uel in corpe:ut mēbroꝝ integritas:salus:incolumitas:uel in animo:ut quæ ma
gna uel praua in humanis reperiunt̃ ingeniis. Ergo hæc quatuor uoluptas:quies:utrūq; & prima naturæ ita
sunt in nobis:ut uel uirtus:quā postea doctrina inserit:pp hæc appetenda sit:aut ista pp uirtutem:aut utranq;
propter seipsam. Hinc igit̃ iam.xii.sectæ sunt:cū singulæ ille quatuor triplicent̃. Veꝝ deinde iste duodenarius
numerus duplicat̃. Nam cū quisq; unā istarum sectarū sequatur:quæ duodecim sunt:aut propter se:aut pro/
pter sociū cui debet uelle idē quod sibi & erunt aliæ duodecim. Rursus duplicant̃ ista.xx.quatuor: cū ipsa aut
ut certa tenemus:ut stoici faciūt:aut ut uerisimilia q̄uis incerta:ut academici noui. Duplicantur similiter hæc
quadraginta octo:cū illa aut sub habitu cynicoꝝ sectantur:aut sub habitu reliquorū philosophorū: ut iā sint
xcvi. Et rursus quia illas alii ita tenent:ut uitā adament ociosam:& in cōtemplatione positā:aut negociosam
& ciuilem ut rempu.administrēt:aut illam q̄ sit ex utraq; mixta ut partim necessariū negociū partim eruditū
ocium sectent̃ triplicatur numerus:& perducit̃ ad.cclxxxviii.sectas. Has tñ omnes ita cōfutat Varro:ut omni
bus explosis unā quā ipse ueram esse uult:& a ueteribus academicis:q a plato.sunt:approbatam relinquat. Re
mouet aūt oēs illas differentias quæ numerū sectarum multiplicāt. Quod ideo faciundū ait ꝙ in illis non est
finis boni : nec putat aliquā phiæ sectam dicendā:quæ nō distet a cæteris diuersitate finium bonoꝝ & malo
rum:q̄m nulla est homini cā philosophādi:nisi ut beatus sit:quod aūt beatū facit ipse est finis boni. Ergo quæ
nullum finē boni sectat̃ nulla philosophiæ secta erit. Cum ergo q̄ritur de sociali uita utrū summū bonū ami
ci ut suū curet non de summo bono q̄stio est:sed de assumēdo socio ad huius participationē boni. Eadem rō
est cum q̄ritur utrum aliquā opinionē certā teneamus:ut cæteri philosophi solēt:aut dubitāter : ut academici
noui. Nā neq; hic q̄ritur de summo bono:sed utrū illud dubium an certū sit tenendum .i.utrum dicam⁹ hoc
uerū esse:an hoc uerū esse uidet̃. Neq; rursus cū de cynicis dicebat̃:nō quærebat̃ summum bonum: sed potius
quo habitu summū bonum sectaremur. Nāq; postremo uarietas uitæ an actiua an cōtemplatiua an mixta sit
finem bonoꝝ uariat. Relinquent̃ ergo duodecim sectæ:quæ q̄dem ternæ a primis quatuor proueniunt. Sed
cū illa quatuor ad unū redigent̃:restabunt tres sectæ. Rediguntaūt quia ōnditur ubi dicunt uoluptatem:quie
tem:utrūq; & prima naturæ satis esse dicere prima naturæ:quia uoluptas:& quies in primis naturæ sint:quæ
Varro appellat primogenia . Quapp tres sectæ restabunt. Nam ubi uirtus aut disciplina aut nostra industria
acquisita ad prima naturæ accesserit:queritur an prima naturæ sint expetenda propter uirtutem : an ipsa uir/
tus pp prima naturæ : an utrūq; propter seipsum. Est itaq; eius inquisitio cum de summo bono non plantæ:
non pecudis:non dei sed hominis quæratur:homo aūt ex animo constet & corpore : utrum sola anima ho/
mo dicendus sit corpus autem se præbeat:ut equus eq̄ti. Eques enim nō est homo:& equus: sed homo solus
ideo tamē eques : quoniam aliquo modo se habet ad equū. An corpus solum sit homo aliquo mō se habens
ad animā:sicut poculū ad potionem. Non.n.calix & potio quā continet calix simul dicit̃ poculum: sed calix
solus.ideo tñ quod potioni cōtinendæ sit accōmodatus. An uero nec aia sola nec corpus solū sit homo : sed
utrūq; simul:ut bigas dicimus duos equos iunctos. Atq; hoc modo hominē capit Varro. Vnde summū illius
bonum quo fit beatus ex utriusq; rei bonis cōstare uult. Atq; propter hoc prima naturæ propter se expetēda
ait.ipsam uero uirtutem quā doctrina inserit uult esse artem uiuēdi:quæ q̄m ex animæ bonis est: excellentissi/
mum est bonū. Hæc ergo uirtus cū acceperit prima naturæ:quæ hactenus sine illa fuerant:oia illa propter se
ipsam appetit:oibusq; & se ipsa utit̃ eo fine ut oibus delectetur:atq; perfruat̃ magis minusq;:ut quæq; maiora
minora ue sunt:ita tñ ut quædā minora:ut maiora teneat acquirat aut cōtemnat. Omniū aūt bonorū uel ani
mi uel corporis nihil sibi uirtus p̄ponit. Hæc.n.bene utit̃:& se ipsa & cæteris:quæ hominē beatum faciunt bo
nis. Vbi uero uirtus ipsa non est:quis ipsa sint bona:nō bono eius sunt.cuius sunt : & ob hoc nec eius bona iā
dicēda sunt cui male utenti utilia eē nequeūt. Hæc igit̃ hoīs uita quæ uirtute:& aliis animi:& corporis bonis:
sine q̄bus uirtus esse nō potest:fruit̃:beata dicit̃. Si uero:& aliis sine q̄bus esse uirtus pōt: uel ullis uel pluribus
beatior. Si aūt ita prorsus oībus ut neq; animi neq; corporis ullū desit beatissima. Nō.n.hoc est uita qđ uirtus
est q̄m non cōmunis uita:sed sapiens uita uirtus est. Et tñ qualiscunq; uita sine uirtute esse potest. Virtus sine
ulla uita non potest. Hoc etiā de memoria dixerim:& de rōne:& siquid tale in homine est. Quia añ doctrinā:
hæc sunt:& sine illis nōn pōt esse doctrina:& sic nec uirtus:quæ utiq; dr̃. Bene curre aūt:& pulchro corpore es
se:& reliqua huiuscemodi sine uirtute esse possunt : & sine illis uirtus. Et bona tamen sunt:& etiam ipsa pro/
pter se ipsa diligit uirtus:utiturq; & fruit̃ sicut uirtutem decet. Hanc uitam beatā etiam socialē perhibent esse.
quæ amicoꝝ bona propter se ipsa diligit:sicut sua. Eisq; p̄pter ipsos:hoc uelit quod sibi siue domi sint ut uxor
liberi:parētes:& huiusmodi siue in loco ubi domus eius est:ut ciues:siue in orbe toto:ut gentes:quas ei socie/
tas humana cōiungit:siue in ipso mundo quod censetur cœlū & terra: sicut dii quos sapienti amicos nolūt.
Hocq; ueteres academici a nouis differre uolūt:q; ipsi non censent de finibus bonorū:& maloꝝ dubitandū
ut dubitant noui. Nec sua interesse putant siue cynicoꝝ habitu siue alio philosophent̃ in his finibus quos ue/
ros putant. Ex tribus aūt generibus uitæ ocioso actuoso & quod ex utroq; constat hoc tertiū sibi placere affir
mant. Hæc igit̃ affirmat Varro ueteres academicos sensisse auctore Authioco ciceronis magistro & suo quē
in pluribus cicero stoicū q̄ ueterē academicū fuisse uideri uult. Sed nos iccirco breuissime de finibus disputa/
uimus:quia ut & ad reliqua q̄primū properandū erat:& multa seorsum a nobis sunt in primo libro nostraꝝ
chamaldulēsium disputationū posita:quē ad illustrissimū parentē tuū.qui in utroq; genere uitæ exercitatissi
mus est:olim scripsimus. Itaq; iam ad propositas nobis interp̄tationes redeamus. Ait ergo. Ne forte roges

quo duce.i.quo philoſopho auctore. Quo lare.Qua familia philoſophoꝝ. Tuter.defendá meam ſententiá.
Nullius addicti iurare.Ergo fatet̃ ſe academicum. Nam reliqui philoſophi ita eius quem ſecútur auctoris poſitionem tuenturut potius falſa defendere tentét ꝗ a poſitione diſcedere ipſe uero tanꝗ academicus ea ex omnibus eligit.quæ magis uera putat.Q uid auté ſit iurare in uerba:& quid addictus hactenus legiſti.Fortuna.Tranſlatio a nauigantibus:& latéter fœlicitati ad ſcribédum adnuere uidet̃:ſi huiuſcemodi ingeniú atq; conſiliú a natura ſortiamurut ueri iuueſtigádi facultas aſſit. Hoſpes:Tanꝗ externus amicus.Ná neq; ullius ſectæ ſum:ut poſſim dici ex ea familia:nec rurſus cuiꝗ ita aduerſarius:ut illius hoſpitio excludi merear. Agilis fi.Aptus ad actiones per quas innuit uirtutes morales:ex qbus id genus uitæ perficit̃:quod in agendo poſitum eſt. Et mer.ci.Oñdit uarias fluctuationes & ſollicitudines quæ homini io uita:ciuili etiam ſm uirtutes ciuiles degẽti euenire ſolét:cum uita ipſa cótemplatiua nihil tale patiat̃.Quapropter ueriſſime a ueritatis auctore de utroq; genere dictú.Nam ad marthá conuerſus quæ actiue uitæ uicé ſuſtinet ait.Martha martha ſollicita es:& turbaris circa plurima.De maria aút.i.de cótemplatione imobilem tranqllitatem protulit:qñ eam partem elegiſſe dicit quæ nó auferet̃ ab ea. Nunc in ariſtippi.Epicureú in ſua iuuẽta fuiſſe poetá. hunc oſtendimus.Ergo & ariſtippi cyrenaici dogma tenuit.Ná uterq; ſummú bonum in uoluptate poſuit.Ergo relabor quaſi reuertor.Labi.n.occultius eſt ꝗ gradi:ut oñdat non oía dare uoluptatibus:ſed cú uirtutem ꝓponat:non tñ aſpernat̃ præceptú ariſtippi:qui ultro ſe offerẽtibus uoluptatibus ita libéter fruebat̃:ut etiá ſi opus eſſet idq; hois grauitas poſtularet facile eſſet illis cariturus.Ergo cú & relabor dixit: & furtim nó uidet̃ quidé oíno uoluptatem aſpernari:qñ quidé una ex illis ſit ꝗ prima naturæ appellant̃:& qbus uirtus recte utit̃:& pp ſe amat ſed tñ ipſi uirtuti lóge poſtponit:ꝗ ſnia ut paulo ſupra demóſtraui ab academicis non abhorret. Et mihi res apertiſſime:academicú ſe profitet̃. Nam cæteri phi ſe rebus adiungunt cú id quod ſemel poſuerint et ſi non placeat defendere cogent̃. Vt nox lóga.Mirus progreſſus:& ſapia atq; artificio accumulatus.Primo.o.grauiore iam ætate ea ꝗ leuiora:& adoleſcétiæ cóndonanda ſunt:relinquéda iudicauit.Deinde grauiora & quæ ad bñ beateq; uiuẽdum pertinẽt inqrenda ꝓpoſuit.Sed cum ad uerú inueniendú optimo duce opus ſit:ex omnibus phoꝝ familiis academicos tanꝗ excellentiores delegit.Verú cú neq; nugas omittere: neq; ſeria ꝓponere: neq; ad illa recta róne ac uia progredi ſatis ſit:niſi eodé ardentiſſimú ſtudiú:quo oís ſocordia amoueat̃:acceſſerit.Iccirco tribus efficaciſſimis cóparationibus qto animi ardore hæc proſequat̃:mire exprimit. Vt nox ló. Oés cupiditates ardorem hñt.Sed nulla magis animú ægrotum inflámat ꝗ cupiditas rei amatæ potiédæ:ac hæc ipſa auget̃:cú ſpes prouenit ex amicæ ꝓmiſſis. Dieſq;.l.Procliue eſt humanú genus a labore ad libidiné. Ergo nó mirú eſt ſi mercenarius cui in ope faciúdo nihil ꝑter ꝑcium dulce eſſe pót:miſere cupiat diei finé:in quo ſui quoq; laboris finé uidet. Piger a.Lente flués annus.Sunt cupiditates in puero & adoleſcéte iflámatiores:ꝗ in cæteris ætatibus.Has aút minime explere pñt:q ſub alieno iperio cóſtituti nihil ex ſuo arbitrio agere pñt.Ardent ergo exire e ptáte illius ꝗ maxime ab hiis quas cupiút uoluptatibus arcent. Dura epithetú eſt diſcretiuum.Ná ſunt quoq; indulgétiores matres:quarú imperiú nó ita exhorreát pupilli. Id quod:Maxima laus ſui propoſiti:cú huiuſcemodi illud eſſe affirmet:quod obſeruatú oib⁹ proſit:neglectú oibus noceat. His ele.Modeſta locutio.Non.n.tantú ſibi arrogat poeta:ut ſe abſolutiſſimas uirtutes acqſiturum dicat:ſed principia quædam ex qbus poſſit perfici uirtus:quæ tantú proſunt:ut rectiſſime dixiſſe uideat̃ Ariſto. ipm principiú eſſe plus ꝗ dimidiú totius. Differunt tñ elementum:principiú & cauſa.Ná ut refert Ariſt. in metaphiſicis: principium dr̃ de cauſis extrinſecis.Elementú de cauſis ꝗ ſunt partes rex.i.de cauſis intrinſecis.Cauſa auté dr̃ de utroſq;:ut latius oñdit aqnas ille Thomas in lib.quem de cauſis ſcripſit: Elementa igitur appellamus omnia ſimplicia quæ ulterius reſolui non pñt.Sed inuicé cópoſita aliquid conficiant: & ꝓpea ſunt illius principium.Vt exempli cá.Eſt aliquod cópoſitum quá dictioné noíamus.Ipſa aút ex ſyllabis cóſtat:ſed non ueluti elemétis.Sunt.n.& ipſe cópoſitæ ex lrís in quas reſoluunt̃.Sed cú ad lras pueneris:qm̃ ille ita ſimplices ſunt ut reſolutioné non patiant̃:ipſas iure elementa appellamus.Similiter núc quædá principia ex qbus habitus uirtutum paulatim cóſtabilitur eleméta núcupauit.

❡ACR. Glycóis.Glycon athleta quidam fortiſſimus fuit. Eſt quoddá.Quaſi aliquis dicat.Quid ſtudes philoſophiæ rebus quum nó poſſis ad ſummá philoſophiam peruenire. Prodire,te.uſq; ad aliquá tulum doctrinæ peruenire ut pubetenus. Sunt uerba:philoſophiæ ꝑcepta uoces. .i.id ipſum qa uerba & uoces idé ſunt.Quaſi nó ſunt hñdi morbi auaritiæ:qa penitus uitia eruere nemo poterit. Ter pure.ita ait.Ter pure ut eſt emergunt qui ſe purgant.ut Perſ. Tyberino in gurgite mera.Mane caput bis terq; & noctem in flumine purgas. Lecto:bene lecto atque recte ſine agitatione libidinis.
Aurem:oís hic locus ꝯſonat tuſculanis qſtióibus.
Mirã is &.o.ſ.cóſequi idem ſtulte optas. Diſcere: hiſteron proterónam prius audimus. Quis cit.p. Quis cú ſit fortis nolit in olympiis coronari. Cópita dicunt̃:ꝗ patent in multas uias. Dulcis pal.i. phs poteſt corooá cótemnere.Sciens inané eſſe hác gloriá. Vilius:ocioſæ uitæ ꝑponéda eſt palma.Pal

Nó poſſis oculo quantum cótendere lynceus:
Non tamen id circo contemnas lippus inungi:
Nec quia deſperes inuicti membra glyconis:
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quoddam prodire tenus/ ſi non datur ultra
Feruet auaritia/miſeroq; cupidine pectus.
Sunt uerba/& uoces/quibus húc lenire doloré
Poſſis/& magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes:ſunt certa piacula/ꝗ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus.iracundus/iners/uinoſus amator:
Nemo adeo ferus eſt/ut non miteſcere poſſit:
Si modo culturæ patientem commodet aurem
Virtus eſt uitium fugere/& ſapientia prima

Stultitia caruisse. uides quæ maxima credis
Esse mala/exiguum censum/turpemq; repulsam:
Quanto deuites animi/capitisq; dolore.
Impiger extremos curris mercator ad indos:
Per mare pauperiem fugiens/per saxa/per ignes:
Ne cures ea/quæ stulte miraris/& optas
Discere/& audire/& meliori credere non uis?
Quis circum pagos/& circum compita pugnax:
Magna coronari contemnat olympia? cui spes:
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ?
Vilius argentum est auro/uirtutibus aurum.
O ciues ciues/quærenda pecunia primum.
Virtus post nũmos/hæc ianus summus ab imo
Perdocet/hæc recinũt iuuenes dictata/senesq;
Leuo suspensi loculos/tabulamq; lacerto.
Si quadringentis sex septem millia desunt:
Est animus tibi/sunt mores/& lingua/fidesq;

me pponẽda eẽ uirtus. Hæc ianus. Duo iani aã basilicam pauli steterũt ubi locus erat fœneratorũ: ianus dicebaẽ locus in quo solebãt cõuenire feneratores.i. omnes qui conueniunt hæc loquũtur.i. has fabulas senes docent & pueri qbus pari imperitia aius est. & per hæc sint contẽnenda quæ dicant. Loculos: cõsuetudo quondam fuit: ut iuuenes phiæ operã dantes: & Senatores in curiam itrantes. in leuo brachio ferrent tabulas ad quoddam exarandum: & loculos ad aliquid sibi emendum: ut ostenderetur: quia qui uolunt diuites esse: sapiæ se primo studio conferant: & est hypallage. Suspensi la. pro habẽtes tabulas suspensas lacertis.

¶POR. Non possis. o. his respondet qa studio sapientiæ deterrẽtes negant pfectam sapiẽtiã quẽquã affecutũ: dicens cõtentos nos esse debere quãtulocũq; præcepto. eo. n. utiq; deteriores non erimus. Laudis. a. inanis gloriæ cupiditatẽ ut pernitiosum uitiũ ex præceptiõibus quibusdã sanari posse ait. itaq; decẽter subiicit. Ter pure lecto libello uelut ad sacrificandum caste ac lotis mãibus accedendũ putat. Impiger extre. Hoc loco Theognidis uersus imitatus ẽ q ait Χρηφευνι ηνοεν γον τακαις ςμεγασκητεα ποντον ρηπτυβηναιπε τρωη κρυε καθη λιβατ.

Et. c. c. p. Similitudine admonet ut a paruis ad maiora bona cupiditates pferamus. O. c. c. que. p. p. ad Ianos eos q sunt in regiõe basilicæ Pauli fœneratores consistunt: a qbus uult tanq̃ a magistris doceri populũ ne quid pluris pecũia hẽant. Vnus. n. illic Ianus I summo alius i imo ẽ qd hic iducit mõere. Hæc. r. assẽtiũt & q̃si rñdet.

¶CHRI. Non pos. o. Contra stoicorũ paradoxa hæc snia cst: sed tamen aliorũ phorũ scholis defensa. Illi. n. dicunt oẽs stultos insanire. i. omnes qui carent pfecta & absoluta sapia: q̃uis in ea multum pfecerit ut de Socrate legitur: in nihilo differre ab iis qui penitus insani furiosiq; sunt. Reliq uero phi contra sentiũt. Multum. n. uolũt interesse inter Socratem & quemuis alium scelestum uirũ. Hac ergo snia usus poeta optima similitudine oculorum id demonstrat. Nam cõducere ait lippis ut q̃uis ad integrum uidendi sensum redire desperẽt: tamẽ eo collirio unganẽ quo cæcitatem arceant. Sed de lyncio & lippolã dictum est. Quod uero dixit solet optia rõe dixit. Ingenue. n. fateẽ se nõ hẽe itegrã uirtutẽ: i q̃ sola fœlicitas ẽ: sed elemẽta ipsius. Ergo ẽ i miseria: qm̃ nõ uirtute pfecta. At nec rursus i extrẽa miseria: qm̃ iã igrediẽ ad uirtutẽ. Hoc ergo I miseria sibi solatiũ ẽ.

Et qa desp. Nã q̃uis nõ hẽas corpus ita robustũ: ut glyco athleta iuict⁹: nõ tñ ita negligẽda ẽ illius cura: ut in chiragrã icidat. Nã si nõ robustissimo tñ sano uti poteris. Nodosa: nã cũ I iternodiis digitorũ crassio hũor cohærescat turgescit locus tãq̃ nodi lapilli ue I sinit. Vñ & Pers. Sed cũ lapidosa chiragra fregerit articulos. Est ãt morb⁹ hic dict⁹ ἀπὸ τοῦ χειρὸς .i. mãus: & ἀγρεύω .i. capio: qa manũ occupet & capiat. Eadẽ i pede podagra est. Nã græci ποδα pedẽ dñt latic articularis morb⁹ nũcupaẽ. Quoddã te. Vsq; ad aliqd spaciũ. Differũt ãt tẽus & usq;. Vsq;. n. pponiẽ nisi sint noia ppria urbiũ. Nã dicim⁹ romã usq;. pterea iũgiẽ alii ppositiõi: ut abusq; pachynõ. Tẽus uero postpoiẽ: & qñq; gtõ iũgiẽ: ut crurũq; tenus palearia pendẽt. Est licet. Feruet aua. Quia pessimũ ẽ oium uitiorũ auaritia: ide icipit: q si nõ pt i hoie nõ sapiẽte pẽitus tolli pt tñ leniri: & minui. Feruet: æstuat. Nã ipsa cupiditas ẽ hñdi: & oẽs cupiditates ardores sũt. Sũt uer. & uo. i. pcepta q si obseruẽẽ auaritiã minuãt. Verba q scripta sũt a priscis phis Voces q pmũẽ a uiuẽtib⁹. Morbi: uitii: nã stoici morbos ai uitia appellãt teste Cic. i tusc. Laudis. a. post auaritiã iure ambitionẽ põit. Piacula. Nã qa scelera qbusdã sacris expiabãt: q piacula dicebanẽ: placuit scissima phiæ pcepta: qbus uitia remouenẽ piacula appellare. Certa: Minime fallentia. Ter allusit ad sacrificium: quia piaculum dixerat. Nam ternarius numerus in diuinus perfectus est. Virg. Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore Licia circundo. terq; hæc altaria circum Effigiem ducũ numero deus In pare gaudet. Ferus. Nam cum homo propter rõnem homo sit: cum appetitũ illa spreta sequitur: in inanem feram abit: uitia suscipiens. Deinde efferatus exuendo uitia paulatim feritatem deponit & mitescit cultura phiæ ut ager boni agricolæ cultura. Virtus: q̃uis uirtus sit firmus hitus in rõne bene suscepta: tamẽ quoniã nõ potest intrare animum uirtus nisi uitium eius contrarium prius remoueatur: uidetur eẽ initium uirtutis ipsa uitiorũ fuga. Ergo prima uirtus. idest principium uirtutis Et sapient pri. Apud hos phos sapiens bonusq; idẽ est. Nã ille sapere dr qui bona a malis distinguit distinctaq; eligit: qd propriũ boni uiri est. Ergo prima sapia q eadem ẽt probitas est. Stultitia. Ergo uitiismã oium uitiorũ mr stultitia est. Vides q ma. Qui stultitia caret cognoscet nihil melius eẽ uirtute: q re ab eo pspecta uirtutẽ cæteris oibus pfert: nam & q bona putamus ea ducẽ natura expetimus: & contra mala fugimus. Quapp si pauptatem quia malum id putamus tot piculis laboribusq; fugimus q̃to magis uitiũ fugiemus: si id maximũ malũ esse intelligemus. Impiger ex. Locus a maiori: Nã si ut pauptatem: q aut non est malũ: aut certe puũ est malũ: fugias: tu curris usq; ad idos gẽtẽ nobis incognitã: & a nobis lõgissime rẽotã: nõ tuto itinere: sed p piculosissimã nauigationẽ: & asperrima saxa. i. mõtes: q̃to magis in tua pria: & sine piculo & lobore debes discere & audire. s. rõnes: & credere meliori. i. sapiẽtiori: uir pariter & rõibus doctus: & auctoritate motus nõ cures. i. nihil facias ea q mirarıs: & optas

stulte:qm̄ bōa nō sūt. Quis.snia ē:nullus erit q pugnet ī uilioribꝰ plebeisq; certaminibus:qlia sunt in pagorū cōpitis q quidē recuset coronari in certamie olympico maximo nobilissimoq; oīum:si possit coronari sibi si ne puluere.i.sine certamine acqrere.Quapp & tu q ut minora bona assequaris tm̄ laboras:puto uoles eodem labore etiam maiora bona acqrere. Pagos & cō.i.compita pagorum ut pateris libamus & aurei:idest pateris aureis. Vilius ar.Cām q̄re diuitias uirtuti pponat oñdit esse ꝙ ipse pluris eas ex uulgi opione faciat:q uirtu tem.Et uulgus inducit ita loquēs. Hæc ianus.De hoc deo dictum est.Sed hic intelligit ianum pro mercato/ribus:a quibus colitur:qm̄ tēplum suum habeat inter duo fora:& ppea dixit ianus sūmus ab imo.q.d.si inci pias ab ima parte unius fori usq; ad summam alterius oēs mercatores hoc clamabunt. Habebat ăt plura tē/pla ianus:sed in hoc sacratus erat.Cuius rei testimonio est Oui.in libro fastoꝝ:cuius uersus sunt. Cūtot sint iani cur stas sacratus in uno.Hic ubi iuncta foris templa duobus habes.Erant autem fora boarium & pisca/rium. Hæc recinunt dictata.idest iterum canunt & referunt:quoniam sibi placent. Dictata:quæ ab aliis ac/ceperunt. Si quadringentis.Quam summam equestrem esse in superioribus demonstrauimus.Et est sentē tia. Quāuis sit tibi animꝰ:idest spientia & mores.idest uirtutes morales: & sic ualebis in utraq; phia:& si ad tantam doctrinam atq; ,pbitatē addas linguam & fidem.i.eloquētiā adiunctam probitati.Quæ qdem res fa/ciūt hominē pfectissimū & absolutissimū:ut iure possis nobilissimus appellari : & desint tibi sex uel septē ad summā equestrē:nō inter senatoriū aut eqstrem ordinem:sed inter plebē annumeraberis.

¶ ACR. Plebs.Qm̄ Roscius iussu nō debere fieri equitē romanū nisi haberet q̄drīngēta millia æris. Rosci us melius docet:q dicit undecūq; habendā esse pecuniā.An plis q mōet cōtēnendā eē supbā fortunā. Næniai laus mortuoꝝ:sed hic quoq; cātilena.ut alibi. Meri ta uox quoq; næniadicet. Plebs eris.i.i q̄tuordecim ordinibꝰ nō sedebis. Curiis : uir curius fortissimus fuitq corinthios uicit:hoc dicebant & Curii & Ca/milli:is regnum hēt q possit facere. Decātata. nota est:condito ualde nota iam in ore habita. Suadet: suademus etiā mala: hortamur ad bona. Puppius: tragœdiographus ita affectus spectantiū mouit : ut eos cōpelleret:ide istū uersum fecit. Flebūt amici.& bñ noti morte mea:Nam plus ī me uiuo lachryma tus est. Responsare:cōtumaciter rñdere.his rñdet: q aduersa æquo aio tolerant. Non ut.p.qa piculose secū cōsensere Gracchi.de lege agraria iisdē iudiciis uolūtatibus uel opinionibus. Referam. hoc illi rñ do.Quia uidet multos pisse:q tibi cōsenserūt. Ter rent.sensus est.Quoniā populos cōtrarios tibi susci pis & amplecteris:neq; a te qcq̄ prudētiæ pficiscitur.

Oia te aduer.Quia siqs sequit uolūtatē tuā:nullū iā hēt circa sapientiā respectū. Capitū.diuersaꝝ opi nionū:nō alicuius certi ꝯsilii. Gestu.sūt q dicūt.bo nū est agros publicos cōducere uiduas isidiis capiāt decipiāt eas:ut sibi uēdicēt res eaꝝ. In uiuaria.i.deci piāt eos:ut possint callide eoꝝ hæreditatem auferre.

Crescit res. Quia īterdū nesciūt fœneratores quot mensiū accepturi usuras. Veꝝ:sensus est.Scio inqt: ꝙ nō sit oīum una snia.illud nō tollerabile ē.Q dꝰ ,p posita sua mutāt in horas. Esto.i.cōcedo:ut diuersa sentiāt hoīes:sed nō inuenies q in ,pposito pseueret.

Lacus te mare.i.& iā lacus & mare.i. ēt lacus & ma re diuitū consentit sentētiis.Qui supra mare & lacus cōstituūt ædificia. Cras ferālle positus apud baias: si delectatus fuerit alio loco cōtinuo iubet ferramēta transferri ad ꝯponendū ptoriū. Theanū.theana ci uitas est certe abūdans optimis fabris & sartoribus.

¶ POR. Roscia die sodes . Lex roscia est q̄ cauet ut ,pximis ab orchestra.xiii.gradibus spectētq:bus cē sus ē quadringētoꝝ sestertioꝝ.ī hoc ergo unūquēq; laborare ut amplꝰ patrimoniū habeat.ut in.xiiii.or dinibꝰ sedēs ,pprius spectēt poemata puppi. contra pueri lusu cantare solēt. Rex erit q recte:faciet.Qui nō faciet nō erit:quā sniam meliorē ait:qa nō diuitiis:sed uirtutibꝰ honor habet:Hæc lex roscia eqtibꝰ data est:ut ī primis.xiiii.gradibus sederent ii q q̄drigēta sestertia haberēt. Et maribus curiis:mares nūc,p fortissimos posuit.Respōdit referā:qa me uestigia terrēt.Ad parado xa stoicoꝝ defensum sibi facit.& oñdit quæ sibi populus cōtraria facit.Luciliana sunt hæc.a fabula ergo æso pi arguit īter se repugnātiā hominū: dicens belluā multoꝝ capitū esse.idē eadē possunt horam durare.utraq; hæc dicunt a stoicis insaniā uulgi primū ꝙ inter se dissideāt.Deniq;:ꝙa semet ipsis mutant subinde ,pposita

Plebs eris.at pueri ludentes/rex eris aiunt
Si recte facies.hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi/nulla pallescere culpa.
Roscia die sodes melior lex:an puerorum
Nænia/quæ recte regnum facientibus offert:
Et maribus curiis/& decantata camillis?
Is ne tibi melius suadet/qui ut rem facias/rem
Si possis recte/si non/quocunq; modo rem:
Vt ppriꝰ spectes lachrymosa poemata puppi?
An qui fortunæ te responsare superbæ:
Liberum/& erectū præsens hortatur/& optat?
Quod si me populus romāus forte roget/cur
Non ut porticibus/sic iudiciis fruar iisdem:
Nec sequar/ac fugiā quæ diligit ipse/uel odit?
Olim quod uulpes ægroto cauta leoni
Respondit/referam/quia me uestigia terrent?
Omnia te aduersum spectantia/nulla retrorsū.
Belua multorū es capitū.nā qd sequar/aut quē
Pars hominū gestis cōducere publica/sunt q
Frustis/& pomis/uiduas uenentur auaras:
Excipiantq; senes/quos in uiuaria mittant.
Multis occulto crescit res fœnore/uerum
Esto aliis alios rebus/studiisq; teneri:
Idem eadem possunt horam durare probantes?
Nullus in orbe sinus baiis prælucet amœnis
Si dixit diues/lacus/& mare sentit amorem
Festinantis heri/cui si uitiosa libido
Fecerit auspicium/cras ferramenta theanum
Tolleris fabri,lectus genialis in aula est:

¶ CHRI. Pueri ludentes.Erat.n.a priscis illis optimis uiris: qualis fuit aut curius: quē neq pyrrhus: neq samites corrūpere potuerunt:aut camillus:cuius uirtute roma a gallica Seruitute erepta est.Erat inq̄ carmen pueris institutum quod illi canerent.cuius esset sn̄ia eum uere regem esse qui recte ageret. Hic:in hac sn̄ia. Murus æneus.i.ita fortis ita inuicibilis ut murus exere. Nil cōscire.i.nullius sceleris sibi cōscium esse. Pallescere:nam scelera a nobis cōmissa sp nos uexant & stimulant conscientia. Hinc recte iuuena. Prima est hæc ultio ꝙ se iudice nemo nocens absoluitur.Et paulo infra.Nocte dieq suum gestare in pectore testem:Spartano cuidam rn̄dit pythia uates. Rosciaa roscio othone lata:de qua dictum est. Sentētia est.utrum melior sit lex othonis qua incendimur ad rem augendam:ut possimus in.xiiii.ordinibus sedere. Nænia.Carmen funebre:de quo dictum est: sed hic improprie laudes uirtutis næniam appellat.is.n.m.Certe melius. Si.p.r. Nam nemo tam malus est qui non diligat uirtutem & oderit uitium. Verum auaricia ipulsi quod recta uia nequnt praua quærunt. Vt pro.i.ut sedeas:q̄ttuordecim ordinibus:q propinquiores sunt orchestræ: in qua ludi agebant. Lachrymosa:cuius argumentum ex miseriis q̄ in eo cōtinebant lachrymas spectatoribus cōcitabat. Puppius.n ea tempestate poeta tragicus fuit.Posuit āt huius fabulas pro omni spectaculo: puto āt ignobilem fuisse poetam Respōsate. Frequenter respōdere:hoc est resistere. Superbæ: qa a nemine placatur. Quod si me populus.Oñderat se longe diuersam opinionem a populo hr̄e cum nō in diuitis ut ille:sed in uirtute summū bonum ponat. Nunc affert rōnem quare nō utatur eodē iudicio: quā tamen ex apologo æsopi promit.Viderat olim uulpecula astuta fera multorum animaliū uestigia apud leonis antrū: sed ita tñ ut oia essent ingredientium & nō exeuntiū: qua coniectura rata in quod erat iō non redire ingressas feras ꝙ leo illas uorarer:noluit igredi:rogantiq leoni cur non igrederetur:rn̄dit deterreri uestigiis quæ aduersa sibi nō āt auersa ēēnt.Vt ergo ex uestigiis iteritū suum timebat uulpes si ad leonem ingrederetur: sic signa sunt quæ pnīciē minitentur poetæ non dari sibi reditū a uitiis:si ad illa igressus fuerit. Bellua. Crudelissima fera est auaritia cū auarus & sibi & aliis noceat:& hēt multa capita:qa uariis utit̃ ꝯsiliis:uariisq artibus ad res aut ui aut frande acq̄rēdas.Capita.n.iudicia & ꝯsilia dicim⁹. Nā qd:q̄si qd' cōsiliū. Aut quē.i.ā & oēs iniq sūt:& oia eoꝝ cōsilia deprauata. Cōducere pu.ut sūt publicani:q uectigalia redigūt.& rēpu. & priuatos decipe i illis conant̃.Sic ēt q aliqd faciēdū aut curādū publicit⁹ cōducūt ēt sordidā:de q b⁹ iuuena. Quis facile ē ædē ꝯducere flumina port⁹.Siccādā eluuiē portādū ad busta cadauer. Venent̃. Carpit captatores hæreditatū.de qbus abūde in sermōibus dictū ē.Hi & piscatoribus cōparant̃:q esca pisces decipiūt.Qua pp plures adnabunt ta ni dixit in sermōibus:& uenatoribus ēt cōparant̃. Frustis.s.carniū. Auarus .cupidus munere. Excipiat.Dolo capiat.Ea.n.ꝓpria uerbi notio ē.Vir.Excipit icautū patriasq obtruncat ad aras.Et in sexto Emulus exceptū tritō si credere dignū est. In ui.Quēadmodū capti pisces mittunt̃ i uiuaria:ita & ipse captos custodit senes ne euadāt. Mulris.tertiū gēus auaroꝝ q fœnerāt. Occulto:uel⁹qa occulte agūt:ut ignominiā uitēt: uel occulto fœnore:qa id dānū puū a pricipio appareat:& idē occulto crescat.Sic alibi dixit:Crescit occulto uelut arbor æuo Fama marcelli. Esto:maiorē oñdit leuitatē.Nā nō solū diuersi diuersa sectant̃:sed idē psæpe mutant̃.Quæ inconstātia oñdit stultā fuisse electionē. Nullus:ꝓbat leuitatē. Prælucet.b.magis lucet q baiæ luceāt. Lacus & mare.Nā & lacus lacrin⁹ i baiano ē:& mare sinū baianū hēt. Festinātis.s.illic ædificare.Siqs igit̃ baias laudauerit statim mouet̃ diues q i baiano agrū hētut ibi ædificet. Libido ui. Perpetuū illius epithetū ē.Nā libido corruptus appetit⁹ ē.Qui uero rōi obtēpat uolūtas & nō appetitus dr̃. Ferramēta.istia ad ædificādū.Nā mutato cōsilio Teani ædificare parat.Teanū aūt oppidū nō ꝓcul a Sora & nola qd' cognomine Sidicinum dr̃. Aliud ēt ponit i Apulia Strabo non ꝓcul a Cānis.

Nil ait esse prius/melius nil cœlibe uita,
Si non est/iurat bene.solis esse maritis.
Quo teneam uultus mutantem prothea nodo?
Quid pauper?ride/mutat cœnacula/lectos;
Balnea/tonsores/conducto nauigio/æque
Nauseat/ac locuples/quē ducit priua triremis.
Si curatus inæquali tonsore capillos
Occurri/rides/si forte subucula pexæ
Trita subest tunicæ/uel si toga dissidet impar;
Rides.quid meacum pugnat sententia secum?
Quod petiit/spernit/repetit quod nup omisit;
Aestuat/& uitæ disconuenit ordine toto.
Diruit/ædificat/mutat quadrata rotundis.
Insanire putas solemnia me/neq rides
Nec medici credis/nec curatoris egere
A prætore dati.rerum tutela mearum
Cū sis/& praue sectū stomacheris ob unguem
De te pendentis/te respicientis amici.

¶ ACR. Quo teneā. Mire rīdet:qm̄ supra dixerat. bellua multoꝝ ē capitū. Nauseat:nauseare ꝓprie dicunt̃ qbus eadē fastidiū afferunt:& hoc ꝓprie nauseat.Quia nauis mētionē fecerat. Quē du.i.similiter paup alienū nauigiū fastidit & cupit mutare quēadmodū suū:& p hoc oñdit in nulla re hoies hic cōstātia:sed eē mutabiles. Priua triremis.alii priuā ita intelligūt:q̄ una uni assignat̃: qa & hic priuata possit itelligi. Inæq̄li.t.qa ieq̄liter tondet.Subucula ꝓprie dr̃ pānus additiuus a subiiciēdo uł a subsuendo. Pexa.tunica ēq̄ dimissa ē usq ad talos:sicuti pexi capilli demissi. Dissidet i.nō æq̄lis sedet i humeris qcq̄d pūt.sensus ē. Cur leuia in me uitia rides cum mea sine risu ꝑtereas. Insanire.p.s.p solēniter:iudicas me morbo laborare oium hoium.iccirco.p cōsuetudine guttoꝝ morbis ñ eē credēdū. Curatoris:q solet dari isanis:& p hoc mōitoris.Sēsus ē.Tu castigator & monitor i leuissimis reꝑhēdis.maiora non corrigis. Tutela.o mecœnas quū sis adiutor fortunaꝝ mearū:& uideas me istis moribus isanire nō curas dādū eē mihi curatorē a ꝑtore. Stomacharis:irasceris.i. ob minimū peccatū & nullius momenti. Sanus:itāgit hic stoicos q dicūt sapiētes bñ sanos ēt si ægrotēt eē sāos.Ego aūt dico sanū:& sapiētē si sine morbo ē.

Ad summam sapiens uno minor est ioue/ diues
Liber/honoratus/pulcher/rex deniq; regum:
Præcipue sanus/nisi cum pituita molesta est.

Snia stoicor. in hoc sapiens minor ẽ iouequa mori tur. aliter mior ioue ẽ ꝙ I cœlo nõ est. Pituita:ãt est morbus capitis ad uitium gallinarũ uel pullorum. ¶POR. Si curatus iæ.t.c. Hoc ait rides cum in me uides culpã aut tonsoris aut uestiarii. Cum ego ipse mihi contraria facio non rides. insanire putas solennia me neq; rides:insaniam quam sustineo credens mihi solẽnem facio:& necessariam esse. Et iõ non rides. Rerũ.t.m. mecœnati hoc ait. Præcipue sanus nisi cum pituita molesta est. in nouissimo seueritatem stoicorum hic eludit ꝗsi furtim ad chrysippum rediens præcipue sanus nisi cum pituita molesta est nisi κατάιρος impedit.

¶CHRI. Lectus genialis. is proprie est qui nouis nuptiis sternitur dictus sic quia gignẽdi cã paratus sit. Sed hic posuit pro uxore:ut sit sententia. ꝙ si uxorem habeat pp uitæ inconstantiam cupiat eẽ sine uxore:& amet uitam celibem. Si non est. s. lectus genialis. i. uxor putat nihil melius esse coniugio. Nam quicunq; uitiis laborat:ꝗm esse animo quieto non potest semper res nouas desiderat:non intelligens inquietudinem illã non prouenire ex conditione rerum præsentium:sed ex animi perturbatione. Protea:pro mobilitate ai ponit: per quãdam translationem:uel potius per allegoriam. nam deceptio ipsa & mendacium quo sibi ea eligit pro bonis quæ bona non sunt:inducit sp præsentium pœnitentiam:ꝗm non ibi bonum quod putabat inueniat. Cæterum repete Prothei fabulam quæ hæc tibi apiee. Quid.p. Nam cum non possit mutare regiões: mutat in eodem loco mansiones. Conducto.n. Cum id suo sumptu sibi cõficere nequeat. Priua. propria. ꝗm suo illã sumptu sibi comparauit. Si cu. Mira profecto stultia:ut minimis erraris circa cultum corpis ac uestium uehementer offendamur. Erroribus autem animi quibus ipse miser secũ pugnat non offendamur.

Subucula:uestis est interior. Ait.n.Var. Postq̃ binas tunicas hře cœperunt instituerũt uocare subuculam & inclusiam. Pexe:trite & a qua pili ceciderint. Tunicæ. Vestimentum erat sine manicis. Toga:non solum uiri sed etiam fœminæ utebantur. Insanire p. Tu mecœnas. Nam annectunt hæc suo principio: & est solennia nomem pro aduerbio. Solẽnia. i. maxime insanire ut ea insania ita excellat alias insanias: ut sacra quæ solẽnia appellant reliqua sacra excellunt. Vel dixit eo furore rapi. quo in solenni aliquorũ deorum:ut bacchi & cereris rapi consueuerant:& ut excludat furorẽ illum diuinnum ab insania abiungit. Nec me.d.c. nam q aut atræ bilis aut alius hũoris affluentia peccat insanit:& in eam:quam maniam græco uerbo appellant:cadit:& medico curandus traditur: & illi suorum bonorum curatione interdicitur. Traditurq; a prætore curator unus ex iis:qui propinquior in gentilitate est. Non credis igitur me indigere curatore in tanta insania. Cũ sis tutela mearum rerum. q.d. cum ego tuæ tutelæ me cõmiserim:& ex te totus pendeam:ut sit hæc snia. Si tu cui commisi mei patrocinium stomacharis & offenderis si occurro tibi unguibus male sectis: quanto magis debeces moueri si me insanire uideres. Ad sum. Optima conclusio ex superioribus. Nam si hoies propter uitia in insaniam incidunt:& miseri efficiuntur. Qui ex uirtute uiuunt sapientes erunt: & omnib[9] bonis abũdabunt. Concludit igitur ex paradoxo stoicorum. Solos sapiẽtes liberos esse:solos diuites: solos reges:solos deniq; omnia. Atq; ita excellere:ut excepto ipso deo: nihil maius sapiẽte sit. Præcipue.s. Sunt qui uelint per ironiam dictum in paradoxũ stoicorum:& pituitam pro uana gloria positam esse. Quod mihi non fit uerisimile:ut ludat in re tam graui:sed qm sanitas ad animum & ad corpus refertur:dicemus sapientem sano aio sp esse. quod in sua sit ptãte. Corpe etiam esse sanum quia nihil cõmittit unde morbus prouenire possit nisi forte corpis imbecillitate reddatur non sanus cũ aliquis hũor in eo peccauerit:& posuit pituitam:quod græci phlegma appellant pro quolibet humore.

Epistola Secunda ad maximũ Lollium.

Troiãi belli scriptorem maxime lolli:
Dũ tu declamas romæ/pneste relegi:
Qui quid sit pulchrum/quid turpe/quid utile/quid non:
Plenius ac melius chrysippo/ & crantore dicit.
Cur ita crediderim/nisi quid te detinet audi.
Fabula/qua paridis propter narrator amorem.
Græcia barbariæ lento collisa duello:
Stultorum regum/& populorũ cõtinet æstum
Antenor censet belli præcidere causam.
Quod paris:ut saluus regnet/uiuatq; beatus
Cogi posse negat, nestor componere lites
Inter peliden festinat/& inter atriden:
Hunc amor/ira quidẽ cõmuniter urit utrũque
Quidquid delirant reges/plectunt achiui:
Seditione, dolis, scelere/atque libidine/& ira.

ACR Troiãi.b.s.m.L. Scribẽs lollio ait lecto a se poemate homeri manifestius sibi & melius exprimi ab eo phiæ pcepta q̃ ab optimis eius professionis actoribus & chrysyppo & Crãtore:in iliade.n. ostendit uitia hoium i odyssea per ulyssis personam uirtutes demonstrat. Et mores hoium inspexit. Homerus ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη & reliqua. Nos numerus sumus & fruges cõsumere nati. Eos qui absint studio phiæ ait numerũ tm̃ modo explere hoium: nec alii ulli rei esse natos q̃ ut fruges & cibos consumerent. Incipe qui recte uiuendi protogat horam. Ait qui rõnem recte uiuẽdi per uiuendi ips differt: similis est rustico uolenti flumem transire & expectandi donec totum defluat. Fomenta podagram iuuant non sanant. Inuidia siculi non inuenere tyranni. hoc ait ne phalaris quidem Agrigentinorũ tyrannus maius inuenit tormentum q̃ animis hominum inuidiã inferre. Qui non moderabitur iræ:infectum uolet esse dolor ꝙ suaserit:& mens. Decenter pœnitẽtiam describit. q̃ sequitur iracũdos. Fingit equũ tenera docilẽ ceruice magister. Exẽplo adhortat iuuenẽ cui scribit ad studia.

Iliacos intra muros peccatur/& extra.
Rursus quid uirtus/& quid sapientia possit:
Vtile proposuit nobis exemplar ulyssem:
Qui domitor troiæ multorum prouidꝰ/urbes
Et mores hominum inspexit/latúq; per æquor
Dum sibi/dú sociis reditú parat/aspera multa
Pertulit/aduersis rerum immersabilis undis:
Sirenum uoces/& circes pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus/cupidusq; bibisset:
Sub domina meretrice fuisset turpis & excors:
Vixisset canis immundus/uel amica luto sus.
Nos nůerus sumus/& fruges cósumere nati:
Sponsi penelopes/nebulones/alcinoiq;:
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies/&
Ad strepitum citharæ cessantum ducere curã.
Vt iugulét homines surgũt de nocte latrões:
Vt te ipsum serues/non expergisceris? atqui
Si nolis sanus/cures hydropicus/& ni
Posces ante diem librum cum lumine/si non
Intendes animum studiis/& rebus honestis:
Inuidia/uel amore uigil torquebere.n am/cur
Quæ lædunt oculos festinas demere/si quod
Est animum differs curandi tempus in annũ:
Dimidiũ facti/qui cœpit habet, sapere/aude:

Nã studiosũ eẽ ondit cũ ait. Dũ tu declamas romæ.
Troiani belli scriptorem maxime Loll. in hac epistola uult ostẽdere melius: & apertius se discere præcepta philosophiæ ab homero q̃ a philosopho: qui duo exempla uitæ monstrasse dicũtur. Virtutis.s. sapientiæ. Dum.t.d. dum rhetoricam romæ legsti. Ego legi. Homerum Chrysippo. Chrysippus apolloniensis phus fuit sectæ stoicæ. Fabula: docet quomodo per singulas fabulas monstrat & uirtutes & uitia homerus. Causã: docet quomodo causa perturbationis fuit regibus commissum paridis. Negant: repudiat abnegat suasionem Antheuoris. Inter Peli. Achilles & Agamemnon licet unius partis essent: plerunq; tamẽ erant inimici. Plectuntur: sustinent: patiuntur. Nocet stultitia ciuibus ubiq; multorum uersus ex odyssea sumpti in principio: ut in arte poetica: Qui mores hominũ multorum uidit: & urbes. Aspa.m. hoc est asperitatem casuum ita ptulit ut neq; undis obrui posset nec superari monstris.
Nos.n.i. quos fama obscura recondit qui non paremus philosophiæ. Sponsi pene: penelope meretrix fuit: quæ amatores suos sua pulchritudine luxuriosos reddebat. Nebulones sunt hoies callidi & sumatores: mendacesq; dicti a nebulai ꝙ obscuri sunt.
Alcinoi: ab alcinoo rege pheacum: ac per hoc pheacos uoluptate gaudentes debemus intelligere. Ad strepitum: quia adhibemus sonitum cytharæ ac liræ ut faciliꝰ sopiamur. Cessatum autem ducere dicit' ad cassandum curam sollicitudinem ẽ infinitiuus a futuro. Non exp. si non inquit propter phiam uigilaueris propter inuidiam & amorem dormire non poteris. Si nolis sa.i. si nolueris uentura uitia a te ꝑpellere cũ te oppresserint: tũc conaberis illis resistere frustra cum nihil proficies. Vt te ipsum. phiam discendo rectam uitam ut leua te noctu: & præcepta phiæ legendo instituas. Stoici stultos sanos esse negant. sensus est. Si hoc laborare nolis ut sis sapiens: Aliud necessario laborabis. Hydropicus. qa hydropici iubent' a medicis currere ita.n. morbus eorum solet extenuari labore. Torqbere.i. qñ senseris maximum esse dispendiũ sapientia caruisse. ❡Porphyrio tacet.

❡CHRI. Troiani belli: ꝓposuerat sibi poeta ꝑceptis suis hoies meliores reddere: & ad uirtutes: qbus solis ducibꝰ ad beatã uitam puenit': adhortari: atq; ondere stultitia: unde oẽs perturbationes pullulãt: mortale genus infœlicissimũ fieri. Quapp tanto consilio atq; artificio scribit: ut q̃uis argumentũ imutet: tñ iocunda iterposita uarietate eandẽ repetat sniam: quã i ptia epistola expsserat. Scribit itaq; ad Lolliũ maximũ uel rethorẽ uel oratorẽ: demõstratq; qd' oẽs quoq; docti afferunt: Homeri poesim exemplar ueræ uirtutis cõtinere: & in iliade q̃tũ detrimẽti aiorũ nfo℞ pturbatiões nobis afferãt: in odissea aũt qd uirtus ualeat ad bñ beateq; uiuendũ ꝓsequit'. Scriptorẽ. Egregie p antonomasiã. Nã & si plures scripserint: nemo tñ neq; tã ꝑpetuo tenore: neq; tã magnifice mirificeq; scripsit. Vel scriptorẽ: qm̃ hoc nomen poetis ꝑcipue attribuit. Declamas. Si iunior eta: erit sensus: dũ te exerces in declamatiõibꝰ: si ætate grandior: ppeaq; doctior: declamas.i. discipulos in declamatiõibus exerces. Differũt.n. declamare & orare. Orat.n. uir doctus & eloquens: q cãm uel in foro aut dicit aut agit: uel in concione populũ: aut docet: aut monet: uel in senatoriis consultationibus sniam dicit. Declamator autem ita ficta themate itra ludum se exercet ut qñ doctior effectus ad orandũ ꝓdire possit. Est.n. rhetor. sophista & orator. Rhetor.n. docet lras. atq; artẽ tradit eloquentiæ. Apud sophistã aũt discipuli iam a rhetore in arte instituti in dicẽdo exercent'. Orator demum iam ludo relicto in ueris causis siue illæ priuatæ sint siue publicæ perfecta utitur eloquentia. Præneste. Vrbs olim fortunæ templo: in quo sortes ibi iuentæ manu pueri uersabant' nobilitata: dicta απο τῶν πρινων.i. ab ilicibus qbus abundabat. Et cláculũ docet studiosum ueritatis idagatorẽ secessũ quodam potius q̃ hoium frequentia delectari. Relegi. Nam tanta uis est homeri poesis tanq; uariis multiplicibus maximis: sꝺ penitus reconditis rebus referta: ut nisi pluries legatur: profundi abstrusiq; illius sensus percipi non possint. Pulchrum. Honestum & quicqd a uirtute ꝓfectũ ẽ pulchrũ dr: cuius cõtrariũ turpe est. Vtile. Nam q̃uis scd̃m grauiores phos nunq̃ separet' utilitas ab honestate: & nihil sit honestũ qn illud idẽ sit utile: nec possit eẽ utile nisi sit honestũ: Ex quo summã pniciẽ generi hũano attulerũt q utile ab honesto separare conati sunt: tñ diuersa utriusq; rõ ẽ. Nam qd' honestũ.i. rectũ & cũ uirtute ẽ bonũ dr & expetit' pp seipsũ. Vtile aũt nõ pp seipsũ: sed pp usũ: q i eo ẽ: expetit'. Virtus igit' bonũ ẽ q etsi nihil alid nobis afferat. tñ pp seipsa expetit'. Diuitiæ aũt ñ bõæ dicunt' sed utiles: qa ipsa℞ solus usus cõmẽdat'. Ergo ñ pp se: sed pp alid expetũt'. Pleniꝰ: ꝓlipsiꝰ & abũdãtiꝰ. Et meliꝰ: uel qa maiori cũ eloq̃ntia uel qa ipso usu & expiẽtia: q̃ oẽm rõnẽ supat: ueritatẽ re℞ ondit. Chrysippo & cr.q.d. stoicis & academicis: q

seuerius cæteris phis de finibꝰ bonorum & malorum disputarūt: qbꝰ duabus rebꝰ moralis phia ptinet. Nā chrysippus: ut iā ōndimꝰ: primus iter stoicos ht. Vñ extat prouerbiū solus chrysippus fulcit porticum. Scripsit āt plura in oi doctria: & q ad dyalecticē: & q ad ethicē: & q ad physicē ptinerēt. ideoq; tot uolumina scripsisse ferūt: q de eadē re sæpe scribere aggrederet. Crātor āt academicus fuit: & de ueteri academia Xenocratis discipulus & polemonis socius: reliquitq; cōmentaria ad triginta millia uersus: poemataq; ipsa anulo obsignata in æde mineruæ in solo patrio posuit. Cur ita.c. Oñdit q ex iis quæ de bello troiano scripsit facile nos doceat quot mala ex hoium stultitia: ex qua oia uitia pullulant mortalibus proueniāt. Fabula: uel quia res notissima ē: uel quia ficta res sit. Collisa: attrita. Lento: quia decēnali. Duello: bello quia inter duas contrarias ptes gerat.

Barbariæ: datiui casus siue a prima declinatione sit siue a quinta. Nam antiquitus gtūs exibat in es. Vir. Libra dies sōniq; pares ubi fecerit horas. Et dtūs ī e. Barbarie: q a græci oēs pter grecos barbaros appellāt. Latini uero reliquos pter se & græcos. Aestus: pturbatōes & tumultꝰ. Nā ut mare uariis uētis agitatū æstuat: sic hois appetitus uariis pturbationibus uelut in quasdam pturbationes in surgit. Stultorum. Quia pturbationibus non rōne mouebant. Regū.s. Agamēnonis & Achillis quorum contētiōes & graues inimicitiæ iā explicatæ sunt. Antenor. Nam cum legati græcorum helenā raptā repeterēt: cēsuit Antenor reddendam. Solus: amatorie dictum. Nam sine amica etsi mille alii circūessent sibi soli eē uidentur amātes: ergo solus.i. sine helena.

Ridebit monitor non exauditus/ut ille
Q ui male parentem in rupes detrusit asellum
Iratus/quis enim inuitum seruare laboret?
Hoc quoq; te mãet ut pueros elemẽta docẽtẽ
Occupet extremis in uicis balba senectus.
Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures:
Me libertino natum patre/& in tenui re
Maiores pinnas nido extendisse loqueris:
Vt quantum generi demas/uirtutibus addas.
Me primis urbis/belli placuisse/domiq;
Corporis exigui/præcanum/solib⁹ aptum:
Irasci celerem/tamen ut placabilis essem.
Forte meum si quis te percunctabitur æuum:
Me quater undenos sciat impleuisse decẽbres
Collegam lepidum quo duxit lollius anno.

ACR. Vertunum ianũq; liber spe.ui.hanc episto/lam metaphorice inscripsit quasi in rem animatã significans librũ suũ in publicũ uelle procedere:se uero ꝓhibere. Vertũnum:uertũ/nus & ianus dũ sunt q præsunt negociis ementiũ & uendentiũ ante quoꝝ templa erant loca:in qbus cũ cæteris rebus ẽt libri uenales erãt:per deos aũt loca significat. Pumice:mẽsa sosioꝝ qui græce Βιβλιο πωλαι bibliopolæ dñr:idest uẽditores librorũ: dicti sosii a familia quaꝝ mensam poetica licẽtia pumice am uocat. Cũ.p.ebrius ac saciatus lector piger ẽ ad legẽdũ. Quod.s.n.o.quod si ego augur tuus sum.i. diuinitus tibi ꝑcanti futura prædico:nõ odio tibi lo quat tam diu carus eris q̃diu noui libri pulchritudi/ne retineris:& cũ fueris sordidatus per processum tpis:nemo te optabit atq; describet:sed aut carie con sumeris:aut fient ex te opostographæ epistolarum. Docentẽ:ita loquitur quasi ipse liber pueros elemẽ ta docturus sit. Senectus.i.ut senescas balbutientiũ meditatione. Tepidus ſm morẽ librariorũ:& magi/strorũ loquitur:q circa quartã uel quintã horã dicta ta pueris ꝑbere consueuerunt:quo tpe tractabiliores sunt. Maiores.p.ultra dignitatem meoꝝ natalium amicitiã Cæsaris acqsisse & principiũ. Vt quãtum .g.causam exponit cur nõ uerecundet humilẽ gene logiam profiteri.s.quod nõ haberet ex parentibus: haberet ex sapiẽtia. Anno.eo anno compleui qua/draginta quatuor annos quo lollius cõsul sortitus esset socium lepidum in consulatu.

¶POR. Vertũnum ia.l. Mirũ est hanc locutionẽ inter epistolas poni:cũ neq; ad absenté neq; ad præ/sentem hoiem scripta sit:nisi quia receptũ ẽ:& prin/cipia:& fines in oib⁹ libris nullius legis formula cõ tineri. Vnde sic Lucre. incipit primũ epicureæ sectæ librũ. Sic Virg.iiii.geor. Hæc itaq; cũ libro suo uidet loq quem ipositũ ante finẽ cupidũ eẽ dicit in publi/cũ domi cõtinendus sit:ne in magnos lectores inci dens uituperet. Vertũnus aũt deus est præses uertẽ/darum rerũ hoc est emendarũ ac uendẽdarũ qui in uico thurario sacellũ habuit. Ianus quoque similiter uicus est ab iano genio sic appellatus:q in eo arcũ habet sibi cõsecratũ:p quos deos significat loca:in qbus cũ cæteris rebus:ẽt libri uenales erant. Sane ex hiis uersibus:& in principio sequtis libri apparet Horati.hoc uo/lumẽ:quasi nouissimũ totius opis habuisse. Nam ſm epistolaꝝ coactus adiecit. Scilicet ut prostes:quasi ma/gnæ temeritatis sit hoc librũ uoluisse. Prostes:proponaris uenalisq; sis. Sosiorum.p.m.sosii illo tpe fratres erãt bibliopolæ celeberrimi. Odisti.c.odisti includi:& sub sigillo esse:quod pudicis inquit gratũ esse cousue uit. Paucis.o.g.doles inqt ꝙ paucis recitẽ. Cõmunia.l.cõuent⁹ publicos. Et scis in.b.t.c.hoc est nec totum te per ordinẽ reiterari fastidio poscentũ. Quod si.n.o.p. Sensus:q; si ego quasi augur tibi nõ peccãti futura ꝑdico nõ odio tui loquor tã diu carus romæ eris q̃ retinueris pulchritudine noui libri. Tpe uero cũ sordidior factus fueris nemo te ornabit atq; describet:sed aut cariæ consumeris: aut fient ex te opistographæ epistolæ.
Aut.f.u. Vtica aphricæ. Ilerda:hispaniæ ciuitas:ac per hoc belloꝝ ciuiliũ cã adhuc illic romanũ exercitũ de/tineri significat. Ridebit.i.ridẽdo. Hoc.q.t.m.satyrice oia quæ detestat dicit iminere libro suo. Extremis in ui cis ultima uicoꝝ parte:ut Terẽ.in ultima platea dicit:Balba senectus:balbus senex pueros elemẽta docẽs:qua si ipse liber pueros elemẽta docturus sit. Cũ tibi sol.t.ſm librarioꝝ morẽ locutus est q circa quartã uel quin/tam horam dictata pueris ꝑbere cõsueuerunt:quo tpe tractabiliores sunt. Me.l.n.t.ipse enarrat uitã suam cy nice nõ dissimulãs humilitatẽ generis ac se esse prouectũ. Vt.q.g.d. Causatur cur sibi nõ tacendi sint paren/tes. Primis.u.b.d. Aug.mecœ.pollioni & cæteris. Belli.d.hæc modo aduerbia sunt accipiẽda nõ noia. Cor poris.e.hæc descriptio charathetrismos dr̃. Præcanũ:pp caniciem & ante annos albos capillos. Solibus.a.

ſolitũ iacere ſub ſole:& chroma facere. Tñ ut.p.e. π ροσφάτ ευσιο qua purgauit ꝙ ſe ꝯfeſſus eſt iracundũ. Forte.n.i.ſ.q.t.facere.q.d.nõ oẽs ſciãt:ſed ille ſolus qcunq̃ ꝗſierit. Quater uñ annos quatuor &.xl.dicit & ſi/mul oñdit:& quo mẽſe natus:& quo anno ætatis ſuæ hunc ꝑſcripſerit. Collegam.i.q.d.l.figurate p id quod eſt quem annũ Lollius duxit cũ collega lepido:& duxit ſortitus eſt accipiamus:quia ſorte duci dicimus:&.n. tandiu quis dr̃ collega:ꝗdiu ipſe cum collega propter quod hoc nomen ad aliquid dicitur.

❡CHRI. Vertũnum.i.l.ſ.u.Increpat librũ in publicũ prodire cupientẽ:Vertũnus aũt deus erat uertendarũ rerũ.i.uendendarũ emendarũq̃:q in uico ſacellũ habebat:de quo deo plura in ſupioribus dicta ſunt.Per hunc & ianũ intelligit locũ ubi uendebant̃ res:ubi ẽt & libri. Proſtes:palã te uenalẽ offerras.Neq̃ ſine ꝯuitio dixit proſtes:nã hoc impudicarũ eſt:ut oñdat illũ pudore carere. Soſiorũ.Librarii duo fratres erãt in ꝑcio ea tempe ſtate acuti cognitores oium librorũ & exiſtimatores.Sed nihil ad Veſpaſianũ noſtrũ qui ꝑter id:ꝙ iam diu in ea re principatũ obtinet:ẽt ingeniũ litteris excultũ & multarũ rerũ uſu apprime callẽs quibuſq̃ maximis exer/cet. Grata.p.Nã in qbus pudor eſt ii ſub claue:& ſigillo cuſtodiri:non aũt in publicũ prodire conſueuerunt. Paucis:quaſi ꝑcioſis. Nõ ita.n.Non iis moribus a me ĩbutus.Quid miſer.Verba libri. In breue te cogi.Snĩa eſt multi te nõ amabunt:& rephendent:ſed ẽt qui tui amator eſt:cũ erit plenus.i.ſacietate affectus coget te in breue.i.ex faſtidio:nec totus nec ex ordine recitaberis. Quod ſi nõ odio.i.ſi ego q tibi peccanti:ut augur futura ꝑdico nõ deſipio odio tui:tã diu romæ carus eris ꝗdiu retinueris pulchritudinẽ noui libri. Paſces tineas. Quæ te corrodẽt. Taciturn⁹:qa nõ legeris. Vinct⁹:fiẽt ea te opiſtographiæ.epſæ.Eſt.n.opiſtographiæ epſæ ĩſcriptio ꝗ a tergo fit:uel eris tunica rerũ uenaliũ. Ilerdã:hiſpãiæ urbs ẽ. In rupes:nã cũ recta aſinũ ducere uo lueri:neq̃ ille paruerit iratus in rupẽ detruſit. Pueros elemẽta docentẽ.Nã ſenes ꝗſtũ facere cupiẽtes docẽt pueros prima elemẽta.i.cognoſcere characteres litterarũ & cõponere in ſyllabas:& in dictiones:& ad eã rem utunt̃ uilioribus libris. Cũ tibi ſol.Nã poſt ortum ſolẽ pueri ad ſenẽ docendi ueniunt. Me libertino.Narrat cynice uitam ſuam:nec diſſimulat humilitatẽ generis. Præcanum.Ante tempus canum. Collegam.Sententia eſt : ꝙ anno conſulatus Lepidi & lollii poeta expleret quartum atque quadrageſimum annum uitæ ſuæ.

ACR. c Vm tot.Auguſto petenti ſibi aliquis ope/ris dedicari ſcribit Hora.ideo hucuſq̃ nõ feciſſe:ne iacturã reip.faceret:ſi Cæſarem uerſibus ſuis a repu.reuocaret:paulatim ad hoc de/ſcendit:ut de iudicio tpis quærat̃: quo antiquos poetas laudamus tanq̃ merito uetuſtatis meliores ſint.

Romulus:laudat uirtutem Cæſaris cũ dicit ei ſoli contigiſſe:ut inuidiã uiuus uinceret. Agros.a.dum diſtribuũt colonias:colonias diſtribuere eſt uacuas hoibus ciuitates aliunde adductis habitatoribus implere:& agros illis adiacentes diuidere. Condũt:io cunde.dũ ea inqt faciunt q tu:& tñ non fuerunt grata. Contudit.Herculẽ ſignificat:q inter duodecim portenta quæ ſubegit etiam hydram excuſſit:q licet tantæ uirtutis eſſet:non tamen caruit inuidia donec mortuus eſſet.

❡POR. Cũ tot.Apparet hunc librũ:ut ſupra di/ximus hortatu Cæſaris ſcriptũ eſſe cuius rei ẽt Sue/tonius auctor eſt : nã apud eũ epiſtola inuenit̃ Aug. increpantis Hora.ꝙ nõ ad ſe quoq̃ plurima ſcribat. Ergo hoc principiũ cum laude ĩperatoris:& ab excu ſatione:ꝙ illũ noluit occupatũ in remp.ſuis impedi re ſermonibus.Totaq̃ ſnĩa huius epiſtolæ de poetis eſt ad hoc ut ſubtiliter in eorũ fauorẽ Cæſar moueatur.Dicit.n.Hora.ſoli Auguſto contigiſſe:inuidiam uirtute uiuus euinceret:cæterũ aũt & ꝗuis melioribꝰ anteponi. Cũ tot.ſ.totus hic eſt ſenſus:cũ tantis re/bus detinearis o Cæſar ꝙ adminiſtrando tpa tua ꝗ oium cõmodis ipendẽda ſunt: lõgo ſermone remo rati iniquum eſt. Publica cõ.per hoc pulchrior eſt laus:& incerta diſtinctio eſt an emendes an in publi ca peccẽ. Morer:uanitate occupẽ teneamq̃:te cuius oẽ tps in publica cõmoda ꝯſumendũ eſt Romulus & liber pr̃ laudata Cæ.uirtute:laudat ẽt fœlicitatem quia dicit huic ſoli contigiſſe: ut inter hoies ẽt nunc poſito iam diuini honores decernantur:quod nulli cõceſſum ſit horũ:quos enumerat:hoc ẽſt Romulo: libero:caſtori:& Polluci: & cũ hiis Herculi.& ẽ ordo Romulus & liber: dũ terras holumq̃ colunt genus aſpera bella ꝯponunt:illi de qbus ſupra dixit:poſt in



Q uinti Horatii Flacci Epiſtolarum Liber Se/cundus ad Auguſtum.



Vm tot ſuſtineas/& tanta negocia ſo (lus:
Res italas armis tuteris/moribus ornes:
Legibus emendes/in publica cõmoda peccem:
Si longo ſermone morer tua tempora cæſar.
Romulus/& liber pater/& cũ caſtore pollux
Poſt ingentia facta/deorum/i templa recepti:
Dum terras/hominũq̃ colũt genus/aſpa bella
Componunt/agros aſſignant/oppida condũt:
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem

Speratum meritis. diram qui contudit hydrã:
Notaq; fatali portenta labore subegit:
Comperit inuidiam supremo fine domari.
Vrit.n. fulgore suo/qui prægrauat artes
Infra se positas/extinctus amabitur idem.

gentia facta in deorũ templa recepti sunt. Agros.a hoc est colonias deducũt.ducuntq; urbibus milites suos. Plorauere:plus dĩ q̃ doluere. Dirã.q.c.h.Hercules.s.& bene hoc eligit quod inter labores eius uel maximum fuit.Nota portẽta quæ sunt in.xii. laboribus Herculis diffamata. Fatali.i.uetũ queadmodũ Virg.dixit. Vt duros.m.l.r.s.e.s.i.an fatali pro capitali ac molesto:ut ipse alibi fatalis incertusq; iudex. Supremo fine domari:& est sensus:expertus est inuidiam tunc finiri cum & uita finitur. Vrit.n.ful.suo.Rationem exponit propter quã minus colunt̃ uiui qui uirtute antecellunt:post obitũ aũt diliguntur:grauis est.n.inquit inferioribus:& infra positis nocet qui artibus bonis cæteros uincit:sed requiritur tamen ac desideratur extinctus.

¶CHRI. Cum tot.s.&.r.n.s.Ad augustũ liber est.Nã & apud Sueto.legitur epistola Augusti Hora. arguentis q̧ ad se nõ scribat.Excusat ergo se nõ scribere:ne illũ tot negociis occupatũ impediat:& simul eius laudes aggreditur:in tota aũt epistola subtiliter in fauore poetaꝶ uersat̃.Est aũt principiũ pene heroicũ:& quo optimi sapientissimiq; ducis officiũ absolutissime describat.Quã quidẽ rẽ si attentius legeris. Illustrissimo Guido feltri:in ea tanq̃ in nitidissimo speculo patẽtis tui Federici feltrii ducis inuectissimi plurimas stupẽdasq; uirtutes cõtemplaberis.Nam qd poeta noster in augustũ scribit:quod optimo suo iure sibi Federicus nõ uendicet. Quid inq̃ eaꝶ rerũ:quæ principiũ uitam oĩbus laudibus accumulatã:& domi:& militiæ reddũt:in nr̃o principe desideratũ est.Sed uide iam quæ de augusto dicat:ut eadẽ de parente tuo dicta putes.Est aũt ordo.Peccem pro peccabo si ego detineã te o Cæsar lõgo sermone.Cũ tu solus sustineas tot & tanta negocia. Solus sustineas.Optimus.n.princeps nõ solus cõsultat:sed eligit quos prudẽtia fideq; insignes nouit:cũ quibus ꝯsultet:sed tñ solus sustinet:quia nõ ita cuiq̃ aliqd demandat quin ipse pariter quoad res patiat̃ curet.Oĩa circumspicit:oĩb⁹ ꝯsulit:nihil omittit nihil negligit.Ergo sustinet solus.Cõsultat cũ plurib⁹.Quæ eã ẽ ut princeps de se loquẽs:ita dicat ueluti de plurib⁹ loquat̃.Non.n.ait ita decreui:ita iubeo:sed ita decreuimus:ita iubemus.Neq; hoc supbia adinuenit:ut tanq̃ se unũ pro oĩbus censeat:sed modestia pepit:ut nõ suæ prudẽtiæ cũcta arroget sed ut alioꝶ quoq; cõsilio egere:& eũ egeat libenter uti demõstret . Cõtraq; honorificẽtius illi est ut singulari numero:& nõ plurali salutet̃.Cum.n.dixero te q̃so rex:teq; appello:in solo ipso magis cũcta reposita esse demonstro:q̃ eũ dixero uobis supplex sum o rex:uestrãq; opẽ imploro.Sed barbarica q̃dam adulatio oĩa:& peruertit:& iuertit.Sed ad rẽ redeo. Sustineas:ergo nõ succũbis oneri:sed eo aĩ robore:ea prudẽtia es ut ẽt quæ grauissima sunt sustineas. Res italas.i.s.n.princeps nõ solum inter mortales primus hñdus:sed etiam si dicere licet:deo similis putãdus:q & armis imperiũ tutari possit:& rempu.uirtutibus ornet:& uitiis purget. Res italas.Imperiũ latinũ quo nihil maius fuit.Ergo nullũ maius pondus eo est quod tu sustines. Tuteris:optime dixit.Nõ.n.armis ad alioꝶ iniuriã abuti:sed in nostrã defensionẽ uti debemus. Non igit̃ ut inferatur: sed ut propulset̃ iniuria arma bonus princeps sumit. Moribus:ornes. Tutaris imperiũ:Ergo pacẽ uel si est conseruas:uel si ab aliis uiolata fuerit restituis.Nulla.n.alia rõne bella sumẽda sunt:nisi ut in pace uiuamus. Sed quia iners oĩno ac desidia plena pax erit:nisi uirtutibus illustret̃:& excellẽtibus uiris ornetur nõ temere adiũxit. Morib⁹ ornes:idest uirtutibus quæ a moribus sunt.Vel moribus quasi optima ꝯsuetudine inducta:quæ oẽs parit uirtutes. Legibus.e.Nã qui moribus atq; optimis exemplis ad uirtutẽ a uitiis adduci nõ pñt ii metu pœnæ quæ ex legibus infert̃ coercendi sunt. Legibus:Nam ut etiam apud institutiones iuris ciuilis est.Imperatoriam maiestatẽ non solũ armis decoratã:sed legibus armatam esse oportet. Incõmoda.p.Non solũ.n. errataq; quæ & ipsa damnũ maximũ reipu.afferunt:uerũ etiã oĩa incõmoda legibus amouẽda sunt. Romulus:Quãto omnibus istis quos enumerat excellẽtior sit augustus:ex eo demõstrat quod illi uiuẽtes inuidiam superare nequerint.Augustus aũt usq; adeo illam extinxit:ut uiuẽti sibi diuini sint honores decreti. Aspera bella cõponunt.i.finiunt:quia regiones pacabãt:ut nõ sit laus in gerẽdo bello:sed in pace inducẽda. Agros assignant.Vel quia coloniis deserta loca replebãt:uel quia ut lites tollerent unicuiq; suum esse uolebant. Supremo fine.i.ipsa morte & nõ antea. Vrit.n.Oñdit quare inuidia nõ nisi morte domet̃.Nam ille qui prægrauat artes infra se positas.i.qui adeo excellit:ut oẽs uirtutes inferiores se sint: urit.i. accendit hoĩes ad inuidiam.Sed tu tua magnitudine rerũ omnẽ inuidiam superasti.Inuidemus.n.hominibus usq; ad aliquod spacium quo & nos puenire posse speramus.Sed si in altiora iam euolarint non amplius inuidemus. Quapropter græci ea quæ uehementer excellunt apthona.i.sine inuidia dicunt.

Præsenti tibi maturos largimur honores:
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras:
Nil oriturum alias/nil ortum tale fatentes:
Sed tuus hic populus sapiens/& iustus in uno
Te nostris ducibus/te graiis ante ferendo:
Cætera nequaquam simili ratione/modoq;
Aestimat/& nisi quæ terris semota/suisq;
Temporibus defuncta uidet/fastidit/& odit:
Sic fautor ueterũ/ut tabulas peccare uetantes:

¶ACR. Nil oriturũ:nil inquit alio tpe tam magnum ortũ est uel oriturũ adhuc q̃cq̃ est. Sed tuus hic po. populus inqt romanus in hac re sola iustus: & sapiẽs est:q̧ te pferri oĩbus ducib⁹ suis oĩbusq; græcis:sed in hoc:q̧ cætera nõ simili rõne põderat:stulte agit dũ oĩa noua fastidit:quæ a poetis scribunt̃ in tm̃ delectans ueteribus:ut legem ro.quæ in.xii. tabulis continet̃:& fœdera sub antiqs legibus facta:uel q̃ romani fecerũt cũ sabinis: & libros annales ita pro uero teneant:quasi musæ locutæ sint in albano mõte. Sabinis:postq̃.n.sabini pacẽ cum romanis inierunt.fœdera amicitiæ cõscripserunt. Albano:quia egeria nympha dicebat̃ loqui cum Numa Pompi

Q uas bis quinque uiri ſanxerũt / fœdera regũ
Vel gabiis/uel cum rigidis æquata ſabinis:
Pontificum libros/annoſa uolumina uatum
Dictitet/albano muſas in monte locutas.
Si quia græcorum ſunt antiquiſſima quæque
Scripta/ uel optima/ romani penſantur eadem
Scriptores trutina/nõ eſt quod multa loq̃mur.
Nil intra eſt oleam/nil extra eſt in nuce duri.
Venim⁹ ad ſummũ fortunæ /pingimus/atque
Pſallim⁹/& luctamur achiuis doctius unctis.
Si meliora dies/ut uina poemata reddit:
Scire uelĩ preciũ chartis quot⁹ arroget annus.
Scriptor ab hinc ãnos cẽtum qui decidit/iter
Perfectos/uetereſq; referri debet? an inter
Viles/atq; nouos? excludat iurgia finis.
Eſt uetus/atq; probus cẽtum qui ꝑficit annos:

lio in albano monte. Si quia græcorum:ſi iõ negat Roma.popu.nouos bonos eſſe quia non antiqui nihil reſtat. niſi ut denegemus ea q̃ naturalia uelut os oleæ non ſit durũ & teſta nucis non ſit dura quod cõtrariũ eſt. Trutina:in eadẽ ætate quia græci poetæ antiqores ſunt q̃ latini:& ob hoc obiectiões latini ſunt olo iniuſtæ. Vẽim⁹.a.ſ.f.ergo pfecti ſumus nõ hẽt amplius fortuna ꝙ ꝑſtet arroget annus: ſi ſquit uetuſtas & honeſtas in carmine tanq̃ in uino p tps inqrenda eſt uelim ſcire quot annis laudabile carmen. Vtrum illud carmen ꝙ retro centum annos compoſitum eſt aut illud quod nuper.

¶POR. Vrit.n.ſplẽdore.quo ſulget: & bene urit ad ſul.rettulit. Præſenti:iuuẽti ſed ſplẽdidius hoc ẽ q̃ gloſſenaticos. Matutos accelerato uel oportunos meritis tuis atq; matutos:& recte:aliis.n. non maturi ſed ſeri honores dati ſunt .iurandaſq; ac per hoc diuinos tibi honores decernimus. Nil ori.a.& hoc ſplendidius quaſi naſci deberet uel natum eſſe dixiſſet.oritur.n.ſol.exoriri dicitur dux. Sed.i.h.p.i.hac ſolat re ſapit ꝙ te omnibus ꝑponit.in cæteris ãt peccat:q nil optimum niſi antiquũ putat & ſui temporis uniuerſa ꝯtemnit. Terris ſẽ.ſuiſq; uetera ac demortua. Faſtidit & odit:auxeſis.plus eni odit q̃ faſtidit. Suis tpibus deſũcta:quæ ſua tpa compleuerit ac finierint. Sic.ſ.u.adeo ueteribus faueas ut ẽt legum.xii. tabulas a.x.uiris ſcriptas & fœdera ſub regibus facta tunc Romanis uel cum ſabinis uel albanis latina eſſe uideanť ob auſterã & rancidam uetuſtatem. Pontificũ libros.Vtrum annales an põtificiũ ius ſignificat. Annoſa uolumina ua.Veteres marii uates ſybillæ. Mõtecur in albano monte.Vtrum pp uetuſtatem quod ante romã alba regnauit. Si.q.g.ſ.hæc tota ſnia uſq; miratur nihil niſi quod libitina ſacrauit hunc ſenſum cõtinet.ſi iõ carmina antiquiſſima quæq; laudanť:qa antiquiſſimi quiq; græcorum optimæ ſcripſerunt eos reditus & ꝯm eandem debeat ut romanis poeta faſtim placere.quod ſi non eſt:quod multa tamẽ etiam ut illi quiq; manifeſta ſunt:nõ.n. ſecundi doctrina ſumus uerum ẽt græcos uicimus ſin ãt tps & uetuſtas in carmine tanq̃ in uino ſit inquirẽda uel in ſcire quotus annus probum carmen efficiat.quo ipſo facile demonſtrať ſtultitiæ eſſe in libris conſiderare non meritũ. Eãdem .ſ.eodem examie eodẽ iudicio eadem æſtimatione. Nil itra.e.o.negant mãifeſta: nã conſtat intra oleã & extra nucẽ eſſe duriciã. Venimus.a.ſ.f.utp in impio ac cæteris in rebus quas enumerat. Non hẽt inquit quod nobis amplius fortuna iam ꝑſtet:Ergo & pfecti:poetæ ſumus: ſed hoc intelligi q̃ dici a ſe maluit. Qui decidit.Qui deſũctus eſt.Excludat iurgia finis tanq̃ tacente urget an nũerus annoꝶ ſit ſignãdus:pone inquit finẽ & iam nulla cõtentio eſt. Veteres bonos:antiquos.Et ꝑſens & poſtera reſpuit ætas. Malos.ſ.

¶CHRI. Sed tuus hic populus.Snia eſt: ꝙ quẽadmodum recte de te ſentit cum ꝑponit te cæteris: ſic non recte de reb⁹ aliis iudicat.Nam in poeris iudicandis ſp ueteres ſula uetuſtate motus nouis anponit. Tabulas. p.u.Librum intelligit an tabularũ. Sed ut breuiſſime originẽ iuris romãoꝶ proſequar Romulus cum.Lxxx. partes quas curias appellauit populũ diuiſiſſet leges quaſdã tulit:quas curiatas appellauir.Tulerunt & ſequẽtes reges:quas oẽs qm̃ a Sex.papirio q priſcis tpib⁹ fuit ſuo ordie in unũ uolumẽ redactæ ſunt:ius papirianũ appellarũt.Exactis uero regib⁹ lege.a tribunis lata oẽs leges exoluere.Ac deinde p.xxx. annos conſuetudine potius q̃ certo iure uixit Po.ro.Inde creati ſunt decemuiri anno urbis altero &.ccc. qui conquirerent leges a græcis ciuitatibus:quas in.x. tabulas eburneas pſcriptas in roſtris poſuerunt:ut poſſent leges aptius perſpici:fuitq; illis ius in ciuitate eo annos ſummum:ut nulla eſſet ab illis prouocatio:ut leges corrigerent. & ſi quid uideretur adderent.Itaq; ſequenti anno alias duas addiderunt. Vnde fuit.xii.tabularum liber.Quarum ferẽ darum auctorem dicunt fuiſſe decẽuiris Hermodorũ quẽdam epheſiũ in italia exulantem. Hinc uero exorta eſt prudentium interpretatio & diſputatio.fori.Hæc iterpretatio ſine ſcriptis nomẽ proprium non hñs ius ciuile dicitur.Inde ex iis legibus eodẽ fere tempore actiones compoſitæ ſunt:qbus inter ſe hoies diſceptarent:quas ne proſuo arbitrio hoies inſtituerent:certas & ſolẽnes eſſe uoluerunt.Hæc ãt pars iuris legis actiones appellantur.Scientia tamẽ interpretãdi & actiones apud collegium pontificum erat:ex qbus conſtituebatur q ſ quoq; anno ꝑeſſet.Quæ conſuetudo annis fere cẽtum durauit.Poſtea cum :Appius Claudius propoſuiſſet & ad formas redegiſſet has actiones Cn.flauius ſcriba eius & libertini filius ſubreptum librum populo tradidit.Vnde meruit tri.ple.Senator ac ædilis fieri.Hocq; ius Flauianũ ut illud papirianum dixerunt.Inde Sex. helius alias actiones cõpoſuit:& populo tradidit: qd' ius helianum dixerunt. Intercedente deinde diſcordia receſſit populus:& ſibi iura cõſtituit:quæ plebeſcita dñr.Inde cum tñ populum coire difficile eſſet cura ad ſenatum reiecta ſenatus conſulta nata ſunt. Peccare uetam.Quoniam leges peccantibus pœnas inſtituunt.

Bis quinq; ui.Hi ãt fuerunt Appius claudius.T.Genutius.P.Sextilis.L.Veturius:C.Iulius. Aulus Manlius. C.Sulpitius.P.Curiatius.T.Romuleius.Spu.Poſthumius. Fœdera re.Leges antea a regibus conditas intelligit. Aequata:ex æquo cõpoſita.Nã.T.Tacius cũ quiritibus ſabinis æquo iure in ciuitatẽ receptus: eſt ita ut urbis nomen roma maneret.Ciues ãt nõ romani:ſed quirites appellarentur. Pontificum.libros. Quia ut

supra dixi scientia interp̄tandi & actiones apud collegium pontificū erant. Vel intelligamus ius pōteficiū.
Rigidis. Seueris ut supra ostendimus. Si quia græcoꝝ. Si romanorum poetarū ita quisq; optimus habet ut est uetustissimus: quia hoc de græcis euenit. Non est quod multa loquamur. q. d. non est disputādum cōtra istos: qui nullam afferunt rōnem. Nam f̄m istos olea non habet intra se ossulū: neq; nux extra se hēt corticem. i. affirmāt cūcta pro libidine: & ea quæ uerissima sunt: negant. Venimus ad sūmuum fortunæ. Recte q̄a multi nō ob uirtutē: sed ob fortunā laudantur. Achiuis: docti⁹. Nā istarū oīum artiū palma illis p̄ceditur: sed isti ut stulte laudant poetas a uetustate. sic falso præferent nos græcis in artibus in quibus ipsi præualent.
Si me. d. acuta inquisitio interrogat. n. si uerū sit ꝙ uetustiores meliores sit quotus annus erit qui faciat poetam ueterem: ꝙ si centesimum dicas interrogat ulterius si sit minor uno āno an inter ueteres sit enumerandus. Tu concedes inter ueteres: qm̄ anni spacium breuissima res est ad centum annos: Ille autem minuet alium annum. Atq; ita paulatim minuendo reducet hunc qui æstimat poetas ex uetustate ad breue spacium.

Quid? qui deperiit minor uno mēse/uel anno:
Inter quos referendus erit/ueteres ne poetas:
An quos & præsens/& postera respuet ætas?
Iste quidem ueteres interponetur honeste:
Qui uel mense breui/uel toto est iunior anno.
Vtor promisso/caudæq; pilos/ut equinæ
Paulatim uello/& demo unū/demo etiā unū:
Dum cadet elusus ratione ruentis aceruī:
Qui redit ad fastos/& uirtutem æstimat annis
Miraturq; nihil/nisi quod libitina sacrauit.
Ennius & sapiens/& fortis/& alter homerus:
(Vt critici dicunt) leuiter curare uidetur:
Quo promissa cadant/& somnia pythagorea.
Neuius in manibus non est/& mētib⁹ hæret
Pene recens/adeo sanctum ē uetus oē poema:
Ambigitur quoties uter utro sit prior/aufert
Pacuuius docti famam senis. accius alti
Dicitur afrani toga conuenisse menandro:
Plautus ad exēplar siculi properare epicarmi.
Vincere cecilius grauitate/terentius arte.
Hos ediscit/& hos arcto stipata theatro
Spectet rōa potēs/habet hos/numeratq; poe-
Ad nostrū tēpus liuii scriptoris ab æuo. (tas
Interdum uulgus rectum uidet/est ubi peccat

ACR. Caudæq; pilos: sic inqt paulatim carpit cauda equi quousq; tota sit extracta ita & ego paulatim euellam nūerū annorum donec sub dicto aceruo numeri decipiatur ille qui per uetustatem laudat poetas & extenuat uirtutem carminis eoꝝ numero ānorum. Ennius. i. pithagoræ aīam ad se uenisse in somnis dicit: & nil de p̄hia scripsit. Vt. c. d. critticos græce latine dicitur iudex: f̄m quorum s̄niam. Ennius secundus fuit p hos ergo poetas q sequūt oñdit sapientiores eē nouellos q̄ ueteres q̄a quāto iuniores tāto p̄spicatiores. Leuiter: hoc est uilior q̄ putabatur nec p̄missis suis satisfaciat. nā dixerat ī sōnis se uidisse ꝙ oīa homeri in t̄pm & pauonē trāsisset. Sed nō ita dicit Ennius ut Hōe. similis uideat. nā mixta leuia & digna auctoritate ī opere eius inueniuntur.
Quo p̄. c. quo tendat ut possit respondere p̄missis. pithagoras. n. dicit aīas in diuersa corpora transitū facere: & dicit illū nihil p̄edere quo cadāt promissa. i. utrū ita sit nec ne. Pythagorea. aliter licet uideret Ennius in somnis aiam pythagoræ ī corp⁹ eius uenire: nō est t̄ñ secutus eū in oībus q̄a pythagoras scripsit p̄hiam. Ennius uero uersus. Tunc ergo quare inferius scripsit. Affrani toga. Affranius togatus comœdiam scripsit latinam. Nam græce palliatæ dicuntur: qui & menandrū stilū secutus. & iō toga illius dr̄ ei cōuēisse. i. stilus. Grauitate. Cælius libros uicit antiqores alta uerba ī suo carmie & sonora ponere solitus. Ter arte. i. p̄prietate uerborum & artis grāmaticæ. Vnde pricipatū īter oēs comicos hēe dicit. Hos. e. antiqores. Neuiū. sophoclē. Euripidē. Affraniū. Epicarmū. didicisse Romæ ī schola & admiratur in theatris despiciens iuniores. licet illi præcellant: æquidem expurgans se dicit ꝙ non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poetis.

POR. Est uetus atq; probus. hoc quasi ex alia persona dicitur. Quid. q. d. Hoc Hora. ex persona sua dicit. Iste. q. u. hoc ex alia persona. Vtor pro. ex sua persona. Vt. e. i. singulos. Dum. c. e. tandiu singulos annos detrahā: donec paulatim subducto aceruo nūeri decipiat. elusus. Qui. r. a. f. qui ad summa t̄pa uocat poetas & hoc uincet uel in augendis uel īminuendis aceruis. Qui. r. a. f. qui per consules. annorum colligit numeꝝ. Miraturq;. n. & qui nihil laudat. nisi ꝙ elatum fuerit & sepultum. Mire ergo dictum & facete libithina sacrauit quasi ab ipso feretro uenerationē acceperit poeta defunctus. Leuiter. c. u. securus iam de prouentu laudis suæ est ennius propter quam ante sollicitus fuerat. Ennius in principio annalium suorum somniasse scripsit admonitus quod f̄m Pythagoræ dogma anima Homeri in suum corpus uenisset. Facete autem somnia pythagorea dixit: ut ipsum & pythagoram cum sua mente per sychosi uidere uideatur. Leuiter. c. secur⁹ esse. Quo ca. quē successum habeant. ostendit. n. sine difficultate ueteres poetas solere laudari. Somnia py. libri ānalium. Ambigitur: quotiens uter utro. Aufert pacuuius docti famam senis. cum ambigitur uter sit prior ambos laudo. nam pacuuius famam docti aufert atq; consequitur. Actius alti. Sophoclis Eschili euripidis. qui ante sint. Alii sic accipiunt tāquam senis doctria & gloria ascribatur pacuuio. Actio uero altitudo ingenii sublimitasq; uerborum. an ambo famam consequuntur alter docti. alter alti tragœdiographi? Dicitur. a. t. bene toga. Togatas. n. scripsit Affranius in quibus menandri stilum uidetur imitatus. Vincere. Alter alterum uincit an cæteros uniuersos. Hos edi. in scholis. Arcto sti. t. in spectaculis. Habet: credit. Ad. n. t. ordo est. ab liuii scriptoris usq; ad nostrum t̄ps quedam recte quædam praue iudicat po. Leuium dicit Andronycum qui primus omnium latinas Fabulas scripsit.

CHRI. Libithina:pro morte posuit. Critici:grāmatici qui seuerius in poetas iudicant. Leuiter curare parui facere. Quo promissa.Nam cum dixerit aiam homeri uenisse in se ut supra ostendimus.Nam ferunt ab euphorbio in homerum migrasse atque inde in pythagoram & ex pythagora in pauonem :atq; inde in ennium.Hoc ridens Persius.dixit Quintus pauone ex pythagoreo.Cum ergo hoc dixit.uisus est magna de suo poemate promittere: quod cum deinde non multum expoliuerit uidetur neglexisse sua promissa. Sō/nia.Appellat pythagoræ opionem de migratione aiaꝝ in diuersa corpora somnia:qm̄ eam falsam putat.

Neuius. Hic ex campania huiuscemōi sibi scripsit epithaphium. Immortales mortales si foret fas flere.Flerent diuæ camœnæ neuium poetam.Itaq; postquā est orco traditus thesauro obliti sunt romæ loqui lingua latina. Pacu.& huius epithaphium est.Adolescens etsi ꝑperas hoc te saxū rogat.Vt se aspicias:deinde quod scriptū est legas.Hic sunt poetæ pacuuii marci sita ossa.Hoc uolebā nescius ne esses uale.Ergo senilē doctrinā pacuuio:altitudinem ingenii actio attribuit. Affrani.t.i.togatæ comœdiæ: Affranii similes esse comœdiis menādri q apud græcos in noua comœdia priceps est.Plau.De quo in arte poetica dictū ē.Epicarmi.Siculus poeta & phūs cuius ex uersibus:ut ait laertius:magnā utilitatē sumpsit Plato. Quod ipse suo carmie uaticinatus ē.Dixit.n.Meaꝝ adhuc:erit memoria reꝝ & sermonū. Cecilius:& de hoc dictū ē. Terētius arte.Quæ ꝑfecto maxia in eo apparet. Quapp:& præcæteris a Cicerone laudatur. Hos edi. Sententia est: q a Liuio Andronico qui primus Romæ fabulam dedit usq; ad nostra tempora hi soli habentur poetæ.

Si ueteres ita miratur/laudatq; poetas:
Vt nihil anteferat/nihil illis comparet/errat
Si quædam nimis antique/si pleraq; dure
Dicere credit eos/ignaue multa/fatetur:
Et sapit/& mecum facit/& Ioue iudicat æquo
Non equidem insector/delendaq; carmīa liui
Esse reor/memini quæ plagosum mihi paruo,
Orbilium dictare/sed emendata uideri:
Pulchraq;/& exactis minimū distantia/miror
Inter quæ uerbum emicuit si forte decorū/&
Si uersus paulo concinior unus/& alter
Iniuste totum ducit/uenditq; poema.
Indignor quidquā repræhendi/nō quia crasse
Compositum/illepide ue putetur/sed qa nuper
Nec ueniā antiquis/sed honorē/& ꝓmia posci,
Recte necne crocum/floresq; ꝑ ambulat attæ
Fabula/si dubitem/clament periisse pudorem,
Cuncti pene patres/ea cum reprehēdere coner
Quæ grauis æsopus/quæ doctus roscius egit
Vel quia nil rectū/nisi quod placuit sibi ducūt.
Vel quia turpe putant parere minoribus/& q̄
Imberbes didicere/senes perdenda fateri.
Iam saliare numæ carmen/qui laudat/& illud
Quod mecum ignorat/solus uult scire uideri:
Ingeniis non ille fauet/plauditq; sepultis:
Nostra sed ipugnat nos/ nostraq; liuidus odit:

ACR. Non censeo inquit delēda carmina liuii. quæ quōdā dictabat Seruus orbilius magister. Sed indignor & miror præferri illa tanq̄ emēdata:nihil q distātia ꝑfectis carminibus cum adhuc sint men/dosa. indignor in antiqs inquit si aliqd i honestum uiderit potius laudāt q̄ dānent. Meum uero carmē qd' honestū est pp nouitatē repræhendunt. Nec ueniam.ēt hoc indignor q antiquis non solum uenia poscatur.sed & iā uenia preciū feratur. Atte.atteco re gottorum scriptor tragœdiarum uel comœdiaꝝ fuit antiquus qui in suis dictis ita florū genera teperit & numeratur sine dubitatione reꝑhendendus sit ob nimiā loquacitatem. Vel quia turpe putant dicit iccirco senes iuniores despicere uel quia nolunt i & turpiter eis uidetur iunioribus obedire: uel qa quod in infantia ,didicerūt secum semper retinere uelint.

Iam saliare nume.Sali dicebantur qui circa aras saliendo canebant. Ingeniis non ille . non tn̄ laudat ātiquos quantū cum more nos nostraq; uituperat & cū inuidia dicit se de ueteribus scire quod nescit.

POR. Si ueteres ita.m. hoc peccant. Si.q.n.a. hoc receptum ē. Ignaue:ihūiliter. Et ioue iu.æ.propitio & sibi.ioue quidem irato fit ut errent hoīes ac delirent. Non.e.i.quod uitium inuidi & obtrectatoris est hoīs. Delendaq;.c. Faceta subtilitas nō cēseo inqt delendū liuium:& hoc illi honoris eā defero ꝓpter uetustatem ex libris eius i seuus inquit orbilius quondam magister librari⁹ mihi dictata præbebat. Plagosum:eū dicit sæpe plagas inferentē:sed emē/dandum.non delendum puto liuiū.sed indignor illum pro perfecto & emendato auctore laudari. Et e.n.d.m.translatio ab examine quæ ps est trutinæ.

Indignor.q.t.i.in meis carminibus. Nec ueniam posci.nec non ut sit non modo ueniā:sed ēt honorē antiquis posci uideo posci subaudiendum est iterū Indignor ut sit zeugma a superiore:aut deest uideo:ut sit eclypsis. Recte.n.n.c.f. ad togatarum scriptorem qui in fabulam quæ inscribitur matertera.ita florum genera enumeratur sine dubio repræhēdendus sit ob nimiam loquacitatem. Si.d.c.plus dixit q̄ si diceret repræhēdenda clamat. Periisse.p.non dicant sed cla/mēt & bene patres quibus sola pura antiquitas placet an patres hoc est senatus. Ea.c.r.c.inquit non repræ/hēdam:æsopus autem & Roscius famosissimi comœdiarum actores fuerunt ac per hoc ondit stultos multos homines qui non merito ac uirtute fi:sised tantūmodo personarū auctoritate amoueant. Vel quia nil rectum.hoc uitium superbiæ est. Vel.q.t.p.p.m.nobis.f.& hoc est uitium parui pudoris pueri. Perdenda fateri .male.docti.n.dicerent imberbes. Iam.i.s.n.quidem saliis numa ipse constituit in templis canendum.

Et illud quod.m.i.s.u.s.u.Qui me dicit nescire quod & ipse nescit. Ingeniis non ille.hoc sensu uult osten/dere huiusmodi homines qui non merito ac uirtute stili.sed tātummodo personarum auctoritate mortuis faueant nō modo stultos:sed quod peius est inuidos qui nos contra meritum oderint.

CHRI. Si uete.Si ita po.ro.ueteres poetas laudat:ut nullū putet ante ferendū errat.Si aūt putat illos er/

rate nõnunq̃ quia quædam nimis antiq̃ aut nimis dure aut nimis negligenter scribant mecum sentit. Ioue æquo.i.uet a equitate.Nam a Iouis planeta æquitas:ius legesq; sunt.Nam nõ ita aut Liuii aut reliquorum car/mina insector:ut delenda putem: Sed miror q̧ uideantur pulchra & minimum distantia a perfectis. Orbilium. hic beneuẽtanus grãmaticus fuit:& primo apparituram magistratibus fecit.Deinde militauit:Postremo militia functus studia a pueritia incepta repetiuit primo in patria.Deinde qnquagesimo uitæ ãno romã consule Cicerone uenit.Docuitq; maiore fama q̃ emolumento.Nam uixit paup.Fuit acerb⁹ & in antisophi/stas & i discipulos:proptereaq; plagosum appellat poeta:& Domitius marsus ait.Si quos orbilius ferula scutica ue cecidit.Vixit prope ad centum annos amissa iampridem memoria. Si uersus paulo.Nõ debet totũ poema duci & uendi pro bono:si unus aut alter uersus fuit paulo concinior.Nec si ueniam meretur:debet illi peti honor & p̃mium. Recte nec ne cro.in fabula quæ matertera dicitur ita enumerat genera florum poeta togatarum scriptor:ut sit reprehẽdenda eius loquacitas.Ergo si ego nõ dicam dãnem.sed si dubitẽ añ recte scripserit clamabũt oẽs senatores pisse pudorẽ cũ ego audeam rephẽdere antiquoꝝ fabulas:quas uel æsopus uel roscius egit.Fuit aũt æsopus tragœdiaꝝ actor:p quẽ.M.Tullius actionẽ i dicẽdo emẽdauit.Rosci⁹ aũt uñ in fabulis agẽdis ualuit:ut oẽs auctores longo interuallo supauerit.Vñ puerbiũ extitit:ut si quẽ in aliquo artificio cæteros supare contenderẽt eum i sua disciplina rosciũ eẽ dicerẽt. Vel qa duplici rõne ferunt i hoc deprauatũ iudiciũ.Vel qa nil rectũ putãt:nisi qđ placuit sibi.Vel qa pudet cõcedere nobis quos se iferiores putãt:& pudet fateri eẽ pdenda.i.tanq̃ inepta abiciẽda nũc in senectute ea q̃ ipsi iberbes.i. adolescẽtes didicerãt.

Iam saliare.pp ancille sub rege numa e cœlo delapsum istituit salios sacerdotes numa & carmen quod illi canerentur alio in loco ostendimus.Hoc autem rude & incompositum fuit:ut illa tempora ferebant.Multi igitur ignari rerum ut aliquid scire uideantur illud laudant nõ adeo ut antiquis faueant:sed quia præsentes poetas oderunt.

Quod si tam græcis nouitas inuisa fuisset:
Quã nobis/qđ nũc eẽt uetus/aut qđ haberet:
Qđ legeret/tereretq; uiritim publicus usus?
Vt primum positis nugari græcia bellis
Cœpit/& in uitium fortuna labier æqua:
Nunc athletarum studiis/nunc arsit equorũ:
Marmoris/aut eboris fabros/aut æris amauit:
Suspendit picta uultum/mentemq; tabella:
Nunc tibicinibus/nunc est gauisa tragœdis:
Sub nutrice puella/uelut si ludere infans:
Quod cupide petiit mature plena reliquit:
Quid placet/aut odio ẽ qđ nõ mutabile credas
Hoc paces habuere bonæ/uentiq; secundi.
Romæ dulce diu fuit/& solenne/reclusa
Mane domo uigilare/clienti promere iura:
Cautos nominibus certis expendere nummos:
Maiores audire/minori dicere/per quæ
Crescere res posset/minui damnosa libido.
Mutauit mentem populus leuis/& calet uno
Scribendi studio/puerique/patresq; seueri
Frõde cõas uincti cœnant/& carmina dictant.
Ipse ego/qui nullos me affirmo scribere uersus
Inuenior parthis mendacior/& prius orto
Sole uigil/calamũ/& chartas/& scrinia posco

ACR. Sub nutrice.idest Lasciuiebat inqt populus per diuersos ludos: sicut puella sub nutrice solet lasciuire. Quid placet. Ostendit nil nos amare uel odisse quod non facietate mutetur. Romæ.d. dicit tanto poterit studio teneri ut publice qdem mentiretur se uersus componere.Rediẽs ãt domum añ solis ortum tabellam arripe. Et.s.re.De græcorũ moribus transit ad consuetudinem romãorum qui añq̃ scirẽt lasciuire:& poetriæ studere.primo mane domũ apiebãt uigilãtes ad opus aliqđ assistebãt. Soliti cliẽtibus.i.minoribus amicis p̃cepta dare qbus maiorẽ amicitiã colẽt & largiri cautos nũmos & ꝯgruis psonis & aliis bõis studiis itẽdere:sed cupiditas & leuitas mutauit eoꝝ aĩos ut itermissis aliis studiis tm̃ poetæ aĩum icẽderẽt. Noibus.r.an hoib⁹ rectis:pp res hõestas? Cautos nũmos dicit:pp chirographũ datos. Inuẽior.p. qa dico me nolle scribere tñ scribã.

POR. Quod si tã græcis nouitas inuisa fuisset quam nobis. qđ si ab initio idẽ græci fecissẽt q̧ nũc ro.ut odissẽt poetas qui essent inquit hodie ueteres. aut quid nostra tpa perueniret q̧ legere omnibus & in manibus habere possemus. Vt.p.p.hic ostendit q̧ fuerit initium poeticæ professionis: ut probet q̧ nunc iueteratum est aliquãdo cœpisse. Nugari. ludere scribere:quia balla nõ nugæ sunt. Et in uitium f.l.Dicit uitiũ fœlicitatem prosperæ fortũæ esse delitias in quas lapsa sit græcia postq̃ bella deposuit.

Nunc.a.enumerat quas artes græcia per pacẽ ociũ q̧ sit secuta. Sub.n.p.ita græcia cupide appetit studia quæ celeri facietate deseruit.ac si puella infans esset & sub nutrice agens etiã luderet. Plena: faciata. Quid placet:aut odio ẽ:nla ẽ q̃ oñdit Ho.nihil nos cupere uel odisse quod secuta facietate mutemus. Hoc.p.h.hoc habuit inquit pacis uitium ut diuersis delectationibus animi hominum pascerentur. Ventos autem secundos fortunam prosperam dicit. Romæ dolce diu.a græcorum moribus transit ad consuetudinem ueterum Ro.&dicit quemadmodum maiorum posteris mutata consuetudo sit in usum poeticæ disciplinæ. Solenne:quasi legitimum. Clienti.pro.i.respondere de iure alicui consulenti. Cautos nummos dicit.uel quia per chirographum & cautionem crederẽt:uel cautos nummos.i.legibus hoc est nõ illicitis usuris datos. Nominibus rectis.recta nomina de legibus facta iude fœnerãdi debitoribus. Maiores.a.in iure officium minoris est. Mutauit.m.propterea leuis causa cur mutauit mentem:propterea quia leuis. Et ear.u.Rebus omnibus positis poeticam solam multitudo delegit iuuenesq; patres.hoc est omnis ætas & bene additum seueri quod in ludicra maior reprehensionis causa sit. Fronde comas uincti.quod fronde comas nectunt. Quod.c.&c.dictant intemperant.

Ipse ego qui nullos. Satyrice ne sibi quidem pepercit. inuenior parthis mēdacior: bene parthis: quia perfidi fuerunt qui romanos fraudibus duces sæpe deceperint. Prius orto sole: figurate antequam sol oriatur. Hinc ego inquit mendax sum ꝙ non solum scribo quod facio. sed etiam studiosissime scribo. Scrinia. capsas dicit in quibus scripta omnium reponuntur.

¶CHRI. Quod si tam. n. Si græci odissent nouos nunq̄ multæ artes ad suam perfectionē productæ essent neq; esset nunc aliquid uetus quod legeretur. Nā qui ueteres sunt: aliquando fuerunt noui. Tereret uiritim: idest quod dum. singuli uiri legunt assiduo usu tereretur. Vt primum. Ostendit principium artis poeticæ quod ex pace & secunda fortuna ortū est. In uitium: Nam fœlicitas nos a labore ad lasciuiam procliues du/cit. Athletarum: quia uaria ludorū certamina instituta fuer inter quos athletæ: & aurigationes equorū fue/re: & qui marmor ebur: & æra sculperent. Suspendit uultum & mentem. s. spectatoris qui adeo stupuit pictu/re artificio: ut mentem uultūq; inde non flecteret. Vel dicit ꝙ picturā: ita uiuentē produxerit: ut uultū. i. affe/ctum animi: & mentē hēe uideret. Sic Vir. Credo eqdem ducent de marmore uultus. Tubicinibus. Quibus in choris sibi fabulæ adhiberent. Sub nutrice. Mira comparatio: nā cum infantes leues mutabilesq; sint iu/uantur eoꝝ natura a puellari ætate. Plena: satura. Quid placet aut odio est. Hoc uerū quia ad sensus refert. Nā quæ recta rō elegit ea stabilia sunt. Romæ: alia fuit romanorū ratio uiuendi: ut aut iuri ciuili aut merca/turæ inuigilarent. Deinde mutauit studia Populus roma. & ad poeticem cōuersus est. Patres seueri: idest qui seueriores esse deberent. Mendacior parthis: prouerbiū est. Nam parthi fugam mentientes hostes seruiunt.

Nauē ageꝛ ignar⁹ nauis timet/abrotanū ægro
Nō audet/nisi qui didicit dare/qd medicoꝝ ē:
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti doctiq; poemata passim.
Hic error tamen/& leuis hæc insania/quātas
Virtutes habeat/sic collige/uatis auarus
Nō temere ē animus/uersus amat/hoc studet (unū:
Detrimēta/fugas seruoꝝ/incēdia ridet:
Non fraudem socio/puero ue cogitat ullam
Pupillo/uiuit siliquis/& pane secundo.
Militiæ quanquā piger/ & malus/utilis urbi:
Si das hoc/paruis quoq; rebus magna iuuari:
Os tenerū pueri/balbumq; poeta figurat:
Torquet ab obscœnis iā nūc sermōibus aurē
Mox etiam pectus præceptis format amicis:
Asperitatis/& inuidiæ corrector/& iræ.
Recte facta refert/orientia tempora/notis
Instruit exemplis/inopē solatur/& ægrum
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces/uatem nisi musa dedisset?
Poscit opem chorus/& præsentia numina sentit.
Cœlestes iplorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos, metuenda pericula pellit.
Impetrat & pacē/& locupletem frugibus annū
Carmine Di superi placantur/carmine manes
Agricolæ prisci/fortes/paruoq; beati
Condita post frumenta/leuantes tempore festo

¶ACR. Nauem agere. contra eos qui ignari artis tn̄ poetæ uolunt haberi: & dicit quia cū alii uolunt. ꝑ prius studiis esse cōtenti: nec audent inchoare: uel pe/tere quod optant ad studiū poetriæ: & quam artem ignorant audent se conferre. Hæc insania: non lau/dat quem rephenderat: sed culpat temeritate multo/rum. Vtilis. u. ōndit utilitatem magnā a poetis urbi inferri: quia ipsi cōponunt carmina: qbus dii placan/tur per ora pueroꝝ uel puellarū: sicut est istius sæcu/lare carmen: quod pueri & puellæ cantarunt in capi/tolio: q̄ carmina dithyrābi uel poema uocabātur. ac per hoc pueri & uirgines a diis impetrent statū reip. poetæ: ad scribendum q carmina cōponunt. Anti/quitus. n. pueris & puellis præcipiebatur cantare car/men: ut ætas innocentior deos placaret. Os. i. poe/ticis. n. delectationibus os infantis adhuc debile bal/bumq; corrigit.

¶POR. Nauem agere igna. hæc exempla aduer/sus eos refert q ignari artis poeticæ docti haberi cu/piunt: cū in cæteris professionibus nullus sit q disci/plinæ titulū nō per doctus inuadat. Et mire dixit na/uis: ut nō helleborū. sed abrotanū qd minori piculo et indoctus miscere pōt ac dare. Promittūt: profitē/tur. Tractant. f. f. fabrica absoluta. nō. n. adiecit frag/menta aut opa. Scribimus indocti. hoc cū pronun/ciatione inferendū est. Hic error tn̄ &. l. nā dicit hūc errorē ꝙ docti indoctiq; scribāt: hoc. n. nō pro utili/tatib⁹ posuit. Collige: intellige. argumētare. asseqre.

Vatis. a. nō facile inqt auarū poetam reperias: & bo/no ordine fm laudis ꝑcepta añ ōndit qbus malis ca/reret: & sic uenit ad ea bona q̄ hēt. Viuit. s. &. p. s. boc est puo uiuit iō auarus est. Siliqs aūt specialiter dicit eas q̄ in herbis nascūtur in oī legumie hoc ē q̄ siliqs continent. Militiæ. q. malū debilē imbellēq; nūc di/cit. fm græcos qui huiusmodi homines nominant.

Vtilis. u. s. d. quæ magna a paruis rebus adiuuari posset: ut a poetica uel a grāmatica professione. Os .i. recte os tenerū pueri poeta armat. poeticis. n. lectiōibus os infantis adhuc debile balbūq; corrigit. Torquet ab ob. carminibus ait auocat a turpibus. Mox. e. p. uerū est. multæ. n. sunt in poeticis utiles snīe q̄ formāt ami/cis ꝑceptis hoc ē utilibus. Oriētia. t. proponēs exempla multa efficit: ut orietia ipa hoc ē ueniēna cuiusmodi futura sint existimemus & istruamur ex añ gestis. Inopē. s. uel delectādo suis uel ꝑceptis phorū. Castis. c. p. infert p auxesim qd quisq; a diis ipetrat p choros puerorū ac uirginū poetæ ad scribēdū eē q carmina ipsa cō/ponit. Poscit. o. c. &. ꝑ. n. s. ac p hoc exaudit: hic aūt significat carmina qbus dii placant hoc ē pœanas dithy/rābos. hymnos. ꝓsodias. Cælestes imp. a. enumerat q̄ & quāta dii pueris & puellis ꝑcātib⁹ merito carmine ꝑ/stēt. Impetrat &. p. utrū deoꝝ pacē an pacē. i. finē belli. Agricolæ. p. dicit usq; adeo carmia ubiq; grata eē: ut et rustici ueteres carminibus se delectarent: cum diuinis rebus operarent. Paruo. b. non auari: ut inter paruas

opes beati uixerint. Condita.p.s.post messem an post uindemiam. Nam & autumni frumenta Salu.dixit. ¶CHRI. Nauem agere ignarus.Nullus aliquo in artificio exercet se nisi illud prius didicerit:exceptis ipsis poetis. Nam & docti simul & indocti accedunt ad scribendum. Sed tamen hoc impudentiæ uitium multas secum uirtutes affert. Nam adeo intenti musis sunt poetæ:ut nulla auaritia & habendi cupiditate moueant. Non mouentur calamitatibus acceptis:non socio:nõ pupillo fraudem cogitant. Siliqs.i.leguminibus quæ intra siliquas latent. Pane secũdo.i.cõfecto nõ de flore farinæ:sed ex ea quæ resedit in cribro. Milites.Nam imbelles sunt:neq; est in illis robur ad militiæ aptum. Malus.imbellis meticulosus a græcorum similitudine. Illi.n.κακον.i.malum dicunt ab eo quod est κάζω.i.cedo.Nam antiq nullum putabant maius uitiũ q̃ in prælio cedere. Vtilis urbi.Artificiose primo ostendit qbus uitiis careat:deinde qbus uirtutibus sit ornatus. Paruis magna iuuari.Modeste loquit̃ de artificio suo:sed res maxima poetica est. Os pueri. Nulla.n.re magis emendatur uox & formatur pronũciatio q̃ uersibus poetarum.Poetarũ.n uersibus efficient̃ aures nostræ eruditæ ad iudicandum.Præterea optima pcepta in poemate traduntur:quibus absterremur ab omnibus uitiis: & docemur uirtutes. Orientia tempora instruit exemplis.Instruit nos quo pacto uenientia administrem⁹ exemplis rerum præteritarũ. Notis:præteritis.nam ea nota sunt. Scribit carmina quibus præces erga deos contineantur.quæ puellæ & pueri addiscant.Nam multos hymnos apud antiquos uirgines ac pueri diis immortalibus canebãt.Poscit opẽ chorus.nam uersus quos chorus ĩ fabulis canit omne genus pcarionũ continẽtqbus dii mouent̃. Præsentia:fauẽtia. Cælestes aquas:pluuias. Blãdus:p supplice posuit. Supi.Vt auxilium præstent. Manes:ne noceant. Agricolæ prisci.Oñdit ludos fescenninos a poetica nõ esse disiunctos.

Corpus/& ipsum animũ spe finis dura ferentẽ:
Cum sociis operum/& pueris/& coniuge fida
Tellurem porco/syluanum lacte piabant:
Floribus & uino genium/memorẽ breuis æui.
Fescenina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit:
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter/donec iam sæuus apertam
In rabiem uerti cœpit iocus/& per honestas
Ire domos/impune minax/doluere cruento
Dente lacessiti/fuit intactis quoque cura
Conditione super communi/quin etiam lex:
Pœnaq; lata malo quæ nollet carmine quẽquã
Describi uertere modum formidine fustis
Ad benedicendum/delectandumq; redacti.
Græcia capta/ferum uictorem cœpit/& artes
Intulit agresti latio.sic horridus ille:
Defluxit numerus saturnius/& graue uirus
Munditiæ pepulere/sed in longum tñ æuum
Manserunt/hodieq; manent uestigia ruris.
Serus enim græcis admouit acumina chartis:
Et post punica bella quietus/quærere cœpit:
Quid sophocles/& thespes/& æschylus utile
Tẽtauit quoq; rẽ si digne uerterẽ posset:(ferrẽt.

¶ACR. Fescenina p hũc.p hũc inqt morẽ ueterũ agricolarũ mutata sunt ẽt fescenina: i qbus exprimebãt ad cõuiuia iocos.dicta ãt sunt fescenina ab oppido uñ prius pcesserũt.ostẽdit ergo qa sicut antiqtus Dii sacrificiis placabãt̃ ita mõ carminib⁹. Amabiliter dicit.Quia iãdiu amabiliter tragœdiæ & fescenina cucurrerũt.donec ipsa libertas in uicium uerteretur publice & nominatim aliorũ uitia carpẽdo sed indignati.nõ solũ illi q lacessebant̃ detractiõibus.uerũ ẽt quibus ingratũ erat nobilibus personis contumeliã inferri lege constituerunt ut nẽo nominatim alicuius uitia recitaret.Quod si qs poetarũ egisset fustibus cederet̃. Fuit intactis:licet non caperent̃ tamen alio capi dolebant timentes qñq; ledi. Quin etiam lex:quia cautũ est ne quis carmẽ cõponeret. Fustis: nõ puto crucis dici. Quippe de ingenuis dñ sed a canibus tractũ est:nã cum fustes metuũt morsib⁹ se abstinent. Agresti latio:non semper agresti:sed tunc quia ante cognitionem artium rustici erant:& agrestes. Saturnius:saturninm uocat metrum quo usi sunt ueteres latini sub rege saturno:& postea longo tempore q horridũ est.i.incõpositum. Et graue uirus:dicit aũt quia statim:ut cœperunt abundare diuitiis:& mundiciis cessauit illud metrum incõptum: & creuit graue uirus.i.liberales artes assiduo studio. Sed adhuc uestigia rusticitatis in latina lingua manẽt. Tẽtauit:poetæ romãi satis altã audent materiã cõprehendere sed turpem putant lõgam lituram:& hæc est causa cur ingenia latinorum non possunt puenire quia.s.stulte erubescunt:& timent emendare: & polire longa litura quod scripserunt.

¶POR. Spe finis dura.snia ẽ tolerabilẽ fieri laborẽ laboris fine pposito. Tellurẽ.p.p porca ut cõtrario Vir.& ui.Cæsa.u.porca.Floribus & uino genium. Recte dictum ẽ quia qui ĩdulgent genio suo memores sunt uitam humanam nõ esse diuturnam. Fescenina:inuenta sunt in quibus exprimebantur iocosa cõuitia. dicta aũt fescenina ab oppido fescenino. Vñ pcesserũt:& attellanica nominata sunt. Libertasq; recurrẽtis:& licẽtia cãtãdi libertasq; dicit̃ iocularĩũ saluo amore per anniuersario sacrorũ:quãquã sunt q dicãt per recurrẽtes annos libertatẽ saturnaliorum annorũ significari. Donec iam seuus apertã in rabiẽ cœpit uerti iocus:& p honestas ire domos impune minax. Donec per iocũ multis impune laceratis dedissent oẽs operã. ut lege caueret̃ ne qs carmẽ cõponeret. quare cõstituta silentiũ ẽ impositũ archeæ comœdiæ in qua noiati uicia ciuiũ carpebant̃. Cruẽto dẽte.sæuo morsu. Vertere mo. Ordo.uertere modũ.poetæ ad bñdicendũ:iõq; fustuariũ suppliciũ constitutũ erat ĩ auctorẽ carminũ infamiũ.bene dicẽdũ ãt nũc deserte dicẽdũ ãt nõ bene dicẽdũ sed male dicendũ significat.hoc ẽ nõ lacerãdũ aut uituperrãdũ:& bene redactũ:qa nõ uoluntate correcti:sed edocti malo. Græcia.c.s.capta uirtute militari cœpit florere mũditiis & arte liberaliũ studiorũ. Agresti latio. nõ semp sed tunc agresti. Sic horridus il.saturno metro usi sunt ueteres latini sub saturno.Vñ nomẽ est uer

ſus.Defluxit autem mollitus eſt:& ceſſauit ac deſiit fluere:& grauitas: & ſeueritas quæ delitiis pepulit ueſtigia ruſticitatis. Serus.n.g.nam romanis nõ expoliauerunt priſtina rudimenta.Et poſt punica bella quietus quere re cœpit:qetus ſecurus metu punico.ſ.carthagine iã deleta tẽtauit græcos imitari. Rẽ:poema dicit. Verte re:transferre in latinum ſtilum.

❡CHRI. Tempore.ſ.Vt ſit religio:& non ocium iners. Porco:pro porca.Contra Virgi. Et cæſa iungebãt fœdera porca pro porco. Lacte:nam paſtorũ deus erat ſiluanus. Floribus.Nam genio ſuo ſacrificantes flo/res adhibebant tanq̃ per illos breuitatẽ uitæ ſignificarent. Feſcennina:genus fabulæ eſt ab oppido ubi primũ iuenta ſunt:quẽadmodũ ab atellis attellana. In iis iocoſa cõuitia exprimebant. Luſit amabi.De rebus iſtis oĩbus abunde dictum eſt in arte poetica. Honeſtas domos:probos uiros intelligit. Super:pro de. Græcia capta.Capta eſt armis græcia a romanis.Sed deinde capta cœpit romanos:quia illos ſuis laſciuis artib⁹ cœpit: & omnem priſcam ſeueritatẽ ab eis reppulit. Horridus numerus.Rudis illa cõpoſitio uerſuũ quæ fuerat in priſcis poetis. Saturnius.Vel rettulit ad planetã cuius influxus triſtis mœſtusq; eſt:uel ad antiqua tpa in quibus in italia ſaturnus regnauit:quo regnante oĩa caſta ſeueraq; fuerunt. Virus: non ſolũ uenenũ ſignificat: ſed ẽt grauem odorẽ:& abominabilẽ.Quapp Pli.in qbuſdam herbis grauẽ odorem uirus dixit.Ergo & ĩ hoc loco cũ ſumpſiſſet tranſlationẽ ad mores a corpore quẽadmodum dixit munditias quibus corpus lautum:& a tetro odore purgatũ reddit̃:ſic contra dixit uirus odorẽ tetrũ q ab infecto ſudore: & ſordibus corpore manat.Florẽtini hunc odorẽ lezum appellant. Sed ĩ longũ:inceperunt qdem æmulari græcos:ſed non adhibito acumine ingenii diu rudes mãſerunt. Et ho.i.ſuo tpe dicit extare illã ruſticanã ruditatem. Sed tamẽ poſt punica bella .i.in illa pace quæ fuit poſt primum bellum punicũ incœperunt imitari Sophoclem:& æſchilũ.

Et placuit ſibi natura ſublimis/& acer:
Nam ſpirat tragicum ſatis/& fœliciter audet:
Sed turpem putat inſcriptis/metuitq; lituram:
Creditur ex medio/quia res acceſſit/habere
Sudoris minimum/ſed habet comœdia tanto
Plus oneris/quãto ueniæ minus.aſpice plaut⁹
Quo pacto partes tutetur amantis ephœbi:
Vt patris attenti lenonis ut inſidioſi:
Quantus ſit dorſennus edacibus in paraſitis:
Quam nõ ad ſtricto percurrat pulpita ſocco:
Geſtit.n.nũmũ in loculos dimittere poſt hac
Securus cadat/an recto ſtet fabula talo.
Quẽ tulit ad ſcænam uentoſo gloria curru
Examinat lentus ſpectator/ſedulus inflat:
Sic leue/ſic paruũ eſt/aium qd' laudis auarũ
Subruit/aut reficit/ualeat res ludicra/ſi me
Palma negata/macrũ/donata reducit optimũ,
Sæpe etiam audacẽ fugat hoc/terretq; poetã:
Q d'nũero plures/uirtute/& honore mĩores:
Indocti/ſtolidiq;/& depugnare parati:
Si diſcordet eques/media ĩter carmina poſcũt
Aut urſũ/aut pugiles/hiſnã plebecula gaudet
Verũ eqtis quoq; iã migrauit ab aure uoluptas

❡ACR. Sudoris.hipbatõ. Credit̃:comœdia nimiũ hr̃e ſudoris:qa res acceſſit ex medio.Plau. Hor. lectorẽ monetnt ſtudioſe cõſideret qũo Plautus diſcurrat:p comœdiã diſputãdo de pueris ephœbis:& de pr̃ibus: & quẽadmodũ tuet̃ partes uniuſcuiuſq;. In.i.magis.n.lucrũ q̃rit q̃ laudem adipiſci ex ſua comœdia:& per hoc nõ honeſte:ut deceret multi carmina ſcribẽtes nõ curant: poſt lucrũ ĩde acceperint. Quẽ tulit ad ſcœnã: trãſtulit ad glorioſum poetã. q ſi non laudet̃:& aĩum:& artem abiicit: qui laudari ſe uidẽs fit temerarius ac tumeſcit. Sat.l.ſ.p.i.breuis & parua ẽ laus ſubtracta uel adhibita. Si.diſ.e.i.eqſtris dignitas:quom inter ſe murmurando carmina ſibi diſplicere dicit:ſtatim ipſa: & oĩs ordinis minoris dignitas cũ plebe illa remoueri proclamãt:& alios ludos introduci. Iam.m.ab nobilium uirorum auribus receſſit delectatio audiẽdorum carminum.

❡POR. Placuit ſibi.p ſe cognoſcere,pbauit:nã ſubiicit rõnẽ cur ſibi placuerit. Fœliciter audet:q ag/gredit̃ ɔplet. Sed turpem:ſtulte & erubeſcit & timet emẽdare q ſcripſerit:& hæc cauſa eſt cur igenia bona latinorũ ad pfectũ uenire nõ poſſint. Credit̃ ex medio.credit̃ inq̃:qa comœdia cõmunia ſectat̃ atq; de medio eſt minus habere difficultatis: ex hoc aũt grauis q nõ min⁹ ignoſcit̃ inimico charactere peccantibus. Quo pacto partes tutet̃:hoc eſt quãindu/cẽt in ɔgruendo:ſenſus:& ipſe grauior habet̃: ut plato. Geſtit.n.nũmũ.Magis.n.lucrũ q̃ laudẽ adipiſci geſtit. Geſtit:cupit. Poſt hac ſecurus:nõ curas qd poſtea fiat comœdiæ ſuæ. Quẽ tulit ad ſcæ. poſtq̃ auari poetæ uicia oñdit: nunc tranſit ad glorioſum poetam q ſi non laudat̃:& animũ & artem abiicit: ſed cũ uidet ſe laudari fit temerarius ac tumeſcit. Lentus ſpe.quem dicta nõ permouent. Sedulus:amat & laudat auarũ. Subruit:aut re.leuis eſt ſub radantibus uel pbita. Valeat res.l.nõ eſt nihil mihi cũ ea ſit ſi propter palmæ folia uel afflictus.res ludicra comœdia a ludis dicta. Sæpe etiam au.a glorioſo poeta ad audacẽ per ſe fuerant eſt quæ digreſſus dicit:quaſi iniurias patiatur qbus ad poſtremum fugat̃ e ſcena . fugatur autẽ ſeditione quia ſæpe imperita multitudo:& locuples in perniciẽ doctorũ poetam fabulãq; cõtemnit:& in medio actu comœdiæ uel ferarũ ſpectaculũ uel pugillum poſcens. Numero plures:ac per hoc plebi. Indoctiq; ſtolidiq;:& depugnare parati.miro characteriſmo imperitã multitudinem oſtendit. Si.d.e.ſi equſter:ordo: hoc eſt honeſtorũ aliud q̃ plebs uelit. Media in.recte quia adhuc amphiteatri uſus non erat & in eadẽ cauea etiam ferrarũ gladiatorũq; munera ſpectabantur. Verũ equitis quoq;:quia dixerat.hic gaudeat plebecula at tulit.per quærelam per eriam locupletes & honeſtos iam uulgarem muſicum ſpernere.

❡CHRI. Et placauit.illa ſublimitas tragica tãq̃ magis ɔſona naturæ romanorũ & ppea illa ĩ latinũ uertere cœperũt. Credit̃:putarũt dein de comœdias minus laboris hr̃e qm̃ eorũ materia ex medio eſt.i.ex uita cõ

muni sumitur:& ciuili conficiuntur q; ex sermone pœne quotidiano:& familiari: sed in tanto plus oneris habent quãto minꝰ rem ueniã merentur peccata quæ in illa cõmittuntur. Aspice plautus:incertum est utrum laudet plautum:& uituperet Corseniũ:an uituperet utrũq;. Ergo in ambigua lectione erit. Quo.p.i.q̃ bene: uel quo pacto q̃ male. Est aũt opus:ut exprimatur natura amantis in iuuene. Attenti.i.auari in sene. insidiosi in lenone edacis in parasito. Astricto soc.i.stilo comico cõuenienti. Hoc autẽ euenit:quia properat comœdias scribere:ut lucrum faciat. Nomen autẽ & famam negligit. Securus:negligens. Cadat:quia claudicet in multis locis. Talo:pro pede. Quẽ tu. Vt demonstrauit esse nõnullos poetas qui modo quæstũ faciant. famam negligunt. Sic cõtra nunc ostendit esse alios quos sola gloriæ cupiditas moueat ad scœnam.idest ad comœdias scribendas quæ in scœna agantur. Ventoso.c. Quasi innuat uentositatem gloriæ esse sibi pro triumpho. Hic igitur si spectatores habet lentos.s.ad plaudendum pene exanimatur si sedulos inflatur ex tumore gloriæ. Ergo minima:& leuiare aut opprimuntur:aut subleuantur. Ipse antem potius ualere uult ludicra idest rem scœnicam q̃ aut magrescere palma denegata:aut pinguescere concessa. Ludicra:quia in ludis emebant comœdias ædiles. Sæpe etiam au.post uanos audaces quoq; uituperat: qui sæpe terrentur cum inter recitandum uident:& plebeos qui uirtute:& honore inferiores:& indocti numero tamẽ plures sunt: poscere uenationes aut gladiatores. Si eques.i.quãuis equester ordo & nobilitas discordet. Verum equi. Sed quod indignus est:iam etiam equites inceperũt malle spectare illa q̃ audire comœdiã. Nam uoluptas q̃ solebat percipi ab auditu nũc cõuersa est ad oculos.

Omnis/ad incertos oculos/& gaudia uana:
Quatuor/aut plures aulæa p̃munt̃ in horas:
Dum fugiũt equitũ turmæ/peditũq; cateruæ
Mox trahitur manibus regũ fortuna retortis,
Esseda festinant/pilenta/petorita/naues:
Captiuum portatur ebur/captiua corinthus
Si foret in terris rideret democritus/ceu
Diuersum confusa genus panthera camelo:
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attẽtius ipsis:
Vt sibi præbentem mimo spectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo.nam quæ peruincere uoces
Eualuere sonum/referunt quẽ nostra theatra?
Garganũ mugire putes nemus/aut mare tuscũ
Tanto cum strepitu ludi spectantur/& artes:
Diuitiæq;/peregrinæq;/quibus oblitus actor
Cum stetit in scæna/concurrit dextera leuæ.
Dixit adhuc aliquid? nil sane/quid placet ergo?
Lana tarentino uiolas imitata ueneno.
Ac ne forte putes me quæ facere ipse recusem:
Quæ recte tractent alii/laudare maligne.

ACK. Omnis ad incertos. ostẽdit quia dũ poetæ carmina recitãt in scœna: ad tres uel ad quatuor populus intẽtus erat: post uero uulgaris populus:q potius delectabat̃ ludis q̃ carminibus exorabat magistros bestia:ut adducerent in theatrũ aut ursum aut leonem: ꝯsuper oĩa nobiliores antiq ad eosdem ludos se cõuertebãt. Sicq; præcipiebat̃ recitatio carminum cessari:qui acres non parum turbabat poetas:dum illorũ carmina cõtemnerentur. Regum: oĩa quæ in ꝓliis actu non falso fecere in ludis imitabat̃. Fortuna:intermissa comœdia adducunt̃ captiui qui sunt gloria regum.i.fortuna quasi regum. Esseda:Esseda Gallorũ uehicula sunt: quibus uehũtur reginæ captæ. Petorita:uehicula famularũ captiuarum quæ omnia ad spectandũ adducebantur. Naues:quidem uectat per tyberim:qui nõ lõge aberat a theatro. Ebur ergo captiuũ: & uasa captiua corynthia:in corynthũ multa simulachra erant quoq; metalla in unũ sunt redacta. dum eam Romani in medio cremassent:ex quo postea multa uasa fabricata sunt:ut possent trãsire in pompã triumphi qbus oblitus undiq; somno profusus:& tumultu:& admiratione bestiarũ. Lana solũ hoc placet:uestis.s.actoris. Quoniam populus uerba cõtemnit de me forte. sensusne forte putes me: uituperat quod alii faciũt comœdiam:& tragœdiam:quia recuso facere.

POR. Incertos oc.ſm academicos q cõtendunt oculos nostros in multis falli: & ideo uisibus quoq; non esse credendũ:cum sit in pluribus rebus certior q̃ audiatur auditus. Aulæa.per auleã comœdiã significat Tropos Metonimia. Premunt̃:nõ cessant impediuntur. Dum.f.e.i.fabulã ne agatur. Dũ spectantur inuidiosa:hoc est dũ populo bellorũ simulachrũ monstratur:& ad postremũ pompa ducitur triumphalis. Dũ fugiunt:hic pugna oñditur:mox agitur hic triumphus. Esseda:gallorũ uehicula qbus tanq̃ uicti reges uehunt̃. Pilenta:qbus regina capta. Petorita:qua familia regũ. Naues:qbus in nauali bello uicti. Captiua.μεταφορά. Corynthum:pro uasis corynthiis aut quia imagines eius oppidi fabricantur:ut in pompa triumphali transire possent. Si foret inter.cum processissent in publicum Democritus & Heraclitus diuersa faciebant. Democritus nanq; rideret si stupere uidisset populum aspectu pantheræ. Camelo Siue ele.al. nõ tam ludis scenicis populus delectaretur quã ipsius populi uanitate:in qua omnino:& suauius:& maius sibi spectaculum reperiret. Scriptores autem:magis inquit ridet Democritus a uultu uana mirantis cum oculos ad petasos scenicos uertisset pronũciatis comœdiam. Spectatores quorũ nullus attendat:ut audiat. Narrare.p.nunc dixit. Fabellam & asello:& surdum uincentẽ strepitus de iambico tragico. Garganũ.m.tantus populi fragor est in deposcẽdis rerũ nouarũ spectaculis:ut apuliæ montis gargani siluas mugire:uel undas fremere thusci maris non auram uel naufragia spectantur. Et arte di.non igit̃ comœdiæ. Oblitus.i.ꝑfusus punctus. Cõcurrit dextera.l.populi:ut ipm proscenium ait pene occurrẽte sibi dextra leuaq; populo histrionibus auferat̃. Dixit adhuc aliqd:bono stomaco q̃ si dicat huc.n. ꝓcessit ut si diceret non uideret̃ uñ. Nihil sane:rñdentis est & iterũ Ho.dixit. Lana tarẽtino.

non ergo inquit in scenico ars sola: sed uestis placet. Ac ne forte pu. aliis recte facientibus id quod ego nō faciam laude uelle trahere ego: & miror: & pfero poetā tragicū uel comicum: & si hæc poemata ipse non facio.

CHRI. Incertos. Scdm academicos q dicunt oculos in multis falli: ac propterea nō esse illis credendum. Quatuor. queritur q eū ad breue tps comœdiam audire nō sustineant: tñ non defatigentur ad lōgum spacium certamina equestria spectare. Regum for. i. ipsi reges olim fortunati. Retortis: post terga ligatis. Esseda: gallicum uerbū: & currus species est: inde esse darii q esseda agunt. Pilenta teste seruio uehicula erant. q deinde basternas uocatas dicit: & prius ueneti coloris fuerunt: deinde russati: qbus non nisi castæ utebant. Petorita. Vt festo placet genus uehiculi est: uel gallicum uel oscum: nam oscorū lingua petora quatuor significat erat aūt quatuor rotarū. Ostendit aūt q in theatro exercēt: ue simulachra pugnæ: & deinde uictoriæ ac triumphi. in quo portabat. Ebur. i. imagines eburneæ. Alii dicunt q essedis uehebant galli: pilentis reginæ: petoritis familiæ regiæ nauibus milites. Captiuo co. Vel simulachra urbis illius deuictæ: uel ingens numerus uasorum corinthiorum. Democritus. Hic philosophus abderites fuit totusq humanarū diuinarūq rerum speculationi deditus: & qui oēs homines stultos putaret: & stulta qcunq agerent. Quapropter oia cōtemnēs semp ridebat: ut cōtra Heraclitus ephesius cōmiseratione humanæ stultitiæ motus assiduo collachrymabat. Hic circa. lxix. olympiadē claruit. Panthera. Sic dicit: quia uariorū colorum sit: & quasi omniū ferarum colores habere uideatur. Helephas albus: qui nusq inuenitur. Nā in mauritania rufi minoresq sunt: in india uero nigri: & maiores. Ergo si democritus ueniret in hæc theatra: ita sumeret sibi pro spectaculo populi uariam stulticiam: ut populus spectat ludos. ipsos autē scriptores. idest poetas rideret q fabulam narrarent asello. i. stolidæ turbæ: & quæ nihil ex ornatu poetico degustare possit. Et surdo. Quoniā tantus in theatro tumultus excitatur: ut narrantē audire non possint. Peregrinæ: nā & ludi & apparatus ac ornatus ludorū a græcia sunt.

Dextera leue. incipiunt applaudere anteq quicq dixerit actor: quia solo appatatu delectantur. Dextera leue. Nam cū applaudimus manus inuicem percutimus. Veneno. i. colore. Virg. Tyrio saturata ueneno. Tarenti autem optima purpura tingebatur: & quæ uiolaceum uideretur imitari colorem.

ACR. Ille per ex. sensus est: ille poeta uidet mihi bonus esse: & rem difficilē aggredi posse: & quasi per funabulū discurrere: qui & ptāte carminis: de inani re moderat affectus animi mei: ut aliquod scribens nunc cōstringat oium ad dolorē: prouocet ad fortia. mulceat iterū nūc terreat & quasi magis promittat se agere magna: Videlicet describens locū ad therū uel athenarum mihi statim huc transfert. Apolline dignum: potest hoc intelligi. Quiq pii uates: & phebo digna locuti. Calcar. i. stimulū ad incitandū carminis. Multa qui: ostēdit culpā quare illorū carmina efficiant uilia uidelicet: q a augusto in altis occupato iportune offerūt: uel ēt q rephēsiōe amicorum irascimur. Poetæ: satyricē dicit: nec sibi parcit affirmās se agere qd in aliis culpat: hoc est ipse mihi detrahā: puerbiū. n. i eo sumptū ē tale q ipsi sibi nolētes nocēt. Accersas: iter arcesso: & accerso hoc interest. accerso. i. uoco & uenit a uerbo accio accis qd ē quarte piugationis: arcesso aūt idē significat q & primitiuum eius a quo deriuat. i. arceo. Sed sm Priscia. arcesso uenit ab arceo: quod nūc dicimus adcio: & est cōpositum ex ad ppone: & cio uerbo qd est uoco: q antiq diecbāt at pro ad. Operæpcium: dignum est: ut cognoscamus: qs poetarū dignus sit scribere tua facta q nō sunt cōmittēda turpi poetæ. Gratus. a. alexandrū notatq sine iudicio poetā dilexit. Numisma. a. p. nummorum qui philippi uultu essent signati.

POR. Ille per ex. f. m. u. rē difficillimā facere: & ē ordo. poetā in eū q pectus meū mouet: q ptāte carminis moderatur affectibus meis. Vt. m. recte magus: quia faciunt poetæ boni q magi promittunt: carmine conuertant sensus animosq cunctorū. Modo me. t. in tragœdia: modo pōit athenis in comœdia.

Ille per extentum funem mihi posse uidetur
Ire poeta/ meum qui pectus inaniter angit.
Irritat. mulcet. falsis terroribus implet:
Vt magus/ & mō me thebis/ mō ponit athenis:
Verū age/ & iis/ qui se lectori credere malunt:
Quam spectatoris fastidia ferre superbi.
Curā redde breuem/ si munus apolline dignū
Vis complere libris/ & uatibus addere calcar:
Vt studio maiore petant helicona uirentem
Multa quidē nobis facimus mala sæpe poetæ:
Vt uineta egomet cedam mea/ cum tibi librū
Sollicito damus/ aut fesso/ cum lædimur/ unū
Si quis amicorū est ausus reprehēdere uersum
Cum loca iam recitata reuoluimus irreuocati:
Cum lamentamur non apparere labores
Nostros/ & tenui deducta poemata filo:
Cū speramus eo rē uenturam/ ut simulatq
Carmina rescieris nos fingere/ cōmodus ultro
Accersas/ & egere uetes/ & scribere cogas.
Sed tñ est operæprecium cognoscere/ quales
Aedituos habeat belli spectata/ domiq
Virtus indigno non cōmittenda poetæ.
Gratus alexandro regi magno fuit ille
Cherilus/ in cultis qui uersibus/ & male natis
Retulit acceptos regale numisma philippos.

Verum age. ex his transit ad poetas ex quibus Ho. quoq est qui non dramata hoc est fabulas scribant: sed eiusmodi quæ legantur & hortatur Augustum: ut diligentius extimet poetas dignos bibliotheca quam in templo apollinis faciat. Vt stu. ma. pa. s. & allegoria pro ea quod est: ut studiosa carmina scribant. Multa quidem: nobis poetis: & auditoribus dicit nunquā in poetis culpam esse: propter quam carmina ipsorum patiantur iniuriam. Vt uineta egomet cedam mea: hoc est: ut pse me lædam: & ipse mihi detraham. Cum tibi librum sollicito damus incipit enumerare q multa mala faciant poetæ: sed tñ non usq quaq poetis fauendū: nisi pclaris egregiisq solis permittendū: ut res gestas

Cæsaris scribāt. Aedituos ha.narratores atq; iudices. Aeditui.n.templo℞ ac numinū q̄bus inseruiūt sacro℞ originem aduenis & ignorantibus narrant. Alii æditiuos pro clientibus ac familiaribus dici putant:ac p hoc laudatores:poetasq; significat. Virtus in.hoc est ingens ac præclara:significat autē augusti res gestas. Gratus.a.præclare:significat.n.Cæsarem poetis bonis debere fauere bonis quando quidem. Alexander macedo cherilum magnifecit malū poetam incultis uersibus:neq; atteneq; natura:uersus facientem me: & deest pro ut sit pro icultis uersibus. Rettulis acceptos philippos. Quid philippos exegesis regale numisma aureos : & mire rettulit acceptos tanq̄ diceret legitime uēdidit. Acceperat aūt pro singulis uersibus singulos philippos.

❡CHRI. Ac ne.ostendit nolle se debita laude defraudare poetas bonos:cum difficilius sit in re ficta mouere uarios affectus mentis:ut illi mouēt q̄ ire per extentū funem:ut schinobatæ solent:quē ludum funabulū latini appellant. Vt.m.Nam uidet̄ uti artibus magicis cum ita uarios affectus moueat:ut spectatorem ad irā: ad misericordiam:ad spem:ad metum pro suo arbitrio moueat. Quod suis artibus magici præstare dicunt̄.

Magus:lingua persica sapientē significat. Quapropter eos qui apud illos philosophātur magos appellarunt. A zoroastre ergo mago ars hæc magica dicit̄ orta. Sed utrū unus hic tantū fuerit:an postea alter: non satis constat. Eudoxus tñ zoroastrem hunc sex millia annorū ante platonis mortem fuisse cōtendit. De hoc multa apud Pli.in lib.xxx.hystoriæ naturalis inuenies. Modo the. Nam fabulæ ita aguntur: ut aliæ in hac: aliæ i illa urbe geri uideant̄. Verū age.illos nunc ponit qui non agendas fabulas edunt.sed ea quæ legenda sint scribunt. Hos aūt dicit sæpe sibi ipsis nocere:cū sua poemata:aut sollicitis : aut fessis:legenda tribuūt : aut offendimur:siquis amicus in eo q̄piā rephendit. Si aliquē locum: iterū intelligēdū recitamus. Si lamētamur non intelligi quātum laborauerimus:& q̄ tenui filo nostra sit cōtexta tela:& cu speramus futurū adhuc:ut tu auguste accersas nos ultro:& cogas:ut scribamus. Aedituos:sacrarum ædium custodes sunt:ab æde:& tuendo:sed per similitudinē appellat poetas æditiuos uirtutis clarorū ducum:quoniā gloriā illorum quæ uetustate extingueret̄:suo poemate custodiunt. Indigno poe. Nam p̄claræ res gestæ nō sunt cōmittendæ:ut scribantur a nō digno poeta:in quo loco uituperat magnū Alexandrum:qui cū tam grauis censor fuisset in sculptura:& pictura:ut edicto uetaret ne quis eū præter appellem pingeret:aut p̄ter lysippum sculperet : tñ passus est: sua facta a Cherillo malo poeta describi: & illi pro singulis uersib⁹ qui placerēt singulos dedit aureos philippos. Incultis.ad artificium. Male natis:ad natura e ingenium rettulit. Sed.u. in. Vt atramenta polluunt:quos tangunt:ita mali poetæ obscurant eorum famam:quorum facta describunt. Linunt:deturpant:ut cum res alba linitur atramento. Appelles:hic teste Plinius. Omnes qui fuerant:& qui futuri erant superauit.

Picturæ. Plura solus q̄ reliqui omnes adiumenta attulit editis quoq; de ea uoluminibus. Lysippus:iste ad sexcenta:& decem opera : ut artis claritatem possent dare perduxit. Fuit suum opus canis ex ære uulnus suū lambens: ob eximiam artem nullo precio emibilis.

Sed ueluti tractata notam/labemq; remittunt
Atramenta.fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.idem rex ille poema
Qui tam ridiculum/tam care prodigus emit:
Edicto uetuit/ne quis se/præter appellem
Pingeret/aut alius lysippo duceret æra
Fortis alexandri uultum simulantia.quod si
Iudicium subtile uidendis artibus/illud
Ad libros/& ad hæc musarum dona uocares:
Boetum in crasso iurares aere natum.
At neque dedecorant tua de se iudicia/atque
Munera/quæ multa dantis cum laude tulerūt:
Dilecti tibi uergilius/uariusq; poetæ.
Nec magis expressi uultus per ahenea signa.
Quam per uatis opus/mores/animiq; uirorū
Clarorum apparent.nec sermones ego mallem
Repentes per humū/quā res cōponere gestas:
Terrarūq; situs/& flumina dicere/& arces:
Montibus impositas/& barbara regna tuisq;
Auspiciis totum confecta duella per orbem:
Claustraq; custodem pacis cohibentia ianum:
Et formidatam parthis te principe romam:
Si quātū cuperē/possem quoq;.sed neq; paruū
Carmen maiestas recipit tua/nec meus audet
Rem tētare pudor/quam uires fore recusent.

❡ACR. Lysippo.alius lysippo.i.alius q̄ lysippus: & est nota locutio. Boetū:boeti hebetes sunt habiti quin. exorti sunt. Repētes:satyrā dicit q̄ humili stilo dēt enarrari. Montibus:hoc est q̄ q̄uis montibus iposita essent tñ añ captæ sunt. Sedulitas:sensus:impitus laudator dū nimiū studiose laudat:magis uulnerat: & interimit gloriam præsertim si malus poeta uersibus laudet: plus autem quis ridiculū legerit q̄ quod fuerit mirat⁹: ut malus pictor magis deformat pingendo praue q̄ ornet opus : sicut Alexander laudatur a cherilo prauis uersibus Cæterus: pictus noue dixit.

❡POR. Sed.u.t.& est sensus queadmodū atramēta polluūt quodcūq; contigerint ita mali poetæ res splendidissimas obscurāt sordibus ingenū sui. Notam.l.cōmaculant q̄cqd attigerint. Idē.r.i.p.q tam ridiculū &c.ordo ē.itē ille edicto uetuit:dicit autē in poetis tm̄modo errasse regē:cū in pictoribus & plasticis diligentissimus fuerit. Tanti emisse.f.tā care utpote nūmis aureis. Appelles:pictor inclitus fuit.

Lysippus:gratius:alexāder āt eius solas statuas admirabat̄. Quod.s.i.s.u.a.q̄ si inquit hūc regē subtilis iudicii ipse uocares ad examinādū poeta℞ carmina ueracissimus iuenires hoiem ita stultū:& eū dicere natū in boetia. Boetū.i.c.i.crassos & hebetes faciēte. Hoc aūt dicit ad Cæsa. laudē:de cuius iudicio singulari circa pcipiēdos poetas statim dicturus sit.

At.n.d.t.ut cherilus alexādri & est sensus: eiusmōi poetas eē uarū & Vir. Et q̄d de illis bñ iudicat Cæsar q̄ eis legit̄ plurima:nō stulte ut hoc facere. Nec.m.e.u.nec magis uult⁹ exprimunt̄ i statuis claro℞ uirorū:q̄ in poemate mores eo℞ atq; ai. Nec.s.e.m.Nūc

Sedulitas autem stulte/quem diligit/urget:
Præcipue cum se numeris commendat/& arte.

Hora.tanq̃ aliqd sibi dixisset respõdit cur igiť nõ res gestas Cæsaris scribit dicit se potius uelle scribere si posset. Nõ.n.mallet sermões: hoc ẽ satyrã scribere si alto coturno parhũisset igẽiũ. Repẽtes p.h.& p hoc humiles. Quã.r.c.ges.hoc ẽ quã scribere poema reg̃:sublime gestag̃. Arces.m.i.conditas a Cæsare ciuitates dixit. Claustraq̃.c.iãigẽini tẽplũ ac portas belli pacato orbe terrag̃ solis clauserat Cæsar aug.de q̃ re Vir.Belli portæ diræ ferro & cõpagibus arctis:Et mos erat hesperiæ. Si quãtũ poterat. dicit se magis iudicio q̃ igẽio paratum:& hoc uetus esse dictũ aristarchi ferũt:q cũ multa rephẽderit i Homero aiebat: neq̃ se posse scribere queadmodũ uellet:neq̃ uelle queadmodũ posset. Sedulitas.a.st.q.d.hæc snia generalis eos te. Quẽ.d.ut q prauo obseqo ledũt quos amãt:ut si te amet medic⁹ impitus:& nolit tibi alterius ipõi medicamia nisi sua:sed trãslatio ẽ facta ab his q cõplexu nimio:quẽ amãt ƥfocãt:ut satius ẽ stulto minus diligi. Vrget:aũt lædit significat ƥcipue cũ se mũeris cõmẽdat oĩum qdẽ iqt æstimatio odiosa ẽ:sed maxie poetag̃ malog̃ & subiicit cãn.

CHRI. Quod st.Snia ẽ.Si tu reuoces igeniũ Alexãdri:qd' in pictura & sculptura iudicãda subtile fuit: ad iudiciũ qd' habuit de poeta: id igeniũ uidebiť natũ in crasso aere.i.uidebiť rude & hebes: q̃le solet esse in iis q nascunť crasso aere. Qui.n.in crasso aere nascunť spũs:q igenio subseruiũt crassiores habent: ppeaq̃ minus pspicaces sunt. At neq̃.d.Dedecorauit alexãdri de se iudiciũ cherilus:q nõ corerespõdit iudicio suo.Ergo nõ recte iudicauit Alexãder. Tu uero auguste cõtra de Virgilio & uario poetis recte iudicasti:nã ƥpositi a te respõderũt iudicio tuo.Laus ergo ista & octauianũ & hos poetas simul ptingit. Cũ.m.l.d. Magna.n.laus datoris ẽ munera & bñficia bñ collocare. Aenea.s. Deuisa est syllaba metri cãu:ut ænea q̃ttuor sit sillabag̃.Snia est:q carmie bõi poetæ melius exprimunť uirtutes magnog̃ uitog̃q̃ exprimanť eorũdẽ corpa p sculpturã. Nec.s.e.Ego et libẽti⁹ heroica scriberẽ:& illis res ægregias clarog̃ ducũ exprimerẽ: q̃ sermões.i.huiuscemõi carmia ĩfimo stilo descripta:sed nõpossum qd' cupio. Repẽtes.qd' ẽ pedibus carẽtiã. Ergo repẽtes p humũ.i.ĩfimos.

Claustra co.ia.Hãc romanog̃ cõsuetudinẽ q̃ i pace iani tẽplũ clausum ẽẽt:i supioribus abũde ƥsecuti sum⁹. Parthis:qm̃ ab eo p Vẽtidiũ ducẽ supati sunt. Tua maie.i.maiestas reg̃ a te gestag̃. Decipit.p.c.dignať infimũ stilum. Pudor:nã cũ sim cõscius meæ i dicẽdo tenuitatis pudore uetor ne audeam qd' pstare nõ possim.

Sedulitas ãt.Qd' si qs dicat adhibe sedulitatẽ & diligẽtiã: hoc facit sedulitas:ut urgeat.i.deprimat & obscuret eũ quẽ stulte diligit.Nã stulte dicimur diligere:qñ nr̃a dilectio noceat ei:quẽ diligimus.Sedulitas ƥprie fidelis ẽ & anxia diligentia dicta qd' sine dolo fiat.Vrget aũt ƥcipue: cũ cupit cõmẽddare numeris & arte.i. artificiosa carmie.Nã hoc uiciũ lectoris ẽ:ut citius discat:& libẽtius meminerit:siqd ẽ qd' nõ pbet: q̃ ea quæ probet.

Discit enim citius/meminitq̃ libentius illud:
Quod qs deridet/quã qd' ƥbat/& ueneratur.
Nil moror officiũ/qd' me grauat/ac neq̃ ficto
In peius uultu proponi cæreus usquam:
Nec praue factis decorari uersibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere/& una
Cum scriptore meo capsa porrectus operta
Deferar in uicum uendentem thus/& odores:
Et piper/& quicquid chartis amicitur ineptis.

ACR. Discit.n.c.significat maiore studio ridiculosos uersus disci & memoria teneri q̃ admirabiles. ergo i eternã memoriã fœdatus ẽ:quẽ tale carmen polluerit. Nil mo.of.q̃tum ad me inqt ptinet nolo mihi fieri obsequiũ quo grauer:hoc ẽ i dedecus premar. Ac neq̃ facto.in peius uultu: & nolo ab iperito de cæra fieri turpior. Ne rubeã pigui.ne erubescã muneris accepta fœditate: & pigui non subtili.s. Et una cũ.s.m.iõ q a i eodẽ libro & scriptoris nomẽ ẽ.& ei⁹ de quo scribiť:ut Vir.æneis:& homeri odyssea.

Capsa.p.bñ porrectus & i capsa optus:q̃si mortu⁹ i feretro deferar i uicũ thurariũ. Amiciť.induitur.

CHRI. Nil moror of.qd' me.g. Nam cũ amicus laudat in me non laudãda. tale officiũ me ƥmit.Nolo ẽt ƥponi cærius uult ficto i peius.i.nolo rursus uituperari in iis in qbus nõ sum uituperãdus. Et ẽ trãslatio ab iis qui exprimũt aliquẽ in cæra:sed peiori facie q̃ sit. Ne rubeã.Nã pudebit me laudatũ deide reiici:& meũ uolumẽ deferri.quo aromata uẽdunťut illi⁹ chartis illa uestiãť. Inemptis.q.d.tã uilib⁹ut nullo emanť ƥcio.

ACR. Lore bo.Florus irascebať Hor. quia eius non acciperet epistolam:excusat se apud eum Hora. qm̃ non promisit: & iniuste eum irasci qui exigat nõ promissa carmina:aut ideo se non mittere: quia philosophari cœpit. Imitabatur: quidam imitabitur legunt: deest a puero alienum. melius ergo legimus imitaberis.i. tãti ingenii es: ut flectas eum quo uelis tanq̃ argillam udam: & in ueteribus libris & in exemplaribus imitaberis inuenitur. Resurges: competenti iocať exẽplo quasi ipse pauptate cõpulsus scripserit carmina. Paup.i. nihil habeo alicui dare ƥ fœnore. Res urget.uerba itẽg̃ hæc sũt uẽditog̃. Quiuis. hoc solẽt mangones dicere. Cassauit fugitiuũ: simpliciter & leuissime cõfiteť. In scalis latuit.Non latuit in scalis sed metuẽtis habenæ pẽdẽtis in scalis ẽm morem romãog̃: q seruos suos suspensos ad trabẽ flagellabãt: & in mc

Ad Iulium Florum.


Lore bono/claroq̃ fidelis amice nerõi
Si qs forte uelit puerg̃ tibi uẽderẽ natũ
Tyburẽ/uł gabiis/& tecũ sic agat/hĩ &
Candidus/& talos a uertice pulcher adimos
Fiet/eritq̃ tuus nummog̃ millibus octo
Verna ministeriis ad nutus natus heriles:
Litterulis græcis imbutus/idoneus arti
Cuilibet/argilla quid uis imitabitur uda.
Quin etiam canet indoctum/sed dulce bibẽtis
Multa fidẽ promissa leuant/ubi plenius æquo
Laudat uenales qui uult extrudere merces.

Res urget me nulla/meo sum pauper in ære
Nēo/hoc māgonū faceret tibi/nō temere a me:
Quiuis ferret idē/semel hic cessauit/& ut fit
In scalis latuit metuens pendentis habenæ:
Des nūmos/excepta nihil te si fuga lædat:

dia domo ad timorē incutiendū habena pēdebant.
¶POR. Flore bono. Apparet hūc florū comitē & familiarē neronis fuisse & efflagitasse ab Horatio carmia & nō mittētē increpuisse: cui p allegoriā respōdēs hoc significat tā illum iniuste irasci sibi: quē ab initio pigꝝ ad scribendū sciat ꝙ iniustam uēditori litē dat q fugitiuū seruū sciens emerit: & tota fere hæc epistola sub hac snia est: carmia se rōæ nō fiducia īgenii: sed penuria rei familiaris scripsisse: q̄ scripserit ꝑsertī cū in turba multis occupatiōibꝰ poemata cōponi nō possunt: q̄ ut bona sint cū scriptoris magno cruciatu sunt emēdata: ad postremū dicit philosophādū eē potius q̄ carmia faciēda. Si.q.f.u. argumētu a cōparatiōe minoꝝ ad maiores hoc ē seruoꝝ ad amicos.
Natū.t.u.g.bñ tybure: ut significet eū rusticū. Sic a sic loq̄t. Hic &.c. uerba sunt uēditoris. Argilla. deest q̄si ut sit q̄si argilla. Vda.i.mollis. Multa.f.p.l. Hoc Hora. oñdens multa ꝑmittētibꝰ nō haberi fidē: & maxie cū ꝑmittit: q ꝑcio & lucro studet: hoc ē uēditor. Laudat.u.i. seruos. Res urget.m.n. deest sed aut qd tale: ut sit: sed me nulla res urget me ut laudē. Meo sum pa. paup qdē sum inqt: sed tñ i meo ære nō i alieno ꝯstituꝰ .i. nulli qcq̄ debeo. Nēo.h.m. neq̄ quisq̄ magno tibi hæc faceret.i. tā simpliciter loquit: nec a me ipso qs alius hoc auferet. hoc.i. audiret. Māgo dr̄ q̄si mancipi ango uel manu ago. Semel hic.c. iā nūc uerba sunt q̄bus māgo utit̄ ut monstret cessatorē esse quē uendidit. hoc est fugitiuum & bene nemo qd̄.n. leuius dictum est.
¶CHRI. Flore bono Ad eūdē floꝝ ē epistola: ad quē & alias scripsit. Atq̄ illū iniuria q̄ri affirmat: si nullas a se accipit epistolas: qm̄ abeunti ꝑdixerat se pigꝝ eē in scribēdo & nihil scripturū: imitatus nō eū māgonē: q seruū uēditurus multa bōa: q̄ in eo nō sūt simulat: sed eūq uitia q̄ assunt añ uēditionē demōstrat. Adiugit quibus incōmodis ipeditus rōæ uersus facere nequeat. Fidelis.a. magna laus & ꝙ fidelis sit in amicitia & ꝙ prudēs in eligēdo bono uiro. Aptus.m. Laudarat a corpore: nūc laudat ab aīo: Acuti.n. & prōpti ē nō īperia solū: sed nutus quoq̄ obseruare. Argilla. spēs terræ q̄ figuli utebant̄. Indoctū sine artificio: sed tñ inerit suauitas.
Multa ꝑmissa.l.f. Nā nō sunt credibilia. Res.u.me.n.q. nō ꝑmoratæ alieno & sunt uerba eius māgonis: qui uera de mācipio dicturꝰ ē. Meo. snia ē quis puap sim: tñ qcqd apd̄ me peq̄niæ ē: id totū meū ē: & nulli debeo.
Nēo.m. Nēo ex iis q seruos uēdūt tibi uitia fateret̄. Neq̄ ēt ego olbꝰ h̄ māifestarē temei.i. nisi cā aliq̄ id postularet. Semel id.c. Subdota ꝯfessio. Nā tm̄ dicit q̄tū sat sit: ne teneat̄ ꝑstat de fuga: & tñ ita dicit ne credat̄ fugitiuꝰ. Dicit.n. cessauit: qd̄ minꝰ ē q̄ fugere: & addit. Semel. ne uideat̄ habitū ꝯtraxisse neq̄ foris sed dōi: neq̄ malignitate sed metu. Des.n.i.eme. Si hæc fuga excepta. si h̄ fuge uiciū qd ego excipio: qa uolo ꝑstare de eo.
Nihil.i. nō.q.d. si nō ledit te hoc uiciū nullū aliud ē i eo uiciū. Ille. qui emit. Securus: negligens.

Ille feret precium pœnæ. securus opinor.
Prudens emisti uitiosum/dicta tibi est lex
Insequeris tamen hunc/& lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi/dixi
Talibus officiis prope mancum/ne mea sæuus
Iurgares/ad te quod epistola nulla ueniret.
Quid tunc profeci/mecum facientia iura
Si tamen attētas? quereris super hoc etiā quod
Expectata tibi non mittam carmina mendax?
Luculli miles collecta uiatica multis
Erumnis/lassus dum noctu stertit/ad assem
Perdiderat/post hoc uehemēs lupus/& sibi/&
Iratus pariter ieiunis dentibus acer (hosti
Præsidium regale loco deiecit (ut aiunt)
Summe munito/& multarum diuite rerum.
Clarus ob id factus donis ornatur honestis.
Accipit/& bis dena super sestertia nummum:
Forte sub hoc tēpus castellum euertere pretor
Nescio quod cupiens hortari cœpit eundem
Verbis/q̄ timido quoq̄ possent addere mētē.
I bone/quo uirtus tua te uocat/i pede fausto
Grandia laturus meritorum præmia/ qd stas?
Post hæc ille catus/quantum uis rusticus ibit.
Ibit eo/quo uis/qui zonam perdidit/inquit

¶ACR. Luculli. hoc exēplo oñdit se primū dispēdio rei familiaris coactū. post iuitatū dōis ad scribēdū. Actū ē bello ꝙ gessit Lucullus cōsul. cū Mitrydate rege pōtico: cuius milites primū necessitate cōpulsi cœperūt ꝑdari: postea uero dōis & mūeribꝰ sunt ꝓuocati. Qui dū q̄dā nocte dormirēt saginas eoꝝ & uiatica ꝑdidere. Tūc coacti uiriliter expugnarūt qd̄dam ꝑsidiū ubi erāt thesauri Mitrydatis. Ad Assem nō ut usq̄ ad assem stertera: sed usq̄ ad assem ꝑdiderat. Quid tū.p. Exclamatiue: dū me expugnarē mihi cōsciētia. Faciētia iura. hoc est iuxta me faciētia.
Lupus: sibi qa ꝑdere poterat ꝑ negligētiā. Hosti. quia rapuit per uiolentiā. Honestis.i. militaribꝰ ornamentis: & nihilominus pecunia bona. Quo.u. Hæc sunt uerba Luculli ad milites suos. Quantū uis: responsio militis Luculli hæc est. Rusticus: qui iactura rerū suarū doleat: ut hæc restituantur cā præde quocūq̄ iusseris ibimus: nos iā satis habemus: & ornatæ cōparat se militi satis habenti: & nolle se ꝓp lucrum carmina alicui diuitū afferre. Rusticū aūt pauperi poetæ assimilat: q cum suis carminibꝰ multa acquirebat erga diuites: sibi hoc opus nō esse. Zonam ꝑdi. ex fabula græca dictū. Athletæ q solē ꝑdiderat.
Romæ nu. hoc fuit nō uenusinꝰ aut apulus: sed ad tp̄s instructus est. Deinde uero perrexit athenas matrē litterarū: ubi ethicā.i. moralē ph̄iam didicit reuoluens platonis libros: ab illo studio secutus est partes Bruti: quo fugato ab Aug. cū aliis proscriptus est: hac necessitate ꝯpulsus contulit se ad pristinū studium.
¶POR. Ille feret pre. inqt qui emptori ante propositum fuerit: & preciū acceperit nullā subibit pœnā si fugerit uenditus. Prudens emisti: cum non in fraudem

inductus es. Dicta tibi est lex.cũ conditione emisti. Inseque.ta. hũc uenditorem.s.hic per se significat. Dixi me pig.hoc est.ad scribendum debilem & bene mancum qđuitiũ manus est. Quid nunc profeci.prædicēdo uitium meum. Iura mecum fa.i.pro me:& est quasi exclamatio. Si tamē attemptas.si mō adhuc sollicitas: ut scribam tibi. Luculli miles. Huius ex naratione ostendere uult uendentem stultum quem res non deceat quid sit utile. Luculli miles.hoc factum est inquit bello qđ popu.Roma.duce .s. Lucullo cũ mitrydate rege pontico gessit:& Luculli miles Valerianus seruilianus exercitus. Ad assem.usq; ad assem: hoc est tota uiati/ca. Valerianus lu.bñ lupus miles romanus q in tutelam martis est lupus. Sibi & hosti. qa potuit pdere q̃ si raptori hosti p̄sidium.re.lo.d.loco summe munito & multa9 diuite reg. hoc præsidiũ a mitrydate sup the sauros eius positum miles deiecit usq; donis ornat a Lucullo imperatore. Forte sub hoc tps pre. significat olim duces iperatores dici dictos præfectos prætores. Quo uirtute tua.Verba Luculli militem hortātis post hæc ille Catus:post hæc ille doctus inqt exemplo:ut si sit stultus sibi & dicit. Ibit eo quo uis.quiqui perdēdo zonam didicit unde sit lucro illud. Catus.expertus & doctus. Zonam.sumptum uiaticũ quod in zonam fere milites portant.is oibus Hora.uult ostendere primo dispendio rei familiaris se coactum post inuitatum donis ac lucro ab argumento siue mecœnate ad scribenda carmina deuenisse.

¶CHRI. Prudēs emisti.Verba uēditoris emptori poscēti ut p̄stet de fuga:ad quā rñdet nō teneri:q a excepta ē in stipulatiōe. Dixi me.p.Hoc.n.tēdebat exēplũ.Magonis. Attētas.q.d.iuertere uis. Facientia.m.q̃ pugnāt a me. Luculli.Alio exemplo nitit ut excuset q uersus nō scribat. Victica. pro eo pecunia hic ponitq̃ sibi ad uniuersam uitā degendā sufficere possit. Ad assem.usq; ad unũ assem.Assem.n talē nũmũ fuisse uidemus:ut decē asses denatiũ facerēt. Præsidiũ regale.Deiectis.n.militib9 Mitrydatis aduersus quē pugnabat Lucullus q erant in p̄sidio cœpit castellũ.Hoc piculũ adire ausus est urgēte paupertate:qđ deinde ex hac p̄da diues factus ite9 subire noluit Munito.Ergo fuit opus audacia. Diuite.Nā diuitiæ ad id illũ ipulerũt. Honestis.honori ficis. Bōæ fortis.ut supra malũ.p timido posuit. Pede fausto.bono auspicio. Post hæc:post ūba p̄toris. Ille caut9.i.q cautior postq̃ diuitias recupauerat iā effectus erat. Rustic9.i.assuet9 laborib9:& piculis ut rustici.uel rusticus q̄si iprouidus & icautus ut rustici sunt. Qui zo.p.i.q discinctus hactenus fuit.i.iers & ppea paup.Sic Vir.Discinctũ.p pigro posuit: Fecerat ignipotēs discinctos mulciber afros.Ergo q neq; picula ꝯsiderāt & ege ni sunt adibūt picula. Cauti āt & diuites nō adibūt.

¶ACR. Achademi:achadem9 apud athenas por ticus construxit:unā porticus achademia dicta est & extra:uñ achademici quoq; siluani iocũde dixit ue9 qa q̄rũt ue9:ut negēt idē inueniri posse. Rudē:tyro nē:& igna9.Euocatus ē.n.Bruto p potentiā: q̃ tunc achias & athenas:tenebat ēt similitudinē studio9 eē celebri noīe i p̄hia.philippi cāpi thessaliæ: ubi ꝯ Bru tũ pugnauit Aug. Discisis pē.hoc est amissa digni/tate:qua añ sublimis ferebat. Extorq̄re.hoc ē salaci tatē scribēdi:uel cōmoditatē extorq̄re tentāt. Quid fa.uis:alia excusatio q.s.nesciat qd potissimũ scribat cũ oēs non una eadēq; re delectent. Bioneis:liuidis iocis.i.satyra.Sunt aũt disputatiōes bionis p̄hi qbus stultitiā arguit uulgi:cui pœnæ ꝯsentiũt carmia luci niana.Hic aũt Bion q sophistes cognominatus ē i li bro:quē edidit mordacissimis salibus ea q̃ apud poe tas sũt ita lacerauit:ut ne Homero qdē parceret. Sa le nigro.i.tragœdia uel amara iucularitate. Præter cæ.omissis aliis rebus:credis romæ posse carmia scri bi itet tot curas occupatiōesq;. Cubat hic.i. ægro/tat ut superius.trans tyberim longe cubat.

¶POR. Romæ nu.& do. Achillis iracũdia q̄tum obfuerit græcis oibus: & figurate sæuitiā Cæ. Aug. uidet ostēdere. Adiecere bo. se ēt significat athenis p̄hiæ operam dedisse. Curuo di.r.i. p æthicem par/tem p̄hiæ qd sit uitium:qd sit uirtus. Atq; inter sil. a. Achademi:quia cōtra oium sectā achademici di sputant:q dicunt latere ueritatem & ideo semper eē quærendum. Ciuilisque ru.be.Excusatio q contra Aug.pro Bruto militauit: & bene æstus nō uolũtas:

Non responsura la. imperia autē Bruti p arma si gnificat. Me dimiscere philippi.thessaliæ cāpi:ubi uictus est brutus. Decisis humilē pennis:sæpe hac translatatiōe utit Hora. ut maiores pennas modo. Significat ēt se proscriptũ fuisse. Paupertas in au. carmina inquit quæ ex me exceptis flore nũq̃ scribe rem nisi ægestate cōpulsus essem. Nunc itaq; postq̃

